L. K. 12.

L. K. 12

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
L
K
12
ROMA

16024
n: R

Digitized by Google

JULII POGIANI
SUNENSIS
EPISTOLAE ET ORATIONES

OLIM COLLECTAE

AB ANTONIO MARIA GRATIANO

NUNC

AB HIERONYMO LAGOMARSINIO

E SOCIETATE JESU

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATAE

AC PRIMUM EDITAE.

VOLUMEN II.

CONTINENS SCRIPTAS ANNIS M. D. LX. ET M. D. LXI.

ROMAE M. DCC. LVI.

EXCUDEBAT GENEROSUS SALOMONIUS BIBLIOPOLA

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PONTIFICIAE AC REGIAE
CERVARIENSI IN CATALAUNIA
ACADEMIAE
SAPIENTISSIMAE

HIERONYMUS LAGOMARSINIUS E S. J.
FELICITATEM.

SApientiam, si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaturam sui, scripsit in *Phaedro* Plato. Cujus sapientissimi viri, de Sapientiae pulcritudine tam serio tamque magnifice testificantis, si non tanta auctoritas intercederet, assentiri tamen dicto illius illi omnes deberemus, qui ad eos, in quibus

ipſa ineſt, etiamſi nobis numquam viſos, amandum, ſola illorum Sapientiae opinione commoti, plane neceſſario excitemur. Id cum ita omnibus, non omnino humanitatis expertibus, uſuvenire neceſſe eſt, tum ego in memet ipſo & ſaepe alias & nuperrime expertus ſum, CERVARIENSES ACADEMICI Sapientiſſimi. Legebam Matthaei Aymerichii Hiſpani, humaniorum primum litterarum, tum philoſophiae in veſtra ACADEMIA haud ita pridem profeſſoris, *Proluſiones philoſophicas*, Barcinone proximo anno typis elegantiſſimis editas. Deus immortalis! ut ſum continuo exquiſita ac ſingulari hominis doctrina atque eruditione, praeſtantique latini ſermonis elegantia delinitus ac captus! Tantum is mihi ſtuduiſſe rebus atque doctrinae viſus eſt, ut non ſatis temporis ei ad ſtudendum verbis atque elegantiae relinqueretur: tantum rurſus in verbis atque elegantia ſtudii poſuiſſe, ut, quod illi tempus ad res atque doctrinam comparandam ſupereſſe potuerit, non viderem. Floruit Hiſpania eloquentiſſimis quondam viris (eloquentes autem eos ſtatuo ac dico, qui doctrinam cum loquendi elegantia conjunxerunt) ſic, ut fidenter poſſit de

digni-

dignitate in eo genere cum quavis ex cultissimis humanissimisque gentibus, ac de summo principatu contendere. hoc illi certe eaedem gentes sine recusatione dabunt, nulli ut earum de eloquentiae laude concedat; ex qua una Melchior Canus, Petrus Perpinianus, Joannes Mariana, Ludovicus Vives, Joannes Maldonatus, Antonius Augustinius, Ludovicus de la Cerda, aliique complures, horum similes, scriptores eloquentissimi prodierunt. Ecce autem omnium recentissimus, sed vix ulli superiorum secundus, e coetu vestro, ACADEMICI CERVARIENSES, exstitit, qui non intermortuam apud Hispanos latinae eloquentiae facultatem, quod nonnulli suspicari incipiebant, ostenderet. Hic vir, hic, inquam, vir disertissimus ac plane eloquens, primos scilicet in me amoris erga Vos igniculos excitavit. cujus quidem viri ita tamen eloquentiam suspexi, ut ea mihi non magis hominis propria laus, quam universi collegii vestri commune ornamentum, nec tam unius membri, quam totius corporis eximia quaedam ac praestans pulcritudo videretur: cum praesertim facultatem hanc ipsam suam, a Vobis profectam ex Vobis-

que,

Digitized by Google

que, tamquam ex exemplari quodam ad imitandum proposito, desumtam esse in seque translatam, ipsemet quodam loco (*) fateatur. ait enim: *Haec porro una in discessu meo inter tot curas angit conficitque cogitatio, cariturum nempe me vobis illustribus, sapientibus & humanissimis viris, quorum diuturno consortio atque commercio debere me sentio qualescumque fecerim, aemulatus scilicet exempla vestra, in optimis artibus & disciplinis profectus.* Fuit vero illi, estque etiamnum, hujusmodi exemplorum magna sane copia ac plane admirabilis. nam profecto mirandum est ac prope incredibile, Gymnasium istud vestrum, recenti memoria hac nostra a Philippo V. Hispaniarum rege, Cervariensis Populi singularem erga se fidem atque pietatem grate & munifice prosequente, institutum, tam multis ad hanc diem tamque egregiis in omni doctrinarum genere viris abundare ac florere potuisse. Reliquae per Hispaniam atque adeo per Europam Academiae, a parvis quibusdam initiis profectae, sensim adoleverunt, &, per quosdam veluti gradus paullatim altius evectae, ad summum dignitatis

atque

Digitized by Google

atque amplitudinis, in quo nunc verſantur, faſtigium longis annorum curſibus pervenerunt. Una Cervariensis Academia creſcendi moras graduſque ignoravit: magna non facta, ſed nata eſt: in ſummo conſtiuit, imis mediiſque neglectis: ex eaque repente, *tamquam ex equo trojano*, ut ait ille de Iſocratis Gymnaſio, *meri principes exierunt*. Duo mihi nominatim ex Aymerichii libro innotuerunt, & ſtudia atque amores illos erga Sapientiam iſtam veſtram meos magis magiſque incenderunt. neque enim poteſt gravis illa ac magnifica operis Dedicatio a quoquam legi, quin Stephani de Villa-nova, olim Jaccenſium, nunc Turiaſſonenſium Antiſtitis, eximia quaedam divini cujuſdam viri, & in omni diſciplinarum genere praeſtantiſſimi, ſpecies non magis animis, quam ipſis propemodum oculis obverſetur. Mihi quidem feliciſſima Cervariensis Academia hoc etiam nomine videtur, primum quod ei tantus alumnus ad erudiendum traditus fuerit, deinde quod eidem tantus profeſſor, qui caeteros erudiret, obtigerit: nec ſatis ſcio, utrum illa diſcipulo magis, an doctore gloriari debeat: & eſt illi

certe

Digitized by Google

certe gloriosissimum, discentis summo ac mirifico ingenio, atque omnium doctrinarum non magis cupido, quam capaci, doctrinis tradendis satisfacere se olim potuisse, & sibi postea a docente scientiae atque doctrinae pari facultate fuisse satisfactum. Alter, quem ex ejusdem libri lectione praecipue adamare coepi, est Consultissimus ille juris civilis, in vestra ACADEMIA primarius atque emeritus legum Antecessor, Josephus Finestres & de Monsalvo. Ejus ego non nisi judicium de Aymerichii opere censuramque legi. sed leonem ex ungue, ut est in proverbio, statim agnovi. Pauca illa tam docte tamque eleganter scribere non potest, qui non multa docte & eleganter scribere assueverit; nec, qui se tam excellentem scribendi artificem in brevi scriptione prodit, ejus aeque excellens artificium poterit in quamvis longa oratione desiderari. Nonnullorum praeterea e vestro coetu & nomina & merita, Bonaventurae praesertim de Gayolà, & Blasii Larrazii, doctissimorum hominum, ex eodem libro cognovi: nec dubitavi, quum in tam multos praestantissimos utriusque juris Doctores, Theologos, Dialecticos, Physicos,

Philo-

Philologos libri Auctor, aliud agens atque ad alia properans, veluti fortuito incurrerit; quin, si dedita opera singulos persequi ac nominatim percensere voluisset, nullum is esset nominandi summos viros, collegas vestros, finem inventurus. Hos ego, quos nunc universos (neque enim plures nunc quidem novi, quam quos nominatos ab Aymerichio deprehendi) animo intueor, & voluntate complector, nullam equidem diligentiam praetermittam, ut singulos nominatim norim, ac praeterea, ne sint eruditis extra Hispaniam hominibus ignoti, quibuscumque potero mearum litterularum monumentis, curabo: quique incredibili Sapientiae vestrae amore exarsi, idem, ut plurimi mortales simili erga eamdem amore inflammentur, enitar. Nam Vos quidem ita sive de vestra litteratura modeste demisseque sentitis, sive externorum hominum de vestris litteris judicia studiaque negligitis, ut, continendis intra Hispaniae fines iis libris, quos & plurimos & omni doctrina refertos quotidie a Vobis in lucem emitti constat, nullam ad alios Sapientiae vestrae notitiam ac famam permanare velle videamini. Non ausus essem

hoc,

hoc, ad Vos praesertim scribens, de Vobis scribere, nisi viderem, eamdem plurimorum, quibus acutissima Hispanorum ingenia nota, nec acerrimae studiorum contentiones ignotae sunt, esse sive sententiam sive querelam. quam ipsam scitote, viso heic Romae Aymerichii libro, cujus ego legendi potestatem doctissimis quibusdam viris copiamque feci, multis multorum sermonibus nuper esse renovatam. Etenim, multiplicem Auctoris eruditionem, cum exquisita ac plane Ciceroniana eloquutione conjunctam, vehementer admirati, illud etiam mirari non desierunt, qua re fiat, ut Hispani homines, qui tantam argenti atque auri vim, multasque praeterea pretiosissimas merces, ab remotissimis usque Indorum populis suo labore industriaque petitas, in omnes Europae regiones singulis prope annis liberaliter largeque summittant, nullumque non hominum genus suis ipsorum opibus locupletent ac beent, iidem in his eruditionis ac litterarum divitiis, cum Italia reliquaque Europa communicandis, tam sint restricti ac propemodum avari, ut vix singulis saeculis aliquid ejus generis exportari ex Hispania, ad nosque deferri pa-

tiantur.

tiantur. Verum Vos quidem, quid facto Vobis opus sit, per Vos ipsi videritis. Ego operam vestram, quam in ACADEMIAE CERVARIENSIS, atque adeo Hispani omnis nominis honore ac dignitate amplificanda, vestris doctrinis nobiscum communicandis, posituros Vos esse, confido, pro mea virili adjuvabo: meque Vestri, vestraeque Sapientiae non admiratorem modo atque amatorem, sed & praedicatorem, & omnium erga Vos amoris conciliatorem fore, polliceor. Atque hujus voluntatis meae initium hoc jam nunc habetote, atque hoc promissi hujus mei tamquam pignus accipite, Julii nimirum Pogiani, eloquentissimi viri, epistolarum cum meis adnotatiunculis, vestro nomine inscriptum ac divulgatum volumen. quod ego quum jamjam emissurus essem, in eaque cogitatione curaque versarer, ut aliquem illi mihique Moecenatem in Italia compararem, multique occurrerent, sive quibus aliquid deberem, sive a quibus aliquid praesidii studiis meis, reliquisque, quae adhuc supersunt, voluminibus edendis, subsidii sperare possem, allato istinc, quasi quodam philtro, Aymerichii vestri, sive jam potius nostri, libro, & illis mihi Sapien-

 tiae

tiae vestrae pulcerrimis lineamentis, blandissimisque illecebris objectis, omnes illico mihi ex animo Moecenates exciderunt, nec nisi de Vobis, CERVARIENSES ACADEMICI, cogitavi, Vobisque unis hoc tamquam quoddam amatorium munusculum, factus repente planeque philosophus, deferre decrevi.

Quod si etiam ab hac Sapientiae amabilitatis ratione discedamus, tamen nemini potius, quam Vobis, hominibus & Hispanis & Catalaunis, deberi hoc a me munus, intelligo. Ego enim, Italo quidem ac Genuensi patre, sed Hispana matre, in urbe magni Portus Sanctae Mariae prid. Kal. oct. an.1698. natus, exacta ibidem infantia, pueritiam partim Gadibus, partim Hispali transegi; unde, post patris obitum, decennis in Italiam advectus, non modo *Hispanam* linguam, verum etiam civicam, ut ita dicam, erga Hispanos omnes caritatem mecum deportavi, semperque retinui. An non igitur maxime cónvenit, hoc a me erga Hispanos provincialis necessitudinis ac tamquam patriae communionis officium usurpari, ut in Hispaniam, in Hispania natus, aliquod ad eos ex Italia, in Italia natum, memoris animi

mi ac benevoli testandi causa, munusculum & mnemosynon mittam? Cujus constantis meae, nec ullis umquam aut temporum aut locorum intervallis immutatae erga Hispanam nationem benevolentiae ac voluntatis indicia atque argumenta spero Vos in his ipsis meis ad Pogiani epistolas enarrationibus multa reperturos: praesertim ubi Hispanos, ac potissimum Jacobum Laynium a Thuani, hominis Galli, obtrectatione maledicentiaque, & Jacobum Nogueram a plagii crimine contra Illecinum, hominem Germanum, diligenter studioseque defendo.

Ac si etiam mihi non tanta cum Hispanis hominibus necessitudo conjunctioque intercederet, tamen nullos potiores, quam Hispanos, haberem, ad quos haec scripta mitterem, quibus Concilii Tridentini, sub Pio IV. pont. max. instaurati, veluti historia quaedam ac maxime memorabiles actiones continentur: quibus in actionibus vel praecipuas Hispanorum Antistitum ac Theologorum fuisse partes, omnes historici prodiderunt.

Cur autem Vobis Catalaunis potissimum ex omnibus Hispaniae populis haec eadem

de Concilio Tridentino ſcripta jure quodam veſtro debeantur, illud eſt, quod, quum Hiſpani epiſcopi primi ex omnibus reliquarum, praeter Italam, nationum Epiſcopis ad idem Concilium acceſſerint, ex Hiſpanis ipſis Epiſcopis Aciſdus Moya de Contreras, Vicenſium, finitimorum veſtrorum, in Catalaunia epiſcopus, primus ac princeps acceſſit. cujus adventu quanta omnium Italorum, qui eo jam multi convenerant, laetitia exſtiterit, quantaque univerſis Catholicis de Chriſtiana republica, praeclare quamprimumque conſtituenda, ſpes ſit injecta, ampliſſimi S. R. E. Cardinales, iidemque ſacroſancti illius Concilii Praeſides, Hercules Gonzaga, Hieronymus Seripandus, Stanislaus Hoſius, litteris ad S. Carolum Borromaeum illo ipſo tempore Romam Tridento communiter datis, declararunt: quas litteras pagina hujus Voluminis 338. ex autographo deſcriptas exhibeo.

Habetis igitur, Cervarienses Academici, juſtiſſimas ac prope neceſſarias cauſas, cur a me haec ſcripta veſtro quodam jure exſpectare atque exigere poſſitis. Verum ego malim, idque a Vobis in ſummi beneficii

loco

loco peto atque adeo flagito, ut juri huic veſtro pro veſtra liberalitate cedentes, non niſi amori illi, quem initio dicebam a Sapientiae veſtrae nupera notitia in me ipſo excitatum, totum hoc, quod Vobis amiciſſimo animo offero dedicoque, acceptum referre velitis. Erit mihi tum multo amabilior Sapientia veſtra, ſi fuerit cum tanta veſtra humanitate conjuncta; nec tam mihi amare Vos, quam a Vobis redamari, quod eſt mihi optatiſſimum, videbor. Valete: atque ita colere Sapientiam pergite, ut nemo ſit, qui non mecum in Vobis ſuſpiciendis amandiſque conſpiret. Romae. Nonis Quintil. M. DCC. LVI.

(*) Is locus reperitur in *Proluſione III.* quae inſcripta eſt *De Arabum in tradenda philoſophia vitiis a philoſophiae profeſſore devitandis*: pag.26. Qua ex oratione, habita Cervariae an.1747. ut & Aymerichii eloquentiae ſpecimen aliquod praebeatur iis, qui ejus libro carent, & Cervarienſis Academiae praeclarum emendandae perficiendaeque in universa Hiſpania philoſophiae conſilium atque inſtitutum ab omnibus cognoſcatur, &, ſi non opera, favore certe ac plauſu adjuvetur, inſigniores aliquot locos huc mihi transferendos putavi. Pag.27. *Alterum erat, ut de Candidati noſtri, & ſodalis meis, Blaſii Larraz, rhetorices profeſſoris, & ſacrae theologiae doctoris, laudibus dicerem. in quo utique argumento, licet copia orationis deeſſe non poſſit, verendum tamen mihi eſt, ne tempus, & eloquentia, par argumento, deſit oratori. quae ſane tametſi ſupereſſent, vel non deeſſent penitus, quum de his, paucis ab hinc menſibus, plura hoc ipſo ex loco ornatiſſime dicta ſint ab oratore praeſtantiſſimo, ſodali item meo, primario theologiae in hac Academia profeſſore, quin immo plura etiam voſmet ipſi publicis tabulis conſignaveritis, quum theologicam illi lauream decreviſtis propter ſingularem eam, qua pollet, in humanioribus litteris eruditionem*

tionem (qui honos nulli ex Academicis adhuc contigerat) supersedere his apud me statui, aliumque mihi praefigere scopum orationis: hortari nempe Candidatum, ut, quoniam munus professoris philosophiae in hac Academia est quamprimum obiturus, utilem, eruditam, solidam & minime fucatam rationem in tradenda philosophia instituat: quo gratulari ex animo & vobismet ipsis possitis de novo magistro, & mihi quoque ipse possim, quod talem vobis reliquerim mei muneris successorem, qui philosophiam, diuturno squalore confectam, ab Arabum cavillatorum jugo, quo diu in Hispania nostra, nescio quo fato, premitur, sapientia, eruditione, & acri judicio suo liberarit. Dolendum quippe est, Auditores sapientissimi, eo processisse Arabum in Hispania tyrannidem, ut, quum libera a servitute corpora, Dei opt. max. beneficentia, a Ferdinandi V. & Elisabethae Augustae temporibus habeamus, mentem tamen barbaris eorum & falsis in re philosophica placitis ac sophisticis argutiis, ergastulis veluti quibusdam, ad Ferdinandum VI. post ducentos & amplius annos mancipatam esse patiamur. Et, quoniam ad hanc oram haud consilio quidem, sed quadam veluti tempestate sermonis, delati sumus, juvabit anfractus omnes sinusque, non sine aliqua utilitate perlustrare, & mala illa palam facere, quae in scholas dimanarunt ex Arabibus, Aristotelis interpretibus, Averroë, Avicena, Alhazelio, Avempace, Alpharabio, aliisque, qui praecipui fuerunt inter solidae corruptores philosophiae: ut intelligat Candidatus noster, quam fugere hasce debeat „ Crudeles terras & litus iniquum „ in cursu suo, & philosophica, quam apparat, navigatione. Primum itaque, ut reor, & maximum malorum omnium, quae in Peripateticorum philosophiam derivata sunt, illud profecto est, quod principem philosophorum Aristotelem, quem Tullius fontem purissimum & uberrimum verae sapientiae & eloquentiae non immerito solet appellare, ita foedum, ita corruptum, ita barbarum inquinatumque per manus Arabum acceperint Hispanae Academiae, tot tricis intertextum, tot cavillationibus & nugis refertum, tot inanibus & sensu vacuis quaestionibus implicatum, ut difficile sit, si ex Arabibus Stagiritae explanatoribus velimus de illo judicare, quin existimemus, philosophorum principem insignem magis sophistam exstitisse, quam verum philosophum, vitilitigatorem magis, quam verum sapientiae amatorem .... Quam ineptas ac perridiculas disceptationes in scholas invexerunt praeclari isti nugivendi, quas etiamnum hodie in reip. litterariae perniciem, magno cum imperitorum plausu, video pertractari! ... quot voces nec a Graecis, nec a Latinis hominibus, nec ab Arabibus quidem intellectas! ... quot rixas, quot lites de lana saepe caprina! quot pugnas, quot jurgia, quot dissidia, paene usque ad internecionem, de chimaeris, de hirco-cervis, de quarta parte nihili, de non entis esse, de entis ratione confecti origine, natalibus, patria, & educatione! de quibus apud Aristotelem, optimum sane logicum & metaphysicum, ne verbum quidem liceat invenire ... Quid minus ferendum, quam in his inaniis & quisquiliis bonas horas, dies, menses, ne dicam annos, perdere? quos utilius in naturae abditis investigandis, observatis arcessitisve unde unde experimentis, collocarent. Profecto, magno eos conatu magnas nugas agere, quis non videt? ... Hanc ob rem procul dubio majores nostri, legumque nostrae Academiae conditores prudentissimi, illam non utilem magis quam necessariam, vobisque notissimam legem tulerunt, qua cautum est, ne quis ex philosophiae professoribus dictata sua inutilibus quaestionibus inferciat .... Quin etiam lege ea & vos adstringi arbitror, sacrae theologiae, utriusque juris, & medi-

medicinae professores. neque enim, ut estis sapientissimi, latere vos potest, quot in agris vestris succreverint olim, immo proveniant etiamnum, herbulae minus utiles, quum & inutiles prorsus soleant interdum in optimo solo procreari... Quod si alacriter, uti par est, legi illi obtemperemus, universam pristino splendori & gravitati restitutam philosophiam in Hispania nostra, non sine ingenti recentis hujus Academiae laude, virorum sapientium laetitia, & reip. bono conspiciemus. Nempe ad hanc legem pro Academia nostra sanciendam ejus conditoribus munificentissimis Clementi XII.(*) & Philippo V. praesto esse potuit consilium illud, * quo Petrus & Paulus, Apostolorum principes, in exstirpanda delendaque ethnica superstitione, & inserenda veri numinis religione, usi sunt. nam, quemadmodum illi, in jaciendis ecclesiae fundamentis, non aggressi sunt populos quosdam obscuros & ignotos, sed alter Athenas, ambo Antiochiam & deinde Romam, clarissima ea tempestate litterarum emporia, profecti sunt, ibique Christi servatoris legem doctrinamque promulgarunt: sic illi, si fas est divina illa ad haec humana comparando transferri, in eliminandis ex Hispanis lyceis Arabum figmentis, non aliunde, quam a Catalonia nostra, ubi philosophiae contentiosae studium propter eam, quam magistri docendo, auditores discendo strenuam navant operam, maxime viget, sibi auspicandum esse censuere: qua velut arce munitissima expugnata, cetera Hispaniae gymnasia brevi in deditionem verae germanaeque philosophiae ventura esse, non immerito crediderunt. Quantum vero nos hac in re, sane utili atque necessaria, adlaboraverimus sexennio toto, quo philosophiam in hac Academia professi sumus, clam vobis non est, posteri etiam fortasse sentient. Sed labor ille, a nobis susceptus, frustra erit, nisi alii, ut participes futuri sunt gloriae, ita in laboris operaeque communionem accedant, coepta nostra promoventes. Nondum nempe omnia complanata: multa supersunt radicitus evellenda: senticosam adhuc, hispidam, & refertam rebus inutilibus & nullius compendii relinquimus philosophiam: & Hercule aliquo opus est, qualem speramus futurum Candidatum nostrum, qui scholam peripateticam purget ab his faecibus ac sordibus, quibus eam Arabes & Sophistae miserum in modum conspurcarunt; qua, teste Cicerone, nihil olim eruditius, nihil uberius, nihil gravius facile esset invenire... Verum, ut video, plures sunt oppido ex philosophis, qui plausu imperitorum magis, quam veri conscientia videntur delectari... Tu vero, Candidate, quoniam sapientiam amicam vocas, & sponsam optas, per Deum immortalem, ex cujus ore prodiit veritas & aeterna sapientia, fons illius, quam philosophicis laboribus conamur adipisci, quaque totius naturae conditorem per speculum saltem & in aenigmate contemplamur, devita has syrtes, declina hos scopulos, ut portum feliciter teneas, animo destinatum. Id autem adsequeris, si veritas tibi in primis cara sit, nec vero, quid veteres novive dicant, sed quid dicat veritas, sedulo inquiras: si discipulos sic instituas, ut nullis velis illos praejudiciis irretiri: si mediam item eos viam insistere inter veterem novamque philosophiam jubeas, primisque saltem geometriae elementis & pronunciatis cures in physicis erudiri. Quod si talem te praestiteris, qualem ego te futurum spero, verum nempe & sincerum sapientiae amatorem, gnavumque naturae per experimenta exploratorem (in quo claudicantem non videre non potes philosophiam peripateticam) immortale tibi & huic Academiae laudis praeconium comparabis. magno insuper me gaudio perfundes, quum hoc ipso sim intellecturus... oleum

me

me & operam non penitus perdidisse in profliganda barbarie, quam cultissima olim post Italiam Graeciamque Hispania, poëtis, oratoribus, philosophisque affluens, ex Gothorum, Wandalorum, Arabum, aliarumque barbararum gentium dominatu contraxit, exstincta Romani eloquii & Romanae sapientiae majestate. Annuant o! superi votis nostris, quae sane non aliud spectant, quam ut, bonis artibus & disciplinis in Hispania nostra ad pristinum nitorem & cultum per hanc Academiam restitutis, & Fundatoris munificentissimi exspectationi respondeamus, & amplificari exteras inter gentes ac veluti postliminio revocari Hispani nominis magnitudo tandem aliquando videatur. &c.

(✠) Vide hujus Pontificis Constitutionem, quae incipit *Imperscrutabilis divinorum judiciorum altitudo*, datam Romae apud S. Mariam Majorem pridie Non. Dec. 1730.

HIERO-

Digitized by Google

HIERONYMUS RIDOLFI

SOCIETATIS JESU

In Provincia Romana Praepositus Provincialis.

CUM Volumen II. Operis, cui titulus *Julii Pogiani Sunensis epistolae, olim collectae ab Antonio Maria Gratiano, nunc ab Hieronymo Lagomarsinio e Soc. Jesu adnotationibus illustratae, ac primum editae*, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, potestate nobis a R.P.N. Ignatio Vicecomite Praeposito Generali ad id tradita, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romae die 13. Aprilis 1755.

Hieronymus Ridolfi.

I M-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. M. de Rubeis Patriarcha Constantinop. Vicesg.

JUlii Pogiani Epistolas, quas historicis philologicisque notis auxit Cl. V. Hieronymus Lagomarsinius S. J. jussu Rmi P. Orsi S. P. A. Magistri attente perlegi. Nihil in eis irreligiosum, nihil inhonestum deprehendi: quin imo latinum orationis nitorem cum facili quadam simplicitate conjunctum, improbumque laborem, atque incredibilem diligentiam in adnotationibus ad severioris Critices regulas exigendis, non sine magna animi admiratione percepi. Eas itaque typis publico Literatorum commodo vulgandas censeo; cum praesertim ad S. Tridentini Concilii, ejusque aetatis historiam illustrandam possint plurimum conducere. Romae. Nonis Jan. 1756.

Antonius Baldanus.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Ordinis Prædicatorum, Rmi Patris Magistri Sac. Palatii Apostolici Socius.

ANTO-

ANTONIUS MARIA GRATIANUS (1)

JO. FRANCISCO CARD. COMMENDONO (2) S.P.D.

JUlii Pogiani (3) ea vis ingenii, ea eruditio fuit, ut huic saeculo veterem eloquentiae laudem relaturus fuisse videatur, si aut diutius, aut suo, non semper alieno, arbitrio vixisset, ac si per otium incumbere studiis, non ea usque accommodare aliorum rationi ac tempori necesse habuis-

a

(1) Gratiani *Vitam* Janus Nicius Erythraeus in suam *Pinacothecam* intulit. eamdem nos, nostris adnotationibus illustratam, ipsius Gratiani operi *De scriptis invita Minerva*, Florentiae anno 1745. nostra opera primum vulgato, praefiximus. Natus in urbe Burgo Sancti Sepulcri die 23. oct. an. 1537. obiit Ameriae die 21. mart. an. 1611. ejus civitatis episcopus.

(2) Cardinalis Joannis Francisci Commendoni *Vita*, ab ipsomet Gratiano latine atque eleganter conscripta, primum Lutetiae Parisiorum anno 1669. apud Sebastianum Mambre-Cramoisy, deinde Patavii, anno 1685. apud Petrum Mariam Frambottum edita est. Natus Venetiis die 18. mart. an. 1524. Patavii die 25. dec. an. 1584. obiit. Nullius autem alterius cardinalis *Vitam* Gratianus scripsit: quamquam Justus Fontaninius in sua *Eloquentia italica* classe II. cap. 3. ita in quadam adnotatione scriptum reliquerit: *Il nuncio e poi cardinale Prospero S. Croce, di cui scrisse la vita il vescovo d'Amelia Anton Maria Graziani &c.* Quod quidem inter caetera memoriae peccata, quibus ille Fontaninii liber abundat, sine ulla dubitatione referendum est: idque mendum ab eruditissimo illo fontaniniani operis castigatore Apostolo Zenio animadversum in ejusdem operis veneta novissima anni 1753. editione non fuisse, demiror.

(3) Pogiani patriam Carolus a Basilica-Petri nos docet in suo opere, quod inscripsit: *Novaria, seu de ecclesia novariensi libri duo, primus de locis, alter de episcopis, Carolo episcopo novariensi auctore*: qui libri editi sunt Novariae apud Hieronymum Sepallum M.DC.XII. *Quoniam vero*, inquit pag. 161. *de Suna hic dicimus, etiam Julii Pogiani sunensis mentio recte habebitur. &c.* Est autem Suna oppidulum ad Verbanum lacum, quinquaginta passuum millibus Mediolano, triginta Novaria distans, ad novariensem dioecesin pertinens. qua ex re factum esse existimare debemus, ut Pogianus in elogio, quod Romae in aede S. Petri in Janiculo, ejus tumulo, ante sacellum S. Joannis Baptistae sito, inscriptum est, *novariensis* dicatur. In lucem editus est die XIII septembr. an. 1522. id quod ex ipso illo elogio intelligimus, quod est hujusmodi:

D. S.
IVLIO . POGIANO . NOVARIEN
HONESTIS . MORIB
INGENIO . ET . ELOQVENTIA
PRAESTANTI
PONTIFICVM . MAXX
PIORVM . IIII . ET . V
AB EPISTOLIS . LATINIS
JO. ANTONIVS . ET . BARTHOLOMAEVS
FRATRI . CARISS. FECERVNT
VIXIT . A. XLVI. M. I. D. XXIII
DECESSIT . NON . NOVEMB. ∞.D.LXVIII.

buisset (4). nam, Julio tertio (5) pontifice max. quo tempore in urbem venit (6), Roberto Nobilio (7) politiano, summae indolis adolescenti, regendo instituendoque est datus (8); cum eum pontifex,

(4) Id ipsum plurimis suarum epistolarum locis Pogianus queritur. In ea quidem, quae est ad Paullum Manutium Venetias Roma die 30. jun. an. 1560. data, *Nec vero*, inquit, *sentio, quid me, non omnino languentem otio, aut, quando etiam ita vis, non tardum ingenio, magnopere in studio unquam adjuverit loci hujus opportunitas: contra potius, quantum mihi Roma obsuerit, intelligo. nam, cuicunque hic operam dederim, ea adhuc officii conditione dedi, ut ejus, apud quem essem, non meo arbitrio, & studere & scribere cogerer. Quaeris, quae sit haec in urbe ratio scriptionis & lectionis meae? Horrida, inculta, & plane dissimilis ejus artis, in qua ipse singulari honore versaris*. In litteris vero ad card. Commendonum die 5. apr. an. 1565. datis, *Non excusabo*, inquit, *multiplices occupationes tum literarum, quae mihi quotidie scribendae sunt & proprie Borromaei* (Caroli card.), *& communiter ejusdem, undecimque cardinalium nomine, quos sibi pontifex* (Pius IV.) *in consilium adhibuit ad explicandam, ubi opus sit, tridentini concilii sententiam, tum rationis cujusdam ex concilii auctoritate erudiendi christianos homines ad salutarem disciplinam, romanique Breviarii: ad quod tanquam aedificium me quasi fabrum magna ex parte ipsi operis architecti adhibendum putaverunt*.

(5) Julius III. (antea Joannes Maria de Monte) pontifex max. renunciatus die 9. febr. an. 1550. obiit die 23. mart. an. 1555.

(6) Gratiano assentiri hoc loco non possum, nisi a Pogiano dissentire velim, qui litteris ad Stanislaum Hosium die 21. decembr. an. 1563. datis, *Intra sexdecim*, inquit, *annos, quibus urbem colui, nihil eo in genere rectius, aut magis ordine factum existimo, quam te cardinalem renunciatum*. Qui extremo anno 1563. scribens, sexdecim annos coluisse se urbem testificatur, is profecto in urbem venerat duobus tribusve ante Julii III. pontificatum annis, hoc est anno 1547. aut 1548. Paullo III. pontifice max. qui ad quartum idus novembris anni 1549. pontificatum gessit.

(7) Robertus, Vincentii Nobilii, & Magdalenae de Monte Acuto filius, natus est in urbe Monte Politiano die quinto septembris an. 1541. De mortis tempore infra dicemus.

(8) Ciacconius, sive potius Oldoinius in card. Nobilii *Vita* sic ait: *Annos non plus, quam decem, natus graecae latinaeque linguae pene ad miraculum peritus evasit, praeeuntibus viris doctis, quos erudiendae ejus adolescentiae summo delectu pater adhibuerat: quorum alter fuit Julius Poggianus, a Paulo Manutio ob praestantem eruditionem summopere commendatus, qui & Marcellum II. pontificem in funere Romae apud S. Petrum laudavit eloquentissime. Alter fuit Hieronymus Pontius, qui cum perfecta liberalium disciplinarum cognitione illibatam vitae morumque integritatem conjunxerat*. Tertium Nobilii doctorem video commemorari a Latino Latinio in litteris ad Andream Masium die 16. mart. an. 1554. datis. ait enim: *Pater Octavius* (Pantagathus) *impuberi cardinali custos moderatorque additus, quod minime umquam speravit, ternas quotidie aut quaternas horas id aetatis homo illi operam dare cogitur*. Etsi autem non nisi *custodem moderatoremque impuberi cardinali*, id est Nobilio, tertiumdecimum aetatis annum tum agenti, *additum* Latinius dicat, tamen quotidiana illa trium aut quattuor horarum ab homine impensa opera perspicuam disciplinae traditaeque doctrinae mihi habere significationem videtur.

Ini-

Digitized by Google

tifex, nepte (9) sua genitum, XVI. (10) agentem annum, cardinalem creasset: qui quidem adolescens ea specimina animi dedit, ut gravitate morum, & studiis pietatis praestantissimos patrum aemularetur (11), magnum amplissimi ordinis lumen aliquando futurus, nisi, intra XX. (12) annum aetatis, acerbissima morte ereptus

a 2

Initium vero Nobilii instituendi quo potissimum tempore Pogianus, quo item finem fecerit, nondum equidem ita certa ratione constituere potui, ut me non alio atque alio conjectura mea ducat. Non despero tamen, fore, ut, re amplius etiamnum diligentiusque considerata, aliquid explorati de ea ac certi afferam, ubi ad epistolas, a Pogiano partim ad Nobilium, partim Nobilii nomine scriptas, recensendas atque illustrandas venero. Interea illud unum mihi videor prope certo affirmare posse, ante majum anni 1553. operam discipulo suo dare Pogianum coepisse, post majum anni 1555. dare desiisse.

(9) Si ex latinorum praescripto vocem *nepte* interpretemur, ex Julii III. filio aliquo aut filia Roberti Nobilii matrem genitam intelligemus; sin ex italica lingua utentium consuetudine, qui fratris aut sororis filios & filias *nepotes* & *neptes* vocant, tum Robertum ex ejusdem Julii III. fratris aut sororis filia genitum credemus. Atqui neutrum verum est. Roberti enim mater, ea, quam supra diximus, Julii III. neque filii aut filiae, neque fratris aut sororis filia fuit. ex Ludovica de Monte, Julii sorore germana, natus est Vincentius Nobilius, qui Robertum ex Magdalena de Monte Acuto uxore suscepit: quae propterea, non Julii *neptis*, sed Julii *sororis nurus* dicenda a Gratiano fuit.

(10) Immo non nisi XIII. Natus enim, ut supra dictum est, die 5. sept. n. 1541. cardinalis renunciatus est die 22. decembr. an. 1553.

(11) De praestanti Roberti virtute vide Oldoinium in ejus *Vita* apud Ciacconium, itemque italicum commentarium, Urbini editum anno 1728. hoc titulo: *Compendio di vita del venerabile servo di Dio cardinale Roberto Nobili, Bibliotecario della S. R. C. Pronepote del sommo pontefice Giulio terzo, di nuovo corretta ed ampliata da Monsignor Bernardino Naro, Segretario della sacra congregazione del buon governo, e Votante di Segnatura di Grazia*.

(12) Triennio longiorem, quam quanta fuit, Roberti vitam Gratianus facit. Exstat Romae in aede S. Petri in Janiculo Roberti sepulcrum, ejusque hoc elogium marmori incisum, a me diligentissime inde descriptum:

JESV. CHRISTO. RESVRRECTIONIS. ET. SALVTIS. AVCTORI
ROBERTO. NOBILI. POLITIANO. S. R. E. DIAC. CARDINALI
QVI. XIII. ANN. NATVS. OB. EGREGIAM. VIRTVTIS. INDOLEM
AB. JVLIO. III. PONT. MAX. EIVS. MAGNO. AVVNCVLO. PATRIB
VNIVERSIS. ADPROBAN. IN. AMPLISS. CŌLEGIV̄. COOPTATVS
ARDENTISSIMO. CVM. ESSET. RELIG. ET. LITTERAR. STVDIO
SEMESTRI. TABE. SVMMA. PATIENTIA. CONFECTVS
DVM. SE. JVCVNDISS. MORTEM. SENTIRE. AFFIRMARET
SVOS. Q. EXTREMO. SPIRITV. MIRIFICE. CONSOLARETVR
IN. COELESTEM. VITAM. QVAM. ASSIDVE. MEDITABATVR
CONMIGRAVIT. XVI. K. FEBR. M. D. LIX
VIXIT. ANN. XVII. M. IIII. D. XII. H. XVI
VINCENTIVS. PATER. FILIO. OPT. AC. DVLCISS. F.

Quo

ptus esset. ac Pogiani hoc primum experimentum, haec prima commendatio fuit. Accitus inde est in contubernium ab Hieronymo Dandino cardinale (13); qui novo amore literarum incensus, Pogianum magna benevolentia complexus (14), quotidie domi audiebat.

Quo in elogio tamen vereor, ne positum sit *XVI. K.* pro *XV. K.* Nam in illo commentario, de quo in proxima adnotatione dictum est, legitur pag.55. monumentum quoddam, Romae die 27.jan. an.1559. exaratum; cujus haec est inscriptio: *Ragguaglio della morte dell'illustriss. e reverendiss. Signor Card. de' Nobili, scritto al Signor Cavaliere ... da me Gian Paolo Civitella, Segretario allora di detto Sig. Cardinale.* Qui quidem Civitella diserte testificatur, cardinalem suum die 18. ejusdem januarii mensis obiisse, additque, eum ipsum diem Mercurii fuisse. Sane anno 1559. dies 18. januarii in Mercurii diem incidit. dies autem 18. jan. non est *XVI.* sed *XV. Kal. febr.* Fabrilem hunc marmoris errorem (siquidem error est) illius commentarii editor felici typorum, ut arbitror, errore correxit in ejusdem elogii exemplo, quod pag.33.exhibet. sed idem, contra marmoris fidem contraque ipsam veritatem, anno emortuali M. D. LIX. annum M. D. LVIII. substituit.

(13) Hieronymus Dandinius caesenas, forocorneliensium episcopus, ab ulio III.cardinalis die 20.dec.an.1551. renunciatus, obiit Romae die 4. dec. a[illegible];9. aetatis suae 50. Diem natalem [illegible]uum ipse in epistola ad Anselmum Dandinium, fratris sui filium, [illegible]26. mart. an.1558. Romae data, [illegible]didit: *Octavo*, inquit, *Kal. apri[illegible]s, natali die meo, domestici omnes a me divinam hostiam sumpserunt. haec enim natalitia nos danda censuimus.* Vide de eo Oldoinium: quem tamen sane mireris, cum Dandinium imolensium episcopum fuisse fateatur, negare, eumdem forocorneliensium episcopum fuisse: *Non bene*, inquit, *Cabrera Hieronymum Forocorneliensem episcopum facit. Cesenensi & imolensi ecclesiis episcopus tantum praefuit. imolensem enim, uti sponsam sibi dilectam, adamavit.* Quasi alia urbs *Imola*, alia *Forum Cornelii* esset.

(14) Audiatur ipse Pogianus in quadam ad Jo. Ant. Fuscherium epistola: *Tantum igitur*, inquit, *abest, ut ab optimo hoc meique amantissimo cardinale* (Dandinio) *cupiam discedere, ut magnas facultates & honoris & commodorum prae hac conditione contemnam. quid enim tanti sit? cum, apud eum quam sim, honoratior esse non possim: cum mihi nullum ejusdem desit obsequium, nulla ad homines commendatio: cum ita doctrinae studio exardeat, ut ne valetudinis quidem incommodo retardetur: cum & tantum jam profecerit in literis, quantum omnes admirantur, & se ejus generis omnia per unum me consecuturum & speret & praedicet. quae cum ita sint, non modo ingratus atque impius sim, si deseruero, sed etiam mihi ipse inimicus.* Nec modo studio atque benevolentia Pogianum, verum etiam re ac liberalitate Dandinius complexus est: cujus tamen liberalitatis fructus diuturnus illi esse non potuit ob eam causam, quam ipse in suis ad Franciscum Davanzathium literis, die 21. decembr. an. 1560. datis, commemorat: *Accedit*, inquit, *eo, quod, ne dejicerer de beneficii possessione, quod in me pensionis nomine contulerat Hieronymus Dandinus cardinalis, sponte decessi. &, ut scias, inventa est, illo mortuo, captio quaedam in formula supplicis libelli, qui ejus cessionem continebat, quae rem omnem revocarit in dubium. quamobrem de sententia M. Antonii Hortensii, qui, quantum periculi sit in illis tendiculis aucupiisque verborum, bene novit, transegi quingentis aureis nummis potius, quam cum pecunioso eodemque gratioso adver-*

Digitized by Google

diebat. ac Hieronymi hujus nomine ad Anselmum Dandinum, fratris filium, scriptus est ultimus (15) harum literarum liber. Post Hieronymi mortem, ad Othonem Trucsium (16), augustanum cardinalem, liberaliter (17) ab eo invitatus, se contulit, apud quem

adversario judicio contenderem. Qui locus, in quo de beneficio, ut ajunt, ecclesiastico agitur, admonet me, ut alium quemdam locum afferam, ex quo, Pogianum e sacerdotum coetu fuisse, planius intelligimus: cujus rei nullam usquam alibi in suis, quae quidem ad nos pervenerint, scriptis significationem dedit, neque id est a quoquam, quod sciam, memoriae proditum. Locus is est in epistola quadam ad Thomam Aldobrandinium, nullam temporis, quo scripta sit, notam praeferente, sed certe post aestatem anni 1563. data: *Valeant igitur*, inquit, *aulae principum, consurrectiones, occursationes, blanditiae ... quod ut artificium semper neglexi, sic, si ejus adspectum auditumque vitassem, meliore loco esset status animi mei; quem tamen hoc uno non arbitror esse deterrimum, quod nullam sacerdotii curam sustineo, quo minus liber ac solutus salutarem tranquillitatem colere possim*. Qui se *nullam sacerdotii curam sustinere* dicit, hoc nempe dicit, sacerdotem esse se quidem, sed nullam sacerdotio suo esse curam, ut vulgo loquimur, animarum adjunctam. Jam apud Dandinium Pogianus vixit toto ferme Paulli IV. pontificatu. creatus autem pontifex max. Paullus die 23. maj. an. 1555. obiit die 19. aug. an. 1559.

Leviusculum est sane hoc, quod adjiciam, verumtamen, & quod ad Pogianum pertinet, & quod animum meum jucunda quadam tanti viri admonitione percellit, non omittendum. In aedibus, collegio huic romano, ubi ego nunc habito, vicinis, extremo suae vitae anno Dandinius, apud eumque Pogianus habitavit. quas ego aedes soleo nonnumquam e superiore loco cupidissime, atque, ut ita dicam, amatorie spectare. De iis est illa ejusdem Dandinii ad Anselmum, fratris sui filium, a Pogiano scripta, epistola, die 21. decembr. an. 1558. data: *Nos aliquando inquilini Romae esse desiimus. nam ad XVI. Kal. januar. migravimus in domum nostram, amplam, magnificam, salubrem, romana plane vicinitate undique honestatam. In his commodis illud inest incommodi, vetus aedium descriptio; quae ut ad hanc novam elegantiam redigatur, magna pecunia opus est. Tollendum altius aliquot locis tectum cubiculorum, proferenda & explicanda vaporaria, patefacienda lumina, nonnulla reficienda, multa commutanda, plura reconcinnanda sunt. Hujus quasi expolitionis cum in Deo omnem, tum in fructibus etiam praediorum nostrorum aliquam spem ponimus. Habes res nostras*. Ea autem domus magis circumscripte altera epistola, non multo post ab eodem ad eumdem data, designatur; cujus hoc est initium: *Aedes nostras, S. Marcelli templo continentes & adjunctas, probari tibi ... laetor &c.*

(15) *Ultimum* dicit, eam Pogiani epistolarum partitionem sequutus, quam Alexander Trivius, ipsius Gratiani jussu, instituerat. Qua de tota re infra aptiore loco dicemus.

(16) De praestantissimo hoc cardinale vide Ciacconium, sive potius Oldoinium in pontificum & cardinalium *Vitis*. De eo plurima, ab aliis historicis praeterita, harum epistolarum, ejus nomine a Pogiano scriptarum, lectione deinceps cognoscentur. quo minus, in hominis genere ac dignitate rebusque gestis prodendis, immorari nos hoc loco, necesse est.

(17) Verum ostensa liberalitas illa videtur deinde aliquanto restrictior fuisse facta. cum enim Pogianus operam

quem partem maximam earum epiſtolarum ſcripſit, quae hoc volumine continentur. nam & pro homine germano ad pleroſque latine neceſſario ſcribendum erat, & Otho, quia Julii facultate delectabatur, de induſtria ſcribendi cauſam quamplurimis quaerebat (18). donec, ex auctoritate Pii quarti, pontificis max. ab Othone ad Carolum Borromaeum cardinalem tranſiit (19); cujus domus doctiſſimis referta viris tum erat. nam Borromaeus, in ſummo cum aetatis, tum gratiae & potentiae flore, quod inter rara exempla commemores, ad vitam, dignitati parem, inſtituendam, animum contulit, & fortunae illecebras, quibus vel conſtantes viri deliniti ſaepe ceſſere, juvenis incitamenta virtutis habuit. ac Romae quidem delecti, quibus ex ingenio nomen erat, apud ipſum, certis diebus, variis aut declamandi aut diſputandi exercitationibus, ſtudiorum fructum & oſtentabant aliis & communicabant. hunc conventum, ſimilitudine moris, Borromaeus *Academiam* (20) appellabat. atque ab his initiis ad perfe-ctam

ram ſuam Truchſeſio dare anno 1560. ineunte coepiſſet, illa ad Thomam Aldobrandinium die 26. apr. inſequentis anni ſcribebat: *Nihil jam me urbs, nihil delectat urbanum. domeſtica vero multo minus opima ſunt, quam videbantur.*

(18) Id ipſum Pogianus commemorat & queritur litteris, ad Franciſcum Davanzathium die 21. dec. an. 1560. datis: *Ego*, inquit, *ſuſceptum paulo ante ſcribendi laborem ſum perſecutus, in quo praeter ineptias innumerabiles, & ipſam barbariem, quae mihi devoranda eſt, opprimor negotii magnitudine. nam, qua is eſt ambitione, cui operam locavi meam, & ſexcentis literis neceſſe habeo reſpondere, & multos praeterea laceſſere epiſtolis.*

(19) De hac tota re audiatur ipſe Pogianus in litteris ad card. Alphonſum Caraffam die 23. oct. an. 1563. datis: *Quantum meum ſtudium extiterit conveniendi te, dandique tibi potiſſimum operam meam, ut primum ex urbe profectus eſt Otho card. auguſtanus, ex eo, puto, intelligis, quod, cum hic apud eum viverem, te ex amoliſſimo ordine proximum habebam, quem obſervarem, cujuſque domum officii cauſa ventitarem. etſi hujus cupiditatis teſtis eſt ipſe card. auguſtanus, qui cum videret, me de illa ſententia non diſcedendi ex Italia ulla conditione deduci non poſſe, petiit a me in beneficii loco, ſaltem ut ſua cauſa eſſem apud Carolum Borromaeum cardinalem, quaſi pignus quoddam, ut ipſe dicebat, amoris & obſervantiae erga illum ſuae. cui non ſolum id ego negavi..... ſed cum ipſo etiam Borromaeo, ex auguſtani poſtea verbis pro debito quodammodo exigente operam meam, ita locutus ſum, ut dicerem, me tandiu fuiſſe in Auguſtani poteſtate, quandiu ille manſiſſet in urbe, nec potuiſſe illum me alteri tradere. & quidem etiam Ferrarienſem, Cornelium, Vitellium cardinales belle effugeram, a quibus eram liberaliter invitatus... Ac brevi dediſſem me in viam, tibique praeſto fuiſſem... ſed, dum profectionem paro, ecce tibi juſſum pontificis max. ut Borromaei cardinalis conditionem accipiam... Interceſſit igitur vis, quae meum fregit conſilium; cupiditatem autem tantum abeſt ut reſtinxerit, ut etiam magis incenderit.*

(20) Prodiit Venetiis apud Andream Polettium an. 1750. liber hoc titulo: *Noctes vaticanae, ſeu ſermones habiti in academia a S. Carolo Borromeo Romae*

ctam illam christianae disciplinae rationem pervenit, quam nunc suspiciunt magis homines, quam imitantur. paucis enim post annis, amplissimis opibus (21), quibus eum studiose auxerat avun-

mae in palatio vaticano instituta .... Joseph Antonius Saxius praefatione & notis illustravit. In praefatione autem Saxius pag.XX. *Antequam,* inquit, *quidquam edisseram de sermonibus in ea nobili academia recitatis,quos codex noster propitia sorte superstites complectitur, praemittendum est, S. Caroli mentem, cum primum eruditos hosce nocturnos congressus in vaticanas aedes induxit, eam fuisse, ut sibi proximisque consuleret; sibi quidem, ut fessum a diurnis gravium negotiorum curis animum amoenitate ac dulcedine literarum reficeret ac recrearet ... proximis autem, aulicis praesertim, ut, inducta quadam studii aemulatione, suoque in primis proposito exemplo, eos a ludorum noxia plerumque voluptate, ignavoque ocio abductos ad bonarum artium cultum accenderet .... Jacturae non parvae adscribendum est, quod plurium nomina vel majorum negligentia in oblivionem dilabi permiserit, vel temporum vetustas absumpserit. Nonnullos ex iis, qui sacra purpura claruere, recensuit Franciscus Panigarola in oratione funebri publice habita, dum solemnes Carolo inferiae celebrarentur, Ludovicum nempe Simonettam, Franciscum Alciatum, Carolum Vicecomitem, Franciscum Gonzagam, Augustinum Valerium, & Carolum de Comitibus. Addi possunt Sylvius Antonianus, & Hugo Boncompagnus ... Aliorum novem, qui in eodem coetu numerabantur, conservatam memoriam debemus laudato saepius cardinali Valerio in opusculo de hisce noctibus vaticanis, quod proxime edemus, Ptolomei videlicet Gallii, archiepiscopi Sypontini, dein cardinalis, Joannis Delphini episcopi Torcellensis, Guidonis Ferrerii Vercellensis, Speroni Speronii, Caesaris Gonzagae, Comitis de Landriano, Petri Antonii de Lunate, Alexandri Simonettae, & Baronis Sfondrati ... Quisquis in hunc coetum adoptabatur, adscititium sibi nomen more academico imponebat. Sancto Carolo Borromeo appellari placuit* il Caos. *Praeerat omnibus suus princeps, quotannis aut etiam citius deligendus, eique in orationibus, quae habebantur, modo* Excellentissimi, *modo* Eminentissimi *titulus tribuebatur .... Materies sermonum primum desumpta est e praeceptis philosophiae, quae animos ad virtutem sapienti homine dignam conquirendam, sanosque mores instituendos excitat eruditque ... Verum, cum anno 1562. inopinata mors rapuisset Comitem Federicum Borromeum, S. Caroli fratrem ... immutata est academiae hujus facies, totaque ad res sacras traducta. cum enim, despectis omnibus mundanae felicitatis oblectamentis, grande illud consilium animo volutasset Carolus, se totum devovendi Deo & Ecclesiae, atque ideo in sacerdotem, inscio etiam avunculo summo pontifice, consecrari se curasset, minime deinceps passus est, alia in noctibus vaticanis argumenta pertractari, nisi quae deprompta ex euangeliis forent &c.*

(21) Carolus a Basilica-Petri lib.I. *De vita & rebus gestis* card.Caroli Borromaei, cap.8. pag.25. edit. ingolstadiensis an.1592. *Hic*, inquit, *minime alienum existimo reliquos item Caroli honores, munera, facultatesque recensere; quibus, cum haberet, insignis fuit, &, cum dimisisset, insignior. cardinalis igitur, legatus, idemque archiepiscopus noster, ecclesias non minus duodecim in variis regionibus, abbatis, commendatariive nomine tenebat; & ecclesiae S. Mariae majoris Urbis erat archipresbyter. Amplas pensiones variis in provinciis, aliasque sacras facultates obtinebat. Calventianum sacerdotium addixerat jam fabricae*

vunculus pontifex, aut sacrorum cultui, aut egentium inopiae sustentandae, irrogatis, diligentia episcopalis muneris, & religionis ac pietatis officiis, speciem nobis antiquae fidei & sanctitatis ostendit. in illa doctorum veluti cohorte maxime Pogianum habuit (22): quem etiam Mediolanum secum duxit (23), quo, ad visen-

cae collegii ticinensis, quam ante annum opere magnifico coeperat. Supremo paulo post sacrae poenitentiariae muneri a pontifice praeesse jussus est . . . Delatum est etiam a pontifice quandoque Camerarii apostolici munus: quod ille, amicis nonnullis tacite indignantibus, pia de caussa recusavit. Aronae comes cum esset, Vritanae quoque urbis ditionisque a Philippo rege, princeps erat, dum viveret, constitutus: unde aureorum circiter decem millia annua exigebat. Romaniani marchionatum Federico Ferrerio cognato ante donaverat. Instructas triremes, quae in eum a Federici fratris morte pervenerant, quaeque stipendia in classe Philippi regis ad viginti millia aureorum merebantur, tamquam a suis studiis valde alienas jam vendiderat . . . . Annuorum redituum summa quae per id tempus fuerit, non satis definite potest affirmari. & emolumentorum tamen habita ratione, ad nonaginta millia aureorum nummum videtur quandoque pervenisse.

(22) Neque, quae heic Gratianus de Pogiani in Borromaei *academiam* cooptatione commemorat, neque omnia, quae proxime de ejusdem *academiae* ratione atque institutis Saxius commemoravit, cum Pogiani ipsius narratione in litteris, ad card. Truchsesium mense januario anni 1564. datis, omni ex parte consentiunt. Nos ipsarum litterarum particulam, huc facientem, afferemus. lector de re judicabit, &, quae invicem conciliari poterunt (quaedam enim esse video, si tempora distinguantur, certe non repugnantia) ipse per se conciliabit: *Borromaeus cardinalis*, inquit, *colit suam academiam, & in ficta quadam republica cum Gonzaga & aliis quibusdam latinas orationes habet saepissime de divinis & humanis rebus: in quibus & scribendis & memoriae mandandis admirabiliter elaborat. mecum omnes egerunt vehementer, ut adscriberer in eorum numerum. quod ego me ea tantum conditione facturum dixi, si vellent loqui ex tempore: laborem memoriae mandandi orationes reservare veris actionibus, in fictis causis & in illa commentitia exercitatione nolle suscipere. quare adhuc ea molestia careo, & aliquot cardinalium, & Sirleti in primis nostri consilio.*

(23) De mediolanensi hoc itinere agere cum Pogiano Borromaeum per aestatem anni 1565. coepisse, discimus ex binis ipsius Pogiani litteris, alteris mense, ut opinor, julio ad Horatium Ursinium, alteris die 18. augusti ad Julium Jacobillium datis. in prioribus quidem, *Vult is*, inquit, *me suscipere transpadanum iter extremo, opinor, septembri, ut ineunte januario redeam. ego recusare de tota re mihi non posse videor, ne de itinere quidem. diem utique profectionis velim proferre. praefinit enim mihi ille Kalendas octobris. vehementer sum perturbatus*. in posterioribus vero, *Incredibile est*, inquit, *quam me sollicitum habeat* Borromaei *cardinalis iter in insubres. nam eo me secum ire vult, ut medio decembri revertamur. ego a toto itinere abhorreo: & adhuc ei praecise negavi. sed vereor, ne vis intercedat*. Vis autem intercessit, voluntas nempe jussusque pontificis max. itaque Kalendis septembribus ejusdem anni 1565. Roma cum Borromaeo profectus, Mediolanum IX. Kal. oct. pervenit: de quo adventu suo has ad card. Sirletum litteras die 2. octobris Romam dedit, quas ego e codice

visendam ecclesiam, cujus erat archiepiscopus, ordinandamque,

b mul-

dice vaticano 6189. pag. 253. diligenter descripsi: cujus codicis, e vaticana ipsa bibliotheca, annuente summo pontifice BENEDICTO XIV. extracti, copiam mihi ante aliquot annos in suis aedibus fecit vir amplissimus, & ad juvandas litteras natus, litteratissimus ipse, & litterarum studiosorum in primis fautor, Dominicus Passionejus cardinalis: cui viro non modo Pogiani hoc monumentum, verum etiam alia aliorum permulta, quae deinceps suis locis, ex eodem codice depromta, proferam, haberi uni gratiam, meritam nimirum ac debitam, ab eruditis omnibus, quibus scio ea fore gratissima, volo. Sunt autem Pogiani illae litterae hujusmodi:

Illustrissimo & reverendissimo signor mio colendissimo. Il debito della servitù mia con V.S. illustriss. mi condannarebbe molta, se havendo cosa, che fusse secondo il suo gusto, non glien' havessi perancbora fatto parte. ma essendo state le circostanze del nostro viaggio solo incontri, accoglienze, visite, conviti & simili cerimonie, ho pensato di non dargli questa molestia di legger nuove, le quali & forse le ha intese da altri, & al parer mio non molto se ne diletta. questo, che penso le placerà, scrivo a V.S. illustriss. molto volentieri. Domenica, che fu l'ultimo di settembre, cantò la messa il cardinale nel domo, dove fu il principe & il senato con tutti i magistrati maggiori della città, i quali desinorono con sua signoria illustriss. E' ferma opinione, che fussero alla messa più di venticinque mila persone. un canonico fece un'oratione al cardinale assai impertinente & longa: & pur se ne dimenticò una parte. in somma nihil boni, praeter vocem & latera. Il cardinale a mezza messa fece un sermone, nel quale parlò della giustificatione a proposito dell' evangelio, che fu quella plantavit vineam. *della materia se n'era informato dal P. Benedetto Palmio. ragionò del desiderio & intentione sua intorno alla venuta, & esortò quei signori a favorire & ajutare questa santa impresa del sinodo; mostrando l'obligo loro di ciò fare con ogni studio & diligentia. fu lodato assai da chi l'udì. questo dico, perchè essendo la chiesa grandissima, & il cardinale volto verso la vastità del duomo, la voce si dissipò & smarrì in quel tanto spatio, in modo, che non molti l'intesero. la cosa è stata di mirabile edificatione a questo popolo. sì che dubito, che aggiongendosi a questa causa altre faccende, che ogni dì si scuoprono maggiori, la stanza nostra fuor di Roma non sia più lunga di quello, che pensava. sia lodato Dio d' ogni cosa. Insino a qui non s'era parlato di sinodo, se non della forma. poche sere sono, si cominciò a parlare della materia, dove in congregatione di cinque vescovi Cremona, Bergamo, Asaplense, Torcello, & S. Marco, & dell' Ormaneto & prelati, che sono venuti da Roma, con il dottor Tomaso, il Costa, & il Castello bolognese, non essendoci per allora frate alcuno, il cardinale dimandò di che gli pareva, che si dovesse primamente trattar nel sinodo. fu risposto variamente: perchè chi disse dell'usure, di censi, cambi & recambi; chi degli habiti dei sacerdoti; chi delle bestemmie; chi della varietà delle messe & divini officii; & altri altramente. a me parve meglio il parere di due o tre, li quali dissero, che bisognava dimandare a ciascun vescovo, se havea eseguito il concilio tridentino: & che ogn'uno scoprisse li difetti & abusi della sua diocese, soggiongendo a quali havessero provisto, & a quali restava da provedersi, & perchè causa. aspettaremo con l' ajuto di Dio li quindici del presente, per veder l'ingresso & progresso di questo sinodo. Ho inteso, che oltra a l' Amio, qui sono due o tre letterati. ma perchè, non so per qual disgratia o male-*

dittio

multum retinente (24) pontifice, qui eo perinvitns carebat, profectus est. ubi cum concilium ejus provinciae episcoporum habuisset (25), atque veteres leges ac decreta patrum renovasset, novas

dittion loro, si mormora, che sono infetti di opinioni poco catholiche, son risoluto di non parlargli, nè vederne alcuno. Desideravo molto di andare a casa mia, che è da quì lontana una giornata, per veder mia madre & gli altri, & sodisfare, per quanto potranno le mie deboli forze, in parte al bisogno loro & al debito mio. ma il cardinale non vuole, ch'io mi parti prima, che sia finito 'l sinodo. aspetterò quel tempo, & all' hora con l'ajuto di Dio, segua che vuole, mi sforzerò di allegerirmi di questo peso di carne & di sangue, acciò possa poi più quietamente vivere là dove desidero anco di finire la vita in gratia di Dio. La benignità, che sempre mi ha mostrato V.S. illustriss. mi dà animo di scrivere i miei particulari, confidandomi, che il tutto riceverà con la solita humanità & amorevolezza. & pregando Dio, che la conservi sana nella sua gratia, humilmente le bacio le mani. il che con ogni riverenza fa anco il scrittore. Di Milano li due di ottobre 1565.

Di V.S.illma & revma.

Il P. procuratore della Minerva bacia le mani di V.S.illustriss. il quale mi ha fatto per viaggio et fa quì tuttavia mille cortesie. Messer Theopompo se l'inchina con ogni riverenza.

Humill. et devotiss. servitore
Giulio Poggiano.

De praestanti Benedicti Palmii, quocum Borromaeus concionis illius suae materiam ante contulerat, doctrina, eloquentia, sanctitate, adeatur *Historia societatis Jesu*, a Francisco Sacchinio conscripta, in *Laynio*.

(24) Quid si hoc est a librario, a Gratiano autem *renitente* fuit?

(25) De hoc provinciae episcoporum concilio, quod primum post oecumenicum tridentinum card. Borromaeus habuit, ingenti non modo mediolanensis, verum etiam universae catholicae ecclesiae bono, praeter ea, quae ex Pogiani illa ad Sirletum epistola cognita sunt, nonnulla etiam, deinceps consequuta, ex Theopompi Ferri binis, & Borromaei ipsius unis ad eumdem Sirletum litteris, quas ex eodem illo vaticano codice depromsi, sane cognoscantur.

I.

Illustrissimo & reverendiss. signor mio patrone sempre osservandiss. Non voglio credere, che le lettere, che scrive a V.S.illustriss. tutte si perdino, anchora che non habbi mai havuto nova alcuna, che le capitino in mano sue. haverà adunque per le altre inteso l'arrivo del cardinale in Milano, & li vescovi, che si sono congregati per il synodo. hora la saperà anchora, che il tempo, con che venne fu sempre cattivo, & che sua signoria illustriss. non si sentisse troppo bene, quando partì da Piasenza. nondimeno adesso sta tanto bene, che dice, essere molti dì, che non è stato mai meglio. mi ha commesso, che a nome suo io basci le mani a V.S.illustriss. & gli dia questa nova del suo ben stare. il cardinale di Vercelli era venuto il venerdì; di modo che sono quì tre cardinali, cioè Trani, Borromeo, & Vercelli, & nove vescovi, Alba, Vigevano, Tertona, Aique, Casalo, Cremona, Brescia, Alessandria & Bergomo, & molti procuratori di quei vescovi, che non hanno possuto venire, come Lodi, Novara, Ventimiglia, Saona & altri, oltra il cardinale Castiglione, che non intraviene nel synodo, il vescovo di Treviso, di S. Marco & di Reggio, quali se ne stanno quì a piacere, & tanti prelati, che ci pare essere in Roma. Si attende con molta diligenza alla riforma, & il cardinale nostro la

novas ipse leges, tum sacris religionique firmandae, tum maxime luxui coërcendo, sacerdotumque officiis incitandis, san- b 2 civis-

la fa in decreti & in esecutione, che ha fatto dismettere tutti li vasi d'argento, che si adoperavano, & ridotto la tavola sua a singolar frugalità, &, se fosse stato possibile riddurre la persona sua a più abstinenza & essemplarità, l'haveria fatto, ma è stato, da molti anni in quà & sempre, tanto continente & essemplare, che non vi hà potuto aggiungere se non il celebrar' ogni giorno: il che ha cominciato & continuato da otto giorni in quà. Lunedì si fece la prima sessione, che continuò il dì sequente, la mattina fino a 19. hore, & dalle 20. fino a notte. si attese a leggere li decreti del concilio di Trento: & tutti li padri giurorono poi la professione della fede. a' 25. giorni di questo si farà la seconda sessione, & fra tanto si fanno continue congregationi, che durano tutto il giorno & gran parte della notte; di modo che tutti si straccano, eccetto il card. Borromeo, il qual miracolosamente resiste con tanta fortezza & di animo & del corpo a queste continue fatiche, che ognuno ne stupisce. Il signor Poggiano lo saprà ben dire a V. S. illustriss. quando sarà costì, che credo non gli lo potrà scrivere, per essere tutto occupato in questo concilio. però mi ha commesso, ch'io basci, come so, le mani a V. S. illustriss. Gli le bascio anche con ogni riverenza a nome mio, per non fastidirla più in leggere. Da Milano a' dì 17. d'ottobre 1565.

Di V. S. illustriss. & reverendiss.
Humilissimo servitore
Teopompo Ferri.

I I.

Illustrissimo & reverendiss. signor mio patrone sempre osservandiss. La santa synodo milanese heri con la gratia di Dio benedetto fu finita, con infinita satisfatione del cardinale & di tutti li patri & de la città anchora. la si stamparà in breve, & sarà una bellissima opera. così piaccia a Dio, che lo sia esequita, come certo si spera. Il P. Palmio questa mattina ha predicato nel domo con mirabil concorso di populo, & grande edificatione delli buoni. Domattina lo illustriss. cardinale di Trani partirà per Piacenza. il Borromeo lo accompagnerà un miglio o doi fuori de la città. io gli basciarò le mani a nome di V. S. illustriss. come ho fatto già molt'altre volte. ho pregato il card. Borromeo, che raccomandi Messer Bernardino al vescovo di Brescia, come V. S. illustriss. mi ha comandato, & già l'ha fatto una volta, &, prima che parti il vescovo, lo farà un'altra; & spero, che giovera assai. lo farò anchor lo da parte di V. S. illustriss. Noi, per quanto si spera, partiremo a' x. di questo per Trento, & a mezzo febraro saremo in Roma con lo aiuto del signore, per servire a V. S illustriss. Fra tanto la prego a tenermi in memoria, & commandarmi. & le bascio humilissimamente le mani. Da Milano a' dì 4. novembre 1565.

Di V. S. illustriss. & reverendiss.
Certiss. servitore Teopompo Ferri.

I I I.

Illustrissimo & reverendiss. signor mio osservandiss. La osservanza & l'amore, ch'io porto a V. S. illustriss. richiede, ch'io mi rallegri con lei del buon successo, che ha havuto questo mio sinodo provinciale: il quale hoggi con l'ajuto di nostro signor Dio si è finito, & ha portato grandissima satisfattione così a questi magistrati & al popolo tutto, come al clero & ai prelati. & conosco, che Dio mi ha fatto gratia di poter ordinare & trarre a fine di molte cose appartenenti non solo a religiosi, ma anchora a laici. è vero, che io ho trovati questi animi pieni di divotione & d'ardentissimo desiderio, che il culto divino havesse molto accrescimento quì & in tutta questa provincia, & si desse legge & regola non pure a' religiosi, ma

civisset, in iis scribendis Pogiani opera est usus (26); quarum etiam edidit librum (27), scriptum haud paulo cultius, quam antehac

ma a ciascun altro christiano di vivere in amore & timore di Dio, & di levare alcuni abusi, che non lasciavano fiorir que' costumi & quelle opere sante, che voglio sperar di vedere da hora inanzi. ma V. S. illustriss. sa le difficoltà & gl' impedimenti, che tal' hor sogliono havere le cose migliori. hora, vedendo io riuscito ogni mio pensiero, se ne sento allegrezza d' animo & di spirito, lo giudichi V. S. illustriss. che può penetrare col suo giudicio insino al cuor mio, & ricordarsi di ciò, che le ho detto & ridetto più volte in questo proposito. oltra che il desiderio, che io haveva d' attendere a l'honore & servitio di questa mia chiesa, & a la salute delle anime, che ho da curare principalmente, oso dire, che non sia minor de l'obligo, che ne ho, che pure è infinito. & mi piace, che tutti i decreti, che si sono fatti in questo sinodo, sieno conformi a i santi ricordi di V. S. illustriss. Però ella gli havrà a gradir maggiormente, & io più a prezzare & obedire. & con questo fine a V. S. illustriss. bacio humilmente le mani. Di Milano a' III. di novembre del LXV.

Di V. S. illustriss. & reverendiss.

Humiliss. servitore C. card. Borromeo.

(26) Concilii hujus mediolanensis primi acta sive decreta a Pogiano nostro latine fuisse perscripta, Carolus etiam a Basilica-Petri in sua *Novaria* libro I. pag. 161. testificatur. locum integrum describam, quo non modo hoc, sed alia etiam docti & de catholica ecclesia praeclare meriti viri opera, de quibus infra pluribus agendum nobis erit, commemorantur: *Quoniam vero*, inquit, *de Suna hic dicimus, etiam Julii Pogiani sunensis mentio recte habebitur. dandum est hoc viri insigniter litterati memoriae, cujus opera ecclesiae Dei utilis fuit. cum enim Romae in eorum numero esset, quos sibi Carolus ille Borromaeus, sanctus archiepiscopus & cardinalis, litteris doctrinaque claros ex omnibus familiares delegerat, cumque deinde in familia Pii V. collocatus, & ejus epistolis latinis conscribendis addictus esset, factum est, ut concilii mediolanensis primi decreta, ac romani breviarii historiae, quae in manibus habentur, ejus stilo, magna puritatis & facilitatis laude, conscriberentur; & praeterea etiam catechismi romani pars. hujus viri etiam opus illud extat, S. Joannis Chrysostomi liber de Virginitate latinus factus, extabitque, donec manebunt eximii ecclesiae doctoris monimenta.*

(27) Libri hic est titulus: *Constitutiones & decreta, condita in provinciali synodo mediolanensi, sub illustrissimo & reverendiss. D. D. Carolo Borrhomaeo S. R. E. tit. S. Praxedis presbytero cardinali, & sanctae sedis apostolicae per universam Italiam legato de latere, archiepiscopo Mediolani. Mediolani* M. D. LXVI. *apud Jo. Baptistam & Pontios fratres.* Operi haec epistola praefixa est:

Carolus Borrhomaeus, miseratione divina S. R. E. tit. S. Praxedis presbyter cardinalis, archiepiscopus Mediolani, provinciae nostrae fidelibus salutem in domino. Quantum mihi onus imponeret archiepiscopalis officii ratio cogendi provincialem synodum, quo die ex gravissimo jusso sancti tridentini concilii recognovi, mature ut id munus exequi possem, vehementer elaboravi. quod & nostrae testantur litterae, quibus provinciae episcopos convocavimus, & sciunt graves atque ornati viri, qui nostris ea in re studiis & actionibus interfuerunt. itaque, cum primum mihi licuit, Mediolanum veni; quo provincialibus episcopis convocatis ... de ipsorum consilio atque consensu ea statuimus ac decrevimus, quae perturbatam cleri ac reliquorum vitae & officii disciplinam restituere ... posse viderentur. syno-

Digitized by Google

synodo dimissa, cum a Pio IIII. pont. max. Romam revocarer, ne in ipso quidem itinere mihi quidquam majori curae fuit, quam ut ea decreta ... primo quoque tempore pervulgarem. quam in cogitationem toto animo incumbentem me & ipsius Pii pontificis, avunculi mei, mox consequuta mors, & deinceps interregni, & pontificiorum comitiorum occupatio ... ab eorum editione retardavit. Sed bene, quod, quemadmodum Deum assidue precatus sum, &, ut ita fieret, pro mea parte contendi, brevi, ipsius Dei benignitate singulari, Pius V. pontifex maximus est renunciatus: qui ... mihi & facile concessit, ut reviserem hoc tempore commissum fidei meae gregem, & inflammatum studium meum edendi has constitutiones provinciae nostrae fidelibus pia sane cohortatione magis incendit ... Damus igitur vobis, quae ex praescripto tridentini concilii ... in provinciali synodo decreta sunt. &c.

Hanc autem ipsam epistolam, itemque alteram, qua universum opus absolvitur, Romam, antequam liber pervulgaretur, Mediolano Borromaeus miserat, ab Alciato cardinale, a Pogiano, a duobusque praeterea dominicanae familiae doctissimis viris cognoscendam, &, sicubi opus fuisset, corrigendam. de qua re sunt hae Pogiani ipsius ad eumdem Borromaeum litterae, mecum ab eruditissimo viro Balthassare Oltrocchio, ambrosianae bibliothecae propraefecto, una cum ternis aliis, inferius afferendis, humanissime communicatae:

Illustrissimo & reverendiss. monsignore, signor mio colendiss. Le due lettere con l'indice delli titoli del concilio, mandate da V. S. illustriss. al signor cardinal Alciato, sono state lette separatamente da sua signoria illustriss. da monsignore di Lanciano, dal padre procuratore della Minerva, & anco da me, come ella ha comandato. hier sera poi tutti fossemo da monsignore illustriss. Alciato, & ciascuno disse il suo parere, nè ci fù diversità alcuna. le considerationi fatte si mandano a V.S. illustriss. in un foglio appartato, acciò le approvi o condanni con il suo pio & retto giuditio. Monsignor l'arcivescovo di Lanciano bascia le mani a V.S. illustriss. desiderando, ch' ella si degni di comandarli, restandole quello devoto servitore, che sempre gli è stato. il medesimo fa il padre procuratore; & io humilissimamente le fo riverenza; pregando Dio, che la conservi & augumenti nella sua gratia: non lasciando però di ricordarle, che, quando sarà stampato il suo concilio, si degni di farcene gratia almeno d'un paro de libri per uno. Di Roma li 20. di luglio MDLXVI.

Di V.S. illustriss. & reverendiss.

Obligato & perpetuo servitore

Giulio Poggiano.

Editione vero operis absoluta, Romam unum ejus exemplum Pio V. pont. max. Borromaeus misit cum hac epistola, quam ex autographo, quod apud nos in domestico S. Aloysii superiore sacello religiose adservatur, hoc loco describam:

Sanctissime & beatissime pater.

Mediolanensis synodi constitutiones & decreta, Romae cum essem, sanctitati vestrae summatim exposui & probavi. sed, quia erant apud me conscripta uberius & distinctius, ea nunc primum edita ad sanctitatem vestram misi. ex quibus, quid mihi cum episcopis provinciae meae convenerit, ut prolapsam morum disciplinam, quantum in nobis est, restitueremus, perspicere facilius poterit, simulque expressam in his imaginem cogitationum & consiliorum nostrorum recognoscere. &, quamvis putem, fore, ut sanctitas vestra intelligat, ad cultum christianae pietatis in nostra provincia retinendum & augendum omnia esse a nobis quaesita, excogitata & decreta, quae cum sua sanctissima voluntate consentiant, haec tamen gravissimo ipsius judicio, & sanctae

vitum sit, res ecclesiasticas suis nominibus formulisque explicandi.

tae sedis apostolicae, quae hujus ecclesiae & caeterarum omnium communis est parens & magistra, auctoritati potestatique in perpetuum subjicimus. Nunc sanctitatem vestram vehementer oramus atque obsecramus, ut constitutiones nostras, quas suo concessu & munere coepit ornare, sua auctoritate & gratia tueatur & augeat: cum praesertim, quidquid benignitatis & studii in hanc provinciam contulerit, id etiam ad utilitatem finitimarum gentium permanare posse videatur. Deus sanctitatem vestram nobis, qui eam in primis veneramur & colimus, & universae ecclesiae suae, quae in ipsius prudentia & fide acquiescit, salvam & incolumem diu conservet. Mediolani. die XIII. *sept.* M. D. LXVI.

Sanctitatis vestrae
Humill. & devotiss. servitor
C. card. Borromeus.

De aliis ejusdem operis exemplis Romam a Borromaeo transmissis Pogianus in his ad eum eodem mense datis litteris meminit:

Illustrissimo & reverendiss. signor mio colendiss. Bacio la mano di V.S. illustriss. poi che si è degnata di farmi questo favore della presentatione delli volumi suoi sinodali a questi signori illustriss. della congregatione del concilio, conforme all'honore, che mi fece ricevendomi nel numero delli compilatori. io n'hebbi cinque legati, non essendocene più, come mi disse monsignore Bonomini, & subito li presentai con le lettere di V.S. illustriss. al cardinale Morone, Saraceno, S.Clemente, Araceli, & S. Sisto. li ricevettero come cosa desideratissima per l'opera istessa, & carissima per essere mandata da V.S. illustriss. Darò il restante subito, che saranno in ordine, ancora che monsignore Bonomini mi va levando di quest' obligo. per me ne ho havuto un solo, scusandosi detto monsignore, con dire, che ne sono venuti pochissimi. nel che più mi duole di esser stato constretto accomodarne un prelato; in modo che ne resto senza. però la supplico, che commetta a detto monsignore, che esseguisca l'ordine delli sei, li quali per ragione non mi si possono intervertire, poichè mi si devono, se non per merito, almeno per la promessa di V. S. illustriss. Crederò, ch'ella ne habbia mandato a monsignore illustriss. d'Augusta, il quale, per molte sue lettere a me, se n'è mostrato desiderosissimo, non assicurandosi di fare il suo sinodo prima, che habbia veduto questo. non potrei dirle, quanto sia il desiderio quasi commune di leggere questo suo libro sinodale; & però V. S. illustriss. esserciti la benignità & carità sua con mandarne maggior copia; alla quale di nuovo baciando humilissimamente la mano, prego felicità & salute. Di Roma a' XXVIII. *di settembre* MDLXVI.

Di V.S. illustriss. & reverendiss.
Obligato & perpetuo servitore
Giulio Poggiano.

Iis litteris Borromaeus in haec verba rescripsit:

R.M. Giulio. M'havete dato gran consolatione colla vostra lettera, scrivendomi il piacer, che s'è mostrato del sinodo nostro provinciale, & del desiderio, che si ha communemente di leggerlo: & vi ringratio della manifattura vostra in presentarlo. m'incresce bene, che di presente non habbiate havuto il compimento de la parte destinatavi: perchè questi primi sono stati così pochi, & il desiderio così grande in molti di haverlo, & di mandare fuori, che in un subito se ne sono andati tutti. ma, stampandosene hora de gli altri in stampa piccola, che saranno finiti verso la fine di questo mese, & forse prima, non si mancherà di farvi havere i vostri. al cardinale d'Augusta se n'è mandato da sei, over'otto, s'io non erro. & facendo qui fine, me vi raccomando sempre. Di Lecco a' 7. di ottobre 1566.

Neque vero lectioni solum ac cognitioni sanctissimas illius libri constitutio-

candi. Secuta est Pii quarti mors (28), cujus successor Pius quin-

tutiones Romae propositas fuisse, verum etiam ad imitationis exemplum morumque magisterium non mediocriter valuisse, idem Pogianus aliis ad Borromaeum litteris, mense decembri ejusdem anni 1566. datis, ostendit: quas ego litteras, & quia Pogiani sunt, & quia nonnulla, ad Jo.Baptistam Blanchinium, affinitate sibi conjunctum, & ad sunenses conterraneos suos pertinentia, continent, integras heic exhibendas existimavi.

Illustrissimo & reverendiss. signor mio osservandiss. Non occorre, ch' io dica altro a V.S. illustriss. intorno alla stima, che si fa delle sue constitutioni sinodali, vedendo ognuno, che la riforma romana è figliuola della milanese. il che di giorno in giorno si va così dilatando, che cotesto membro entrarà in molta maggior riputatione, poichè da quello a un certo modo ha preso esempio il capo; cosa, che non deve essere di poco contento a V.S. illustriss. la quale, mercè della sua vita & governo tanto esemplare, spero che dalla benignità divina haverà di giorno in giorno maggior allegrezza. Mentre V.S.illustriss. fu occupata in questa amministratione publica, mai gli volsi raccomandare messer Gian Battista Bianchini, poichè sapevo, che se bene era servitore affetionatissimo di V. S. illustriss. quanto qual si voglia altro, nondimeno, per non essere egli all'hora volto alla vita clericale, forse non sarebbe stato tanto secondo il gusto suo. ma hora, che è (come mi dice) totalmente inclinato ad esser prete, sono constretto per più cause di raccomandarlo, quanto posso, a V. S. illustriss. confidandomi, che abbracciando ella questo gentilhuomo, il quale ha dedicata in perpetuo la servitù sua a lei, & all' illustriss. sua casa, sorà ancho causa, che egli pigli quel corso di vita, che è più spedito & più sicuro per la salute. Havendo poi ella cominciato a proteggere gli huomini di Suna, non restarò di supplicarla, che voglia proseguire questa sua benignità verso di loro & me insieme: poichè mi scrivono, che li signori fabriceri essendo restati d'accordo con loro, che gli pagassero 80. scudi, con patto, che li sudetti signori haverebbono mandato prima a visitare il luogo, del quale era la lite, affrettano hora l' essattione de' danari, non eseguendo detta visita del luogo. & facendo fine chiuderò questa lettera con quello ufficio, che haverebbe bisogno di molte lettere, di basciare le mani a V.S. illustriss. dell'elettione, quale ha fatta, della persona di monsignore Bonomini nella collatione dell' abadia di Nonnantola. la quale attione è giudicata pare a qual si voglia altra sua, che tutte sono heroiche, di pietà & prudentia christiana. Dio conservi V. S. illustriss. sana nella gratia sua. Di Roma il dì XXI.*di decembre* 1566.

Di V. S. illustriss. & reverendiss.
Obligato & perpetuo servitore
Giulio Poggiano.

(28) Pii IV. mortem Carolus a Basilica-Petri in S.Caroli *Vita*, latine scripta, lib.I. c.9. in decembris diem decimumtertium, Joannes autem Petrus Giussanius in ejusdem *Vita*, italice scripta, lib.I. cap.12. in diem decimum confert. sed magis elogio credendum, quod Pii sepulcro in aede S. Mariae Angelorum his verbis inscriptum est:

D. O. M.
PIVS IIII. PONT. MAX.
MEDICES MEDIOLANENSIS
SEDIT. ANN. V. MENS. XI. DIES. XV.
VIXIT. ANN. LXVI. MENS. IX.
OBIIT. V. IDVS. DECEMB. MDLXV.
JOANNES ANTONIVS SORBELLONVS
EPISCOPVS PRAENESTINVS
CONSOBRINO
CAROLVS BORROMEVS S. PRAXEDIS
MEDIOLANENSES
M. SITICVS DE ALTAEMPS GERMANVS
CONSTANTIEN. S.MARIAE TRANSTIB.
TITT. PRESBB.
AVVNCVLO
S. R. E. CARDDD. POSVERE.

Quo

Quo in elogio Joannes ille Antonius, qui *Sorbellonus* dicitur, in altero elogio, quod, marmoreae tabulae inscriptum, e regione visitur, *Serbellonus* appellatur: id, quod rectius veriusque semper putavi. Animadversum hoc volui, ne quis, temere fecisse nos, suspicetur, qui earum orationum primae, quae, Florentiae olim a nobis habitae, multorum typis editae circumferuntur, monumentum illud inscripserimus: *Habita Florentiae tertio idus januarias* M. DCC. XXXIV. *coram Fabritio Serbellonio, romani pontificis ad magnum Etruriae ducem legato &c.* Cui quidem orationi quanta tum humanitate vir ille praestantissimus interfuit, tanta nos cum voluptate, post annos ab illa habita omnino viginti, a BENEDICTO XIV. PONT. MAX. eum in cardinalium collegium cooptatum audivimus, amplissimumque honorem, summae illius dignitati omnium sententia debitum, cum homini tum universae christianae reip. ex animo gratulati sumus. Sed, ut ad Pium IV. revertar: cum aegrotare supremo morbo Pius coepit, nondum Romam Borromaeus Mediolano redierat, sed in quibusdam officiis, quae sibi avunculus mandarat, exsequendis in Gallia cisalpina erat occupatus. *Gli haveva*, inquit Giussanius lib. I. cap. 12. *il sommo pontefice imposto .... ch'egli si trasferisse alla città di Trento, per incontrar ivi e honorare le serenissime sorelle dell' imperatore Massimiliano, Giovanna, maritata nel principe di Fiorenza Francesco de' Medici, e Barbara in Alfonso da Este, duca di Ferrara, e poi quanto prima se ne ritornasse a Roma .... Mentre egli stava aspettando la commodità del tempo di far partenza per Trento, s'occupò nella visita d'alcune chiese & sacri collegj sì di canonici, come di monache ... Si partì poi da Milano ... e caminando verso Trento ... passò per la città di Verona ... e facendo quivi alquanta dimora ... proseguì poi il suo viaggio per Trento: e havendo accolte in Trento quelle serenifs. signore, e d'indi accompagnatole una a Ferrara, e l'altra fino a Fiorenzuola nella Toscana, hebbe quivi avviso per un corriero, che il sommo pontefice era gravemente infermo. per lo che prese di fatto i cavalli da posta, e se ne corse velocemente a Roma; dove giunto ..... entrò coraggiosamente al letto del pontefice, e senza mostrare segno veruno di mestitia, l'avvisò destramente d' esser giunta l' hora del suo transito .... Ordinò poi, che non si trattasse d'altro con sua santità; alla quale stette egli sempre assistente fin'all'ultimo transito, non tralasciando ufficio alcuno di pietà ... e di sua mano gli ministrò i santissimi sacramenti del viatico & estrema untione: con li quali ajuti passò con buonissima dispositione e con particolare contentezza d'animo, per la continua assistenza dell' amato nipote, a miglior vita questo santissimo pontefice il seguente giorno, che fu alli* 10. (corr. 9.) *di decembre* 1565. *d' età d' anni 66. mesi 8. e giorni 6.*

Discedentem Mediolano Borromaeum Pogianus prosequutus Romam venit paucis, opinor, post Pii IV. pontificis obitum diebus. quam autem invitus & ex Insubria discesserit, & Romae consistere coactus sit, docet ipse nos in litteris, ad Octavianum Ferrarium die 21. jul. insequentis anni 1566. Mediolanum datis. *Certum*, inquit, *consilium ad te aliquid scribendi meum ex eo die, quo a digressu tuo redii ad urbem, quam multa adhuc impedierint, ea re non expono, quia non dubito, quin tibi quoque futura sit eorum injucunda commemoratio, quae mihi usu permolesta acciderunt. tantum dicam, per occupationes meas non licuisse mihi ad hanc diem tibi persolvere officium litterarum, debitum suavissimo studio & amori in me tuo ... Ego nescio quo modo captus suavitate consuetudinis morumque vestrorum, allectus praeterea istius & magnificentia urbis & liberalitate civitatis, commotus vero etiam amore ac desiderio patriae, cujus videlicet me non solum invitabat, sed paene ad se trahebat adspectus, maxime autem asse-*

Digitized by Google

quintus (29) depravatis, superiorum temporum licentia, hominum moribus corrigendis tanto studio intendit, ut prope hac una cura occuparetur ejus animus. concilii tridentini decreta tam sancta habuit, ut e praescripto eorum & ipse vixerit, & aliis vivendi legem indixerit. huic concilio, biennio ante (30), salutari patrum constantia, peracto, in omnibus rebus divinum adsuit numen. ut enim intermisso reducendo atque finiendo Pii quarti solerti prudentia opus fuit, ita sanciendo vindicandoque Pius quintus est datus, eo praeditus animo, quem prope ipsum definierat concilium (31). decreverant in eo patres (32), ut pontifex max. catechismum ac in-

stitutio-

affectui satietate ac fastidio romanae cujusdam operae in scribendo meae alieno arbitratu, abhorrentis omnino ab ea ratione, quam a puero adamaram, invitus istinc dolensque discessi. vidisti profecto tu animum in discessu meum, cum, in cumulum tuae suavitatis, nos illa octo millia passuum prosequi voluisti. quare postea in itinere cum de morte Pii IV. pont. max. nuncium accepissem, in dolore laetatus sum, datum mihi aliquando esse tempus obsequendi animo ac studiis meis. itaque vos ego spectabam, vobiscum jam vehementius esse cupiebam. ac, pontifice hoc maximo renunciato (Pio V.), *proficiscenteque & me istuc liberaliter invitante Carolo Borromaeo cardinale, juvenem istum veteris sanctitatis plane secutus essem. sed, dum paro profectionem, ecce tibi significatio principum voluntatis, me ut revocem ad pristinum munus scribendi meum; ejusque laboris, quae biennio nulla fuerat, satis ampla, ut in his rerum angustiis, merces constituta. verum nihil tanti est, quo multam salutem dicam ei & lectioni & scriptioni, sine qua ne salus quidem ipsa mihi esset jucunda. sed parendum necessitati fuit: quae quanta sit vel in nutu eorum, qui potiuntur, non ignoras. nunc, migratione impedita, multo etiam acrior est cupiditas itineris; ut, nisi sit reliqua spes non ita longo intervallo visendi vos, desiderio conficiar necesse sit. &c.*

(29) Pontifex max. renunciatus die 7. jan. 1566.

(30) Concilium tridentinum absolutum fuerat die 4. dec. 1563.

(31) In eamdem sententiam Pogianus ad card. augustanum mense, opinor, novembri an. 1566. scribebat: *Utrunque*, inquit, *Dei in nos singulari beneficio factum est, ut & sacri tridentini concilii praescripto intelligeremus, quales esse deberent christianae religionis antistites, &, non multo post, eum, qui a concilio requiritur, pontificem maximum haberemus. nullum enim finem facit Pius pontifex & praeceptis & exemplis non solum restituendae vitae ac morum disciplinae, sed etiam revocandi ad veterem patrum consuetudinem divini cultus & cerimoniarum rationes.*

(32) Exstat hoc decretum in *Concilii tridentini* volumine sessione XXV. cap. 21. in haec verba: *Sacrosancta synodus in secunda sessione, sub SS. D. N. Pio IV. celebrata, delectis quibusdam patribus commisit, ut de variis censuris ac libris vel suspectis vel perniciosis quid facto opus esset considerarent, atque ad ipsam sanctam synodum referrent. audiens nunc, huic operi ab eis extremam manum impositam esse, nec tamen, ob librorum varietatem & multitudinem, distincte & commode possit a sancta synodo dijudicari, praecipit, ut, quidquid ab illis praestitum est, sanctissimo roma-*

stitutionem quandam ederet, quam maxime parochi in erudiendo

romano pontifici exhibeatur, ut ejus judicio atque auctoritate terminetur & evulgetur. idemque de catechismo a patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de missali & breviario fieri mandat. Quibus autem patribus de *catechismo* conficiendo mandatum in concilio fuerit, equidem in ejusdem concilii actis reperire non potui. aliquibus mandatum esse, in praesidum ad card. Borromaeum litteris, die 29. jan. 1562. datis, reperio: *Con questa*, inquiunt, *non havemo che dir altro de' fatti nostri a V. S. illustriss. & reverendiss. se non che in una congregatione privata signammo hieri molti prelati parte all'indice & parte al catechismo, & parte al decreto, che s' haverà da formar, & domani nella congregatione li publicheremo*. At vero die 12. & 14. insequentis mensis ita binis litteris ad eumdem card. Borromaeum iidem concilii praesides scripserunt, ut nihil etiamtum neque de *indice* neque de *catechismo* cuiquam mandatum fuisse videatur. Die quidem 12. *Le facciamo*, inquiunt, *sapere, che nel a congregatione generale d'hoggi si è finito di pigliare i voti nel particola e dell'indice, per lo stabilimento del quale si deputeranno nella congregatione di posdomani i prelati, che haveranno da haverne il carico: il che non si è potuto far hoggi, convenendo, che siano molti*. Die vero 14. *Alcun di noi*, inquiunt, *saria di parere, che si havessero da continuar le materie, lasciate nell'altro concilio ... alcun'altro, che fra tanto si trattasse della informatione di quelle cose, che non appartengono alla riforma di Roma, che sua santità ha detto di voler far essa medesima: & alcun'altro, che s'interponesse una cosa mezzana, come saria di fare un catechismo, & con questo tener i padri & i teologi in essercitio*. Ac die 16. ejusdem februarii de patribus dumtaxat, ad *indicem* conficiendum delectis, in suis ad eumdem card. Borromaeum litteris meminerunt: *Havemo*, inquiunt, *deputato i padri sopra la informatione dell'indice, & qui inclusa similmente ne mandamo a V. S. illustriss. la nota*. De *catechismo* autem neque tum, neque postea mentio ulla amplius fit in reliquis eorumdem praesidum litteris, quas supra quadringentas, de concilii rebus ad card. Borromaeum missas, non indiligenter legi. De *breviario* autem & *missali* in meliorem formam redigendis (in quorum illo altero Pogiani nostri operam versatam esse infra videbimus) quo tempore agi in eodem concilio, darique patribus negocium in eam rem incumbendi coeptum fuerit, hae praesidum ad Borromaeum litterae, die 24. jun. 1563. datae, docent: *Siamo sul fare nuova deputatione de' prelati per altre cose, che occorreno, non pensando noi ad altro, nè in altro studiando, che ad una breve & fruttuosa speditione di questo concilio. è riputato necessario, che si riformino il breviario & il missale. però si deputano hora prelati a questo effetto, perchè si perda manco tempo: & essendosi ricordato d'una forma di breviario, che fu fatta da Paulo IIII. & d'un missale, che fu riformato da messer Alessandro Pelegrino, l'un & l'altro de' quali ci viene detto, ch'è in mano del cardinale di Trani, pregamo V. S. illustriss. che, quanto prima sia possibile, ce li faccia havere, acciochè in quelle parti, che saranno giudicate al proposito, se ne possano servire questi prelati, per mandarne fuora poi una forma, che sia degna di questo concilio*. iterumque litteris ad eumdem die 22. insequentis mensis julii datis, *Havemo*, inquiunt, *ricevuto il breviario, ch'ella ci ha mandato; & aspettamo la instruttione, che dice il cardinale Trani di voler mandare, & similmente il missale, che le chiedemmo, per dar fine ad ogni cosa in un tratto*.

diendo populo ſequerentur. ad eam rem quatuor viros Pius (33)

(33) Non Pius V. (quod affirmare Gratianus videtur, qui de iis, quae poſt obitum Pii IV. contigerunt, agere exorſus eſt), ſed Pius ipſe IV. hos viros theologos delegit. quattuor fuiſſe eos Gratianus dicit. Pogianus autem non niſi tres, eoſdemque epiſcopos, in ſuis ad Hannibalem Minalem litteris, menſe decembri anni 1564. datis, ſignificat: *Datum eſt*, inquit, *negotium a pontifice max.* (Pio IV.) *tribus epiſcopis, ut ex decreto tridentini concilii commentarios componerent chriſtianae diſciplinae, ex quibus paratam & promptam habere poſſent ſacerdotes materiam ac rationem inſtituendi eos, qui ipſorum fidei prudentiaeque commiſſi eſſent*. Sed, qui *tribus epiſcopis datum* id *negotium* dixit, non debuit de quarto alio theologo non epiſcopo, qui illis adjunctus & tamquam miniſter datus eſſet, neceſſario dicere. & certe non tres, ſed quattuor omnino theologi illi fuerunt. ac duo quidem epiſcopi theologi, iiſque adjunctus theologus non epiſcopus, qui fuerint, multi memoriae prodiderunt: de tertio epiſcopo, quem nemo ad hanc diem editis ſcriptis ſuis prodidit, poſt videbimus. Hiacynthus Amat de Graveſon operum tomo VII. pag.146. edit. venet. an.1740. *Catechiſmus*, inquit, *concilii tridentini juſſu patrum ejuſdem concilii compoſitus fuit a tribus ordinis FF. praedicatorum patribus, videlicet a Leonardo Marini, archiepiſcopo lancianenſi, Aegidio Foſcarario, epiſcopo mutinenſi, & Franciſcò Forerio, concilii tridentini ſecretario* (hoc minime verum eſt; quum concilii tridentini, Pio IV. pontifice maximo, non niſi Angelus Maſſarellius, theleſienſium epiſcopus, perdiu, cumque eo Adamus Fumanius, canonicus veronenſis, aliquamdiu ſecretarii fuerint. Vide Pallavicinium *Hiſt.concil.trid.* libro XXI.cap.2. num.7.); *cumque latinitate & ſtylo ciceroniano donavit Paulus Manutius* (ne hoc quidem verum eſt: ut infra oſtendemus) *vir omnis elegantiae atque virtutis, & totius antiquitatis ſtudioſiſſimus*. Apoſtolus Zenius in ſuis ad Juſti Fontaninii *Bibliothecam italicae eloquentiae* adnotationibus, tomo II. pag.131. edit. venet. an.1753. *In eſecuzione*, inquit, *dei decreti del ſacro concilio di Trento, lo zelantiſſimo cardinale Carlo Borromeo diede opera, che il catechiſmo foſſe in Roma compoſto da eccellenti teologi, e l'ordine perciò ne fu impoſto a Leonardo Marini, arciveſcovo di Lanciano, a Egidio Foſcarari, veſcovo di Modana, che morì in Roma nel 1564. due anni avanti la prima edizione del catechiſmo*; cum eſſet ad operam catechiſmo conficiendo novandam vocatus: *che così ſta nella ſua iſcrizione ſepolcrale* (non eſt ſepulcralis inſcriptio illa, ex qua ſuperiora verba Zenius recitavit, ſed elogium, Aegidio Fuſcarario, memoriae cauſa, a Camillo fratre, Bononiae in aede S. Petronii, marmoreae tabulae inciſum. ſepulcralis Aegidii inſcriptio legitur in ejus tumulo, ubi corpus conditum eſt, Romae in aede S. Mariae ſupra Minervam ante aram principem: in eaque inſcrptione obiiſſe is dicitur, non, ut eſt in bononienſi illo elogio, *cum eſſet ad operam catechiſmo navandam vocatus*, ſed rectius veriuſque, *cum catechiſmum* jam, pro ſua nimirum parte, *compoſuiſſet*): *e a Franceſco Forerio o Foriero; tutti e tre dell' ordine de' padri predicatori .... Dalle mani dei teologhi, che eſaminarono l'opera per la ſana dottrina, ella ſi fe paſſare a quella di tre inſigni umaniſti, acciochè le deſſero perfezione per la purità della lingua: e queſti furono Paulo Manuzio* (iterum hoc mihi negandum eſt eſſe verum), *benchè non manchi più d'uno* (inter quos Graveſonium eſſe vidimus), *che tutto il merito a lui ne aſcriva; Giulio Poggiano*,

delegit, theologiae laude praestantes; scribendi autem ac explicando, e Cornelio Amalteo. Hoc quoque vereor, ut verum sit. nam neque Amalthaeorum quemquam in ejusmodi re atque opera versatum esse apud idoneos illius aetatis auctores reperio, & , si quisquam versatus est, eum, non *Cornelium*, sed *Joannem Baptistam*, qui per id tempus latinis scribendis Borromaei nomine litteris operam cum Pogiano dabat, aut etiam *Attilium*, Joannis Baptistae fratris filium, hominem valde eruditum, fuisse, credibilius est. sed nunc de iis, qui doctrinam, non qui latinitatem atque elegantiam in *catechismum* contulerunt suam, agendum est.

Verum, antequam ad quartum illum theologum, quem negabam a quoquam ad hanc diem editis scriptis suis proditum, inquirendum venio, volo, quod vere de tribus illis dominicanis theologis Gravesonius Zeniusque prodiderunt, aequalium scriptorum testimoniis confirmari. de Fuscarario quidem & Marinio exstat in *Tabulario ecclesiae romanae*, ab erudito viro Ernesto Salomone Cypriano primum Francofurti, deinde Lipsiae anno 1743. edito, Francisci Torrensis, sive Turriani, ad card. Hosium epistola, Roma die 17. apr. 1564. data, in qua, *Index*, inquit, *librorum confectus est, & quotidie speramus ut exeat ex typographia. in breviario laborant Mutinensis* (episcopus Fuscararius), *& Lanchianensis* (archiepiscopus Marinius): *laborant quoque in catechismo. faciat Deus, ut exeat, qualis hanc sanctissimam & gravissimam sedem, totius orbis magistram apostolicam, decet.* exstat & altera Joannis Francisci Lombardii ad eumdem Hosium epistola, die 21. jan. 1565. Roma item data; in qua, *Pater*, inquit, *Laines est prope interitum; jam perunctus est oleo sancto; & dominus det illi locum refrigerii. Reverendissimus Mutinensis, absoluto opere catechismi, breviarii &c. die 21.* (in sepulcrali elogio mortuus biduo post dicitur) *decembris migravit ad coelos.* atque haec de Fuscarario atque Marinio, ad *catechismum* conficiendum a Pio IV. adhibitis. de Forerio autem, illis adjuncto, duarum epistolarum card. Borromaei particulas afferam, ita, ut eas diligentissimus Oltrocchius in tertia sua ad caput VIII. libri I. *de vita ac rebus gestis S. Caroli Borromaei* adnotatione exhibet. *Forerium*, inquit Oltrocchius, *diu Romae retentum dimittens* (Borromaeus) *bisce verbis* III. *non. april.* MDLXV. *apud regem* (Lusitaniae) *excusat*: „ *Nunc vero, cum Franciscus Forerius theologus se isthuc recipiat, non alienum esse duxi institutis tuis ad te literas dare; ex quibus plane perspiceres, quam idem egregie sit in religionis causa studioque versatus. nam, tridentino concilio dimisso, statim Romam venit, nec ita longo intervallo a S. D. N. ad alia munera est adhibitus, catholicae fidei rationibus valde accommodata* „. Explicavit autem scribens eadem die ad cardinalem Lusitaniae Infantem, quod Forerio demandatum munus esset, in haec verba: „ *Quapropter magna ex parte, illius* (Forerii) *diligentia & industria catechismum jam habemus absolutum, praeclarum opus & luculentum; in quo pie sancteque vivendi praecepta & documenta comprehensa fere sunt omnia. quae res fecit, ut eum tamdiu apud nos haberemus, quoad suum studium & facultatem publicae causae impertiret* „. Habemus igitur theologos episcopos duos, Fuscararium atque Marinium, & unum theologum non episcopum, Fureirium (sic enim malo, idque est verius. namque ita, non vero *Forerius*, neque *Forierius*, appellatur in quibusdam cardinalis Henrici, Lusitaniae, ut ajunt, Infantis, ad Hosium litteris, in eodem illo *Tabulario eccl. rom*, pag. 183. descriptis).

Quae-

Quaerendus nunc est quartus theologus, idemque tertius episcopus. nam, *tribus episcopis catechismi* conficiendi *datum* a Pio IV. *negotium*, testificantem paullo ante Pogianum audivimus. equidem, quem tertium hunc episcopum dicerem, non haberem, nisi Thomas Correa, sodalis atque amicissimus meus, philosophiae in hoc romano collegio doctissimus professor, me, valde in ea inquisitione sollicitum, monuisset, exstare in firmana societatis nostrae bibliotheca unum e primis *catechismi romani* exemplis, a Paullo Manutio editis, quod hereditate Joanniniae gentis ad socios pervenisset; in cujus extremis duabus tribusve pagellis adnotata quaedam anonymi cujusdam manu se ante multos annos vidisse, meminisset, in quibus de ejusdem *catechismi* auctoribus ageretur. curavi illico illa ipsa ad me accuratissime descripta transmitti. praeter caetera, quae hoc scripto continentur, quaeque infra suis deinceps locis proferemus, illa etiam sunt, ad tertium illum episcopum, quem quaerimus, pertinentia.

Patres, qui, ut audivi, fuerunt delecti ad hunc catechismum conscribendum, teste D. Giganti:
Mutius Calinus Jadren.
Aegidius Fuscararius Mutinen.
Leonardus Marinus Lancianen.
N. Franciscus Forerius.

Quid dicemus? potuisse eum, qui haec, recenti tum rei memoria, suaque sponte, nec tam aliis, quam sibi privatim proprieque scripsit, ea audivisse se dicere, quae non audierit? aut eos, ex quibus illa audita sunt, in tribus vera dixisse, in quarto fuisse mentitos? quid? quod idem Calinius, ante archiepiscopus jadrensis, post interamnatium episcopus, ab eodem anonymo producitur, id ipsum de se suo ipsius testimonio confirmans? num hoc quoque aut falso ab aliis jactatum, aut temere ab anonymo creditum possumus suspicari? sic autem scriptum ab eo video; *Monsignor Calino, vescovo di Terni, scrivendo a monsignor Lodovico Beccadelli, arcivescovo di Ragusi, a' 30. di gennaro 1569. dice queste parole. „ Io mi ricordo molto bene, nè potrò mai dimenticarmene, quanto mi logoraße de' spiriti più vitali quella fatica del catechismo; la quale, se per altro bebbe felice fine, per questo certo fu lacrimevole, perchè si fece perdita di quel santo & singolar huomo monsignor di Modena „. Il sopradetto monsignor Mutio Calini morì in Terni a' 6. aprile 1570.*

Poteram tam luculenta rei, quam quaerebam, testificatione esse contentus. sed placuit nullam operam diligentiamque praetermittere, quo nulla cuiquam de firmani illius anonymi testis fide ac religione dubitatio vel tenuissima relinqueretur. itaque, quum Ludovicum Calinium, quem honoris causa nomino, antiochiensium patriarcham, Romae jamdiu vivere, christianae doctrinae institutionibus, ac sacrarum virginum gynaeceis summa cum vigilantiae & prudentiae laude praesidentem, scirem, venit mihi in mentem ex eo quaerere ac sciscitari, num quidnam ejusmodi de Mutio archiepiscopo, gentili suo, compertum haberet? Habere enimvero se, dixit: mihique duorum voluminum mss. in quibus testatam rem per me ipse possem cognoscere, copiam humanissime fecit. Jam eorum alteri hoc monumentum praefixum est, quo non modo ipsius voluminis materies atque argumentum, sed etiam, qui quantusque vir Mutius Calinius fuerit, &, quod caput est, impensa ab eo in *catechismum* opera disertissime declaratur.

Lettere 233. scritte da Trento dalli 3. ottobre 1561. fino alli 6. decembre 1563. a Roma al card. Luigi Cornaro camerlengo da monsignor Mutio Calini gentilhuomo bresciano, arcivescovo di Zara, per rinuntia fattagliene dal medesimo cardinale, e poi Vescovo di Terni; nelle quali si contiene un historia, quasi un diario, di tutte le cose segui-

seguite in Trento intorno al concilio, con le determinationi di tutte le sessioni dal principio fino al fine di esse, scritte non solo con somma diligenza e puntualità, ma con gran dottrina & eleganza; per essere stato il predetto vescovo huomo di molte lettere e molta pietà, & adoprato nel santo concilio, da cui hebbe poi carico di scrivere le due prime parti di catechismo, che stampò, nelle quali si tratta del simbolo degli apostoli, e de' sette sacramenti; *e da esse lettere s'intendono non solo distintamente tutti gli atti conciliari, ma tutto quello ancora, che si trattava nell'altre parti dell'Europa, e particolarmente nella Francia, appartenente a detto concilio, con molte curiosità, accadute in quel tempo, degnissime d'esser sapute e considerate, con la copia di molti decreti e canoni e lettere de' principi, & altre scritture presentate dagli ambasciatori al concilio.*

Le dette lettere rimasero nelle mani del Sig. Rinolfo Rinalducci, gentiluomo di Fano, non solo famigliare, ma carissimo al sopradetto cardinale Luigi Cornaro, con cui prima del cardinalato peregrinò al santo sepolcro, & andò poi alla corte di Carlo V. in Germania, & a quella di Enrico II. in Francia; fu da lui condotto in più conclavi, & adoperato ne' suoi più secreti & importanti affari, e gl'impetrò da Pio V. un canonicato di S. Pietro in Roma, dove morì d'anni 97. del 1620. e come intrinseco ancora dell'istesso arcivescovo Calino, di lui si fa più volte mentione in queste lettere; le quali doppo la sua morte pervennute a' suoi pronepoti sono state insino a questo giorno come cosa pretiosa custodite e conservate, e dal Signor Teodoro Rinalducci presentate alla santità di nostro signore Alessandro VII. originali l'anno 1655. e per ordine di sua santità communicate al Padre Sforza Pallavicino, scrittore dell'opera intitolata: L'Istoria del concilio di Trento: *del testimonio delle quali se ne serve in più luoghi, e si conservano nell' archivio pontificio.*

Alterum volumen plurimas epistolas, ab eodem Calinio partim suo, partim card. Aloysii Cornelii nomine scriptas, continet. Legi omnes: quae quidem mihi, tum propter res, de quibus agunt, tum propter reliquas ejusmodi scriptionis dotes, dignissimae visae sunt, quae ab omnibus legantur. non nisi in una, eaque ad aenonensium episcopum (quem puto fuisse Mattheaum Priulium) data, *catechismi* mentio fit; sed ita, ut ad omnem dubitationem de Calinii archiepiscopi in eo conscribendo opera tollendam nihil praeterea requirere debeamus. Ea est hujusmodi:

A me pare di poter dire con verità secondo quel detto antico „ Perieramus, nisi periissemus „. Scrissi al giunger mio in Roma, come passava la vita mia in questa stanza, & il timore, che io haveva di non poter reggere con sanità così grave & continua fatica. hora mi è avvenuto quello, che dubitava. perchè, già quasi due mesi, cominciai a sentire un catarro, che mi causava certo stupore per li reni. alla quale indispositione i medici hanno creduto che potesse essere giovevole rimedio l'acqua del legno. & così per quaranta giorni continui m'hanno tenuto in questa purgatione. nel quale tempo non ho però lasciato di travagliarmi forse più, che non comportavano le mie forze. laonde, trovandomi assai debole, & considerando, che malamente potrei in queste occupationi ristorarmi, massimamente havendo già vicino il caldo romano, ho pensato con questa occasione di poter giustamente domandar licenza di venire alla mia chiesa (di Zara): *siccome parimente è stato sforzato monsignore di Modena* (Egidio Foscarari) *a fare, per non perdere in tutto la sua sanità. la licenza è richiesta a sua beatitudine per nome nostro; &, ancora che fin quì non l'habbiamo havuta risolutamente, nondimeno stiamo con bonissima speranza di ottenerla domani. perciochè oltra l'indice de' libri, ch' è già stato publicato, & il breviario & il messa-*

messale, che si lasceranno riformati, per doverli poi stampare al suo tempo, anche del catechismo si metterà tal'ordine, che con l'aiuto di Dio si possa con maggior commodità condurre l'opera al suo fine, quando ciascun di noi ritornerà alla sua chiesa. Lodato sia adunque Dio, che cavando dal mal bene, mi dà così buona speranza di haver a rivedere V.S. reverendissima, & abbracciarla & servirla, assai più presto, che non havrei creduto. pensava di far il passaggio d'Ancona; ma, parte per il pericolo delle fuste, & parte per esser io in compagnia del signor cardinale mio padrone (Luigi Cornaro), *che va a Vinegia fra pochi giorni, farò anch'io quella via. in questo mentre supplico V.S. reverendiss. che si degni commettere a qualcuno, che per nome mio parli per tempo della casa col signore proveditore; acciochè sua magnificenza ci accommodi di qualche alloggiamento inanzi, che a me bisogni servirmi del mio. & oltre a ciò vedo.* Reliqua desiderantur. Verum epistola ipsa clamat, datam se Roma, post absolutum, mense nimirum decembri anni 1563. concilium tridentinum, & scriptam adventante aestate insequentis anni 1564. vivente etiam tum Fuscarario; quem non nisi mense decembri ejusdem anni 1564. obiisse constat. & certe, quod quaerebamus de tertio illo episcopo, ad *catechismum* componendum adhibito, quinam is fuerit, ex eadem ista epistola plane perspicuum ac manifestum est.

Ut autem intelligatur, non sine causa Calinii operam ad illud opus, in quo sententiarum gravitas, aut potius sanctitas, cum sermonis elegantia conjungenda erat, fuisse expetitam, specimen heic aliquod hominis in latine scribendo facultatis, quae non perinde, ut ejus divinarum ecclesiasticarumque rerum scientia, vulgo nota est, afferam. in secundi illius voluminis ms. quod supra significavi, calcem quinque Calinii latinae lucubrationes rejectae sunt. harum quamnam, ejus rei, quam dixi, causa, potissimum afferrem, diu dubitavi. nam, quum optimam vellem deligere, nulla non mihi optima videbatur. itaque judicio diffidens meo, tandem sic statui, omnes, nulla praetermissa, complecti. qua re illud etiam assequar, ut, qui Pogiani latina scripta in vulgus edo, idem hominis, qui operam suam in *catechismum* cum Pogiano contulit, latina item scripta, quae quidem in manus meas venerint, non sine aliqua fortasse eruditorum gratia, quibus uterque scriptor vix notus, aut certe parum commendatus erat, cum iisdem communicem. Sed, quum priores quattuor e quinque illis, quas dixi, Calinii lucubrationibus ad concilii tridentini res actionesque pertineant, praemittam deinceps singulis, tamquam argumenti cujusdam loco, nonnulla, quae necessaria ad eas commodius intelligendas duco, ex cardinalis Pallavicinii *Historia* ejusdem *concilii* ferme desumta. Jam libro XVI. c.5. n.7. leguntur illa: *Il dì antecedente a quel memorabil conflitto* (die nempe 19.apr. an.1562.) *erano arrivati a Trento gli ambasciatori vineziani; i quali furono Niccolò da Ponte, e Matteo Dandolo, amendue riputatissimi senatori.... Il giorno però de' venticinque, vestiti di raso paonazzo alla ducale, furono accolti con insolita celebrità nel duomo.... Fè la consueta orazione Niccolò da Ponte; il qual poi con insusitata modestia ricusò di darne la copia: dicendo, che, per esser parto di vecchio, dovea valer meramente alla necessità dell'uso, e non alla pompa dell'ostentazione. Gli fu risposto con parole dettate da Muzio Callino, arcivescovo di Zara.*

MUTII CALINII LATINA LUCUBRATIO I.

Non potest sancta synodus non incredibilem laetitiam & voluptatem capere, maximasque Deo immortali gratias habere, cum tot nobilissimis legationibus hunc sacrum & legitimum

num conventum augeri & honestari videat. nam, cum a Pio IV. pont. max. cujus sapientia & vera in Deum pietas nunquam satis laudari poterit, sacrosanctum hoc generale concilium ad catholicae ecclesiae pacem & dignitatem vel constituendam vel recuperandam convocatum fuerit, non ignorat, quantum praesidii ad divina ejus mentis cogitata perficienda omnium christiani orbis gentium & populorum consensus & conspiratio afferre possit. verum ita vobis, oratores amplissimi, sancta synodus persuasum esse vehementer velit, illud sibi in optatis semper maxime fuisse, ut, quam antea veneta resp. in tuenda Dei ecclesia alacritatem ostendisset, quamque in ea mentem & voluntatem esse difficillimo hoc reip. christianae tempore dubitare non poterat, eandem etiam missa hac legatione omnibus declararet, quam statim indicto concilio senatus vestri auctoritate decretam fuisse, in ore omnium atque sermone positum erat. ac profecto in eo concilio, in quo de componendis ecclesiae discordiis, ac morum disciplina restituenda ageretur, veneti nominis, orbe terrarum clarissimi, auctoritas & amplitudo deesse non potuit. nam, praeter alias innumeras virtutes, quas in reip. administratione vestri prudentissimi cives melius expresserunt, quam ulli sapientes homines ratione & praeceptis tradiderunt, nihil unquam diligentius, quam veram pietatem & religionem coluistis, atque ad pacem & concordiam conservandam & cum dignitate retinendam omnes curas & cogitationes contulistis. neque vero alia vobis studia sanctiora & antiquiora ulla esse debent; ut qui a praeclaris illis majoribus orti & procreati estis, qui cum in misera illa totius Italiae vastitate mirandae urbis vestrae fundamenta jacerent, non tam illi quidem sibi ipsis videntur otii & securitatis perfugium quaesivisse, quam pacis & tranquillitatis publicae sedem stabilem & domicilium certum collocasse. nam, quod ad religionem attinet, haec vestrae beatissimae reip. haec, inquam, vera, summa & propria laus est, quod fidem Christi non accepit, sed in ea nata & pie educata eam deinceps per tot saeculorum aetates puram atque integram sancte & religiose conservavit, ita, ut, quam late venetorum imperium & ditio pateat, nusquam ullum peregrinae doctrinae vestigium, nusquam interruptus orthodoxae fidei cultus appareat: ubique sanctitas, ubique religio & catholicae ecclesiae disciplina atque instituta plurimum vigeant. quin potius, quod in extremis orientis partibus adhuc lumen aliquod veteris & sincerae religionis eluceat, id totum Christi ecclesia in primis Dei clementiae, deinde venetorum pietati & virtuti acceptum refert. haec autem, oratores amplissimi, eo dicta sint, non quod sancta synodus vestrae reip. laudes, quae ne longa quidem oratione comprehendi possent, hoc loco persequendas existimet, verum ut intelligatis, quantam sibi hilaritatem & laetitiam, quantum spei, praeter illam, quam antea, adjuvante domino, rei bene gerendae haberet, adventus hic vester optatissimus attulerit. Accedit autem ad majorem harum rerum cumulum, quod hujusce legationis munus vobis praecipue optimis & ornatissimis viris delatum est. etenim si generis splendor, si rerum usus & prudentia, cujus egregia exempla in romana legatione, semel atque iterum pro patria a vobis suscepta, intueri omnibus licet, si optimarum artium cognitio, si pietas requiratur, haec ipsa ornamenta omnia tam clara atque illustria in vobis sunt, ut aliquem fortasse vobis comparandum esse (ut magnam habet vestra resp. praestantium virorum ac civium copiam), neminem certe anteponendum sancta synodus judicarit. Quod igitur reliquum est, primum quidem mandatum vestrum, prout juris est, libenter admittit; deinde vos, oratores clarissimi, tum vestro merito, tum optimae & sanctissimae reip. vestrae nomine, benigno & laetanti animo excipit: &, quoniam divina providentia factum videri potest, ut in hanc divi

Mar-

Marci solemnem diem, quem civitatis vestrae patronum & custodem summa religione colitis, adventus vester incurreret, quemadmodum certe eo deprecatore futurum sperat, ita a domino petere & obsecrare nunquam desistet, ut haec ipsa legatio, consiliaque vestra omnia vobis & catholicae ecclesiae prospere & feliciter eveniant. Postremo, quod veneti imperii amplitudinem, opes, fortunasque omnes tam prolixe & liberaliter ad communem sanctae matris ecclesiae causam juvandam detulistis, de hoc vobis eadem sacrosancta synodus se plurimum debere agnoscit. hanc autem voluntatis vestrae praeclaram significationem eo libentius accipit, quod, cum in hanc tridentinam urbem, pontificis max. jussu & omnium principum approbatione, convenerit, quamvis ex altera parte invictissimi caesaris potentia & auctoritate non solum ab omni injuria defendatur, sed ab omni etiam periculi metu liberetur, ex altera tamen, quod vestrae etiam ditionis tutela & praesidio tecta & munita sit, permagni faciendum esse merito atque optimo jure existimat.

Secundae lucubrationi haec praemittenda sunt ex eadem Pallavicinii *Historia* lib. XVIIII. c. 3. n. 1. *Il dì appresso a questi trattati fra' presidenti* (hoc est die 23. nov. an. 1562.) *e 'l cardinal di Loreno, venne egli alla general' assemblea ... Quand' egli entrò, i legati scesero da' gradini del seggio loro ad accoglierlo. e di poi assisi i padri e circondati da una corona immensa di popolo, si fero innanzi a' legati gli oratori di Francia: e Lansac il più degno presentò le lettere regie, scritte in francese e rivoltate in latino, nel qual' idioma furon lette da capo solennemente dal segretario .... Poichè fu letta l'epistola, cominciò il cardinale con una eloquenza di stile, e con una graziosità d'azione, che rapì ed inteneri generalmente gli uditori ... Datosi fine dal Lorenese, il Mantovano sottentrò con alcune parole, ricevendone altrettanto applauso di maestà, quanto il primo havea riportato di facondia. il concetto fu qual segue: Che havendo il cardinal di Loreno significato a' legati nella prima sua visitazione, voler' egli esporre a quella sacra adunanza le commessioni del suo rè, erasi da loro eletto l'arcivescovo di Zara, huomo dotto e prudente, perchè in nome del sinodo rispondesse all' elegante, copioso & erudito ragionamento del cardinale, quale havealo promesso la sua eccellente sclenza, e quale havealo comprovato la riuscita; e perchè insieme esplicasse, quanto grata fosse giunta a quel convento la fatica presa da lui di venir' ad accrescerlo con molti vescovi, abati, e teologi della chiesa gallicana: sperandosi da tal' aggiunta di dottissimi uomini gran sussidio alla causa della fede cattolica ... Imperocchè sapevano, quanto il cardinale havea fatto ne' consigli della reina e del rè per difender la religione ... e quanto finalmente havea operato la virtù militare degl' illustrissimi suoi fratelli in quella guerra franzese, presa per la religione ... Ma che, per non assumer le parti dell' arcivescovo, voleva egli finire; pregando solo il cardinale di non prender maraviglia, se quegli fosse per servar brevità maggiore, che non pareano richieder l'ampiezza del tema, e le virtù innumerabili di quegli egregii fratelli: havendo il ragionatore fatto suo avviso d'esser' egli per lodar molto il cardinale con dir poco del molto, che in lode sua dir si potrebbe; e lasciar tacitamente il resto alla considerazione degli ascoltanti. Qui diè luogo col silenzio al parlare di Muzio Callini, arcivescovo di Zara: il quale incominciò: che acerbo dolore havea sentito il concilio per le sedizioni di Francia &c.*

MUTII CALINII LATINA LUCUBRATIO II.

Inter caeteras christianae reip. miserias & calamitates, quarum memoriam sacrosancta synodus neque deponere neque sine lacrymis repetere unquam

quam potest, nulla ejus animum cura magis anxium ac folicitum semper habuit, quam seditiones & bellici tumultus, qui religionis causa in florentissimo Galliarum regno commoti ac concitati dicerentur. nam, cum omni tempore regnum illud firmissimum catholicae veritatis praecipuum & columen jure optimo habitum fuerit, cogebatur sancta synodus incredibili dolore affici, cum intelligeret, ejusmodi factam esse rerum commutationem, ut non in una aut altera, sed in pluribus ejus provinciis omnia fere impietas, caedes, vastitas occupasse videretur. accedebat praeterea ad augendam doloris acerbitatem, quod nunciabatur, nobilissimos gentis vestrae proceres, quod scilicet alii orthodoxam fidem labefactatam & eversam, alii defensam & conservatam maxime cuperent, tanto animorum ardore ad arma concurrisse, quanto olim christianissimi reges vestri, totius gallici nominis consensu, pro christiana religione propaganda, ejusque dignitate recuperanda, difficillima saepe bella suscepissent ac confecissent. Verum antea cum haec mala sancta synodus multorum fama & auditione accepisset, graviter sane dolebat, & praesentem inclyti regni statum maxime deplorabat, ita tamen, ut facile crederet, multo sibi miserabiliorem ejus fortunam videri posse, si, quae aurium sensu perceperat, cernere etiam oculis & propius omnia ejus vulnera intueri ac penitus pernoscere licuisset. quod quidem illi nunc insperato quodam modo contigit. etenim illustrissima & reverendiss. amplitudo vestra christianissimi regis litteras, quae nuper recitatae sunt, oratione subsecuta, ea verborum copia, gravitate, prudentia gallicarum rerum statum & conditionem exposuit, ut eas non commemorasse, sed earum veluti expressam imaginem omnium oculis subjecisse videatur. quare constanter sancta synodus affirmat, se nullas ei proprias ac praecipuas doloris partes concedere, verum ex acerbius hanc calamitatem ferre, quod amplitudo vestra matris, sancta synodus carissimae ac dulcissimae filiae aerumnas & incommoda defleat ac conqueratur. sed tamen in tantis malis animum erigit & confirmat, siquidem brevi futurum confidit, ut Deus reddat puero regi pristinam majorum suorum, & praesertim avi, parentis, ac fratris, clarissimorum regum, virtutem & fortitudinem; qua non solum nefarios hostium conatus reprimere, & audaciam ulcisci queat, sed in tenera etiam aetate singulare aliquod pietatis exemplum ad pulcherrimi facti imitationem posteritati prodere. deinde vero, cum, divina clementia atque misericordia, & sanctissimi domini nostri Pii pont. max. opera & auctoritate, hoc sacrosanctum generale concilium coactum sit, si unquam antea, nunc certe maxime sperandum est, fore, ut verus Dei cultus, discussa errorum caligine, ab omnibus agnoscatur, mores emendentur, pax & tranquillitas ecclesiae restituatur. qua in re quemadmodum adhuc sancta synodus omnem diligentiam adhibuit, ut, quae sui muneris & officii esse intelligebat, adjuvante domino, perficeret, ita in posterum nihil se de ea cura remissuram, verum, si fieri possit, aliquid potius ad eam studii & industriae additaram esse, pollicetur ac spondet. neque vero, illustrissime domine, te impulsore solum atque hortatore, sed multo magis, quod summae felicitatis loco habendum existimat, adjutore & consiliaria, id faciet. novit enim quanta tua sit optimarum artium, & praecipue sacrarum litterarum scientia, maximarum rerum usus atque tractatio, apud regem potentissimum summosque principes existimatio & auctoritas, & quod caput est, pietas in Deum, vitae integritas & innocentia, ac verae & catholicae religionis sincerum studium. quae quidem tot & tanta sunt, ut quid potissimum in te homines laudare debeant, maximarum ne virtutum cumulum, an in quoque genere absolutam ac perfectam earum formam, merito dubitari possit. illud autem exploratissi-

tissimum sancta synodus habet, tam multa ab illustrissima amplitudine vestra ad communis causae utilitatem adjumenta allatum iri, ut sibi nunquam minus jucundam ejus adventus memoriam futuram confidat, quam ille ipse dies, quo venientem excepit, laetissimus ac jucundissimus omnibus illuxisse visus est. itaque, illustrissime domine, omnes hi sanctissimi patres, quod, tam longo, difficili ac periculoso itinere suscepto, ad tuendam sanctae matris ecclesiae dignitatem tanta animi alacritate accurreris, quod salvus & incolumis cum tot gravissimorum patrum comitatu adveneris, quod tua praesentia, auctoritate & splendore frui liceat, primum Deo immortali maximas gratias agunt, deinde tibi ex animo gratulantur, faustaque omnia ac felicia a domino precantur. caeterum, quae vel de communibus catholicae ecclesiae rebus, vel de privatis gallicarum ecclesiarum commodis proponenda erunt, ea sancta synodus, quotiescunque regis oratoribus, viris praestantissimis, vel illustrissimae amplitudini vestrae de iis dicendi locus & potestas dabitur, libentissime audiet. neque enim dubitat, quin ejus regis nomine, qui pueritiae commendationem a pietatis acerrima defensione duxerit, cujusque in omni vita praecipuum ornandae atque amplificandae religionis studium esse debeat, illa proponantur, quae in primis cum vera Dei gloria, perpetuaqua sanctae ejus ecclesiae utilitate, & summa apostolicae sedis dignitate & amplitudine conjuncta esse videantur.

Tertiae lucubrationi haec ex ejusdem *Historiae* libro XX. cap.16. n.7. praefixa sunto: *Fra tanto al cardinal di Loreno venne opportunità di far'un'uficio accettevole ed onorevole insieme. Gli giunse una lettera, scritta al concilio, della reina Maria di Scozia, sua nipote, e già moglie dell' ultimo rè di Francia* (Franciscum II. intellige, qui anno Chr. N. 1560. aetatis suae decimoseptimo, nonis decembris obierat): *ond'egli chiese di presentarla in una general congrega; si come ottenne il giorno decimo di maggio* (an.1563.). *Ivi la reina scusava la sua impossibilità di mandar vescovi al sinodo: e promettava ubbidienza perpetua ad esso ed alla sede apostolica. Uditasi la lettera, il cardinale con magnifica orazione benchè non premeditata, com'egli disse, quando il segretario gliene chiese la consueta copia, amplificò &c. Fu risposto dal segretario* (non sua tamen, sed dictata a Calinio oratione) *al cardinale con le forme convenienti verso una sì religiosa e sì tribolata reina, e verso la qualità e le parole del mediatore:*

MUTII CALINII LATINA LUCUBRATIO III.

Si minus antea exploratum sanctae synodo fuisset Mariae, serenissimae Scotiae reginae, in catholicam religionem studium summaque ejus in apostolicam sedem pietas & observantia, nunc certe ex gravi & copiosa oratione illustrissimae amplitudinis vestrae id facile perspici potuisset. tam multa enim ad declarandam illius optimam voluntatem perpetuamque in orthodoxa fide constantiam pie ac sapienter collegit, ut neque ab ejus majestate quidquam desiderari, neque ejus virtuti par laus reperiri posse videatur. veruntamen non solum quod nobilissimae reginae facta dictave omnia veluti excelso & illustri loco posita neminem latere possunt, sed multo magis, quod ea pro Christi nomine fortiter gessit, quae omnium ore atque sermone merito celebrantur, ita ejus pietatem invictamque animi fortitudinem sancta synodus semper est admirata, ut Deo immortali, qui ejus majestati tam piam & religiosam mentem dedisset, maximas gratias agendas esse existimaret. ac profecto, cum singularis beneficii loco ponendum sit, quod plurimas adhuc nationes ac populos Deus sibi reliquerit, quibus in tantis erro-

rum tenebris veritatis splendor luceat, & qui puram solidamque patrum nostrorum doctrinam libentissimis animis amplectantur, tum vero eximiam illam Christi domini nostri in sanctam ecclesiam, pro qua seipsum tradidit, caritatem ex eo maxime licet intueri, quod hisce difficillimis temporibus principes aliquot ac reges ea virtute ex alto indutos excitarit, ut omnes suas opes, fortunas, vitam ipsam pro vera religione profundere parati sint, ac non tam regnare, quam se communis omnium matris ecclesiae obsequentissimos filios ejusque acerrimos propugnatores omnibus probare pulchrum & gloriosum putent. inter quos certe Mariae, Scotiae reginae, clarissimum nomen memoriae hominum sempiternae commendabitur. quam ob rem, illustrissime & reverendiss. domine, cum ejus majestatis vera in Deum pietas atque egregia, quam apostolicae sedi perpetuo praestitit, obedientia omnibus cognita & perspectissima sit, grata quidem & jucunda ejus rei commemoratio sacrosanctae synodo accidit. testificationem vero optimae illius mentis minime necessariam existimat: tametsi, propterea quod gravissima amplitudinis vestrae auctoritas esse debeat, eam libentissime accipit. Illud autem moleste admodum tulit, quod intellexerit, ejus majestatem tantis undique difficultatibus premi, ut vel de oratore, vel de regni sui episcopis ad hoc sacrum oecumenicum concilium mittendis deliberare non potuerit. neque enim ignorat sancta synodus, quantum ornamenti, praeter Ferdinandi, christianissimi caesaris, aliorumque regum & principum legatos sacro huic loco ex Scotiae legatione accessisset, neque dubitat, si ejus nationis praelati, viri scilicet doctrina, integritate & religione ornatissimi, una cum aliis, qui frequentes convenerant, adessent, quin multa ad communis causae & privatim ecclesiarum suarum utilitatem afferre potuissent. sed tamen, quando illi apud suos in grege domini custodiendo tantopere laborant, a quo ut lupos & latrones queant defendere, summa illis & industria & vigilantia opus est, non solum eos tam necessarii muneris causa abesse facile patitur, verum, ne abesse quidem, jure optimo existimat. Quod vero ad oratorem pertinet, nihil est praeterea, quod illius praesentia a sancta synodo magnopere requiratur, cum illustrissimam amplitudinem vestram vel Mariae reginae nomine mandata summa cum gravitate & prudentia exponentem audire liceat, vel ejus voluntatis locupletiorem testem ac veluti obsidem habitura sit. Interea sancta synodus mandatum vestrum, prout juris est, libenter admittit; deinde vero Deum ex animo precari & obsecrare nunquam desinet, ut, qui reginam, non humana ope & consilio, sed caelesti virtute & praesidio fidentem, ex tot ac tantis periculis eripuit, eam diutissime incolumem servet, eique vires addat, quibus instructa facile possit una cum regni finibus catholicae religionis nomen latissime propagare.

Quartae lucubrationi nihil est, quod ad eam illustrandam praemittere ex Pallavicinii *Historia* possimus, nisi illa libri XXII. c.8. n.7. *Con queste preparazioni s' entrò nella generale adunanza il giorno settimo di settembre* (an.1563.) *e quel dì fu anche ammesso l'ambasciador di Malta* (Martinus Royas Portalrubiensis: qui quidem jam inde a mense martio Tridentum advenerat, sed, propter exortam inter eum ac reliquos ecclesiasticorum principum oratores de sedendi loco atque ordine controversiam, publicis concilii conventibus ad eam diem abstinuerat) *nell'ultimo luogo fra gli oratori ecclesiastici de' principi secolari, ciò è sotto il vescovo di Cortona: e si lesse il breve del papa, che serbava illese le ragioni de' patriarchi, degli arcivescovi e de' vescovi. indi cominciaronsi a pronunziar i pareri sopra gli articoli del matrimonio &c.* Sed neque heic neque alio *Historiae* suae loco Pallavicinius quid-

quam

quam de hujus oratoris consueta ad patres alloquutione commemorat: quam tamen ab eo habitam declarat haec, quae sequitur, patrum ipsorum nomine ad illum responsio:

MUTII CALINII LATINA LUCUBRATIO IV.

Etsi, quanta sit ordinis vestri pietas atque in tuenda vera religione fortitudo, universa christiana resp. quotidie experitur, ut eam verbis aliave ratione declarari minime opus fuerit, summam tamen ex eo voluptatem sancta synodus percipit, quod magnus magister sacraque ejus societas tanto catholicae fidei studio teneatur, ut sibi illud satis esse non existimarit, si tantum armis ac bellica virtute ab immanissimis hostibus defenderet, nisi etiam, quae sua esset in Dei ecclesiam voluntas, quis sensus atque animus, in hoc sacrosancto & legitimo conventu profiteretur, testatumque omnibus relinqueret. ac profecto, missa hac legatione, cum praesertim in maximis belli curis & periculis versetur, atque de impendente a barbaris calamitate depellenda dies noctesque cogitet, nullum videtur officii genus reliquum fecisse, quo majorem hoc tempore pietatis & religionis suae significationem dare potuisset. quamobrem sancta synodus cum magni magistri ordinisque vestri praeclaram mentem & voluntatem toto animo amplectitur, de eaque magnas Deo immortali gratias agit, tum vero te, praestantissime orator, & venientem laetissima excepit, & ea prudenter graviterque exponentem, quae tui muneris esse videbantur, attente ac benigne audivit, mandatumque tuum, prout juris est, libenter admittit. Quod autem ad ordinis vestri commoda & dignitatem, quae tam diligenter commendas, pertinet, tu quidem pro tui officii ratione pie & necessario id facis, tametsi, pro ea, quam omnibus sancta synodus debet, caritate atque benevolentia, supervacaneum fortasse videri possit. verum, cum vestri milites ad sanctae synodi decreta conservanda corporum & laterum suorum oppositus religiose polliceantur, aequum est, ut ipsa etiam auctoritatem suam ad beneficia vestra atque ornamenta omnia non tuenda solum, sed etiam augenda liberaliter conferat. quod quidem quemadmodum prolixe & libentissimo animo vobis repromittit ac spondet, ita, quotiescunque occasio dabitur, libentius re ipsa cumulatissime praestabit.

Postrema est quaedam ad quemdam Alexium gravis, ingeniosa, perelegans epistola, Interamnae scripta anno sive 1567. sive 1568. sive 1569. sive 1570. non enim diutius ejus urbis episcopus Calinius vixit, ibidem die 6. apr. ultimi hujus anni 1570. mortuus.

MUTII CALINII LATINA LUCUBRATIO V.

Aut nulla aut communis utriusque nostrum culpa videri potest, quod raro litteras mittamus, &, quod unum perfruendae amicitiae reliquum est officium, adeo negligenter colamus. at ego proprie in eo reprehendendus sum, quod etiam humanissimis litteris abs te provocatus, tam sero respondeam; ut, si mecum summo jure agatur, ne respondisse quidem existimandus sim. nam, ut vos in scholae concertationibus, cum aliquid de adversario quaeritur, si is longo post intervallo responsum dederit, non tam ab eo responderi, quam somnia aliqua narrari, aut inepte & alieno tempore novam quaestionem poni soletis putare, ita etiam in hac litterarum missione usuvenit. etenim, qui singula officiorum momenta diligentius expendunt, si quis in respondendo nimia tarditate utatur, eum in eandem vituperationem incidere, non injuria fortasse arbitrantur. illud vero in primis mihi laetandum esse sentio, tibi ita persuasum esse, te a me unice amari, ut facile credam, quodcunque id crimen ab aliis judicetur, me quidem abs te, ut maxime, negligentiae tantum nomine

ob eam

ob eam rem culpatum iri. quo quid levius amico objici queat, non video: si tamen hoc etiam in amicitia peccatum dicendum est. ament amici inter se, atque id vere & ex animo faciant. nihil enim fictum, nihil temporis causa simulatum christiana praesertim familiaritas & necessitudo patitur. quae vero ad significandam benevolentiam non tam necessaria sunt, quam jucunditatis cujusdam causa expetuntur, quemadmodum, si ab amicis tribuantur, iis libenter frui debemus, ita requirenda aspere non sunt, aut exigenda cum ulla animi acerbitate & offensione. quod quidem ut abs te ne fiat, cum propter summam humanitatem tuam, tum ob meum erga te tibi cognitum amorem atque perspectum, ne vereri quidem mihi in mentem venit. an vero, cum tu maximis occupationibus distentus litteras ad me dare suavitatis & officii plenissimas non graveris, de tuis rebus omnibus tam amanter, tam familiariter scribas, ut ipse tecum colloqui videaris, fieri posse dubitem, ut, quoniam serius tuis litteris responderim, id a te durius vel in aliam partem accipiatur, quam in eam, quae mei facti probabiliorem excusationem habeat? equidem non committam, ut, quod ipse me praestaturum esse polliceri possum, si mihi diutius litterae tuae fuissent expectandae, id quidem de te eo facilius non credam; propterea quod optime novi, quantum tibi concedere debeam in omni virtutis & humanitatis genere.

Venio nunc ad illam epistolae tuae partem, in qua de Nerii, socii tui, utriusque nostrum amantissimi, morte ea scribis, quae me varie affecerunt; quod item tibi accidisse ex iis litteris animadverti. doleo, & vehementer commoveor, nos tali viro orbatos esse, ex cujus doctrina, integritate & religione maximum usum nunc quidem percipiebamus, majores vero & uberiores fructus licebat expectare, cum aetatis maturitas accessisset. ut autem eam jacturam graviorem existimemus, facit misera haec temporum conditio, rerumque omnium confusio & perturbatio. etenim tam multis undique malis christiana pietas premitur, ut magnopere indigeamus iis hominibus, qui & hostes fidei sacrarum litterarum scientia convincere ac refellere, & fidelem populum veritatis doctrina confirmare, atque ad meliorem vitae rationem ac disciplinam tum morum sanctissimorum exemplo perducere, tum spiritualis eloquentiae quibusdam quasi facibus inflammare possint. quibus rebus omnibus quantum valuerit Nerius, non solum tu ipse es optimus testis, caeterique vestrae societatis homines gravissimi, qui cum eo multos annos familiarissime & conjunctissime vixerunt, verum etiam pleraeque nobilissimae civitates, atque ipsa in primis Roma, fidei sedes & domicilium, tanta cum voluptate & solidae utilitatis fructu expertae sunt, ut nemini mirum esse debeat, si optimi & doctissimi viri immaturam mortem graviter doleamus, ex qua non mediocris dolor & incommodum ad quamplurimos perventurum sit.

Verum, si rursus referamus animum ad eas molestias, ex quibus moriens Dei benignitate ereptus est, cum praesertim hoc tempore tot casibus communis hominum vita proposita sit, magna profecto ex parte dolorem nostrum ea cogitatione levari sentiemus. maximam praeterea vim ad animi nostri maerorem minuendum & veram consolationem afferet ejus innocentiae & probitatis, pieque & religiose actae ab eo vitae memoria. nam, quod a puero sanctissimum vivendi institutum cepit, in eo usque ad extremum spiritum ita perseveravit, ut majores ad perfectum virtutis habitum progressiones in dies facere summo labore & studio contenderit, &, quod docet apostolus, quae retro sunt, obliviscens, ad ea vero, quae priora sunt, extendens se ipsum, abjecta omni rerum terrenarum cura, unam perpetuae beatitudinis gloriam celso & erecto animo semper spectaverit. quare, si ulla est recte factorum merces, quam quidem amplissimam a Deo constitutam esse

esse fateri cogimur, cum Nerio, quasi ex longa peregrinatione in patriam revertenti, laeta omnia & felicia contigisse, sperare nobis liceat, quid est, quod aut nostram aut illius vicem doleamus, vel potius quid probibet, quo minus hac spe sustentati tum ei tum nobis ipsis vehementer gratulemur? Vivit ille (ita enim divinae clementiae fidentes audacter de eo sentimus & dicimus) vivit, inquam, in lumine sanctorum, ac, dum stabili immensae felicitatis possessione gaudet, nostri memor, quos quidem in terris antea amavit, nunc vero in caelestium concilio collocatus perfecta caritate complectitur, orare Deum nunquam intermittit, ut nos pro sua bonitate dignos efficiat, qui ex hisce tenebris aliquando educti ad eandem lucem contuendam, & summi boni speciem & pulchritudinem contemplandam evolemus. Haec autem mei potius, quam tui consolandi causa, a me scripta esse existimabis. neque enim opus est, ut ego te his de rebus vel doceam vel admoneam, quae tu pro tua doctrina & prudentia doctissime & prudentissime soles colligere, cum aliorum animi a dolore atque aegritudine ad christianam tranquillitatem & moderationem traducendi sunt. Tu valebis, mi Alexi, mihique ut Deum immortalem propitium reddas, tuis assiduis precibus curabis. Vicarius meus tibi plurimum salutem ascribit. Ego Filiusium socium tuum, mei amantissimum ac singulari virtute & religione praeditum, velim salvere jubeas meis verbis. Interamnae.

De *Filiusio*, sive etiam *Filiucio* (utroque enim modo legi in exemplari potest, in quo sexta ejus nominis littera latet quodammodo sub litura), de *Nerio*, denique de *Alexio* ipso, ad quem data haec est epistola, nihil comperti habeo. tantum suspicari possum, fuisse eos omnes societatis Jesu homines; suspicari, inquam: nam *societatis* & *sociorum* nomina, quae non semel in ipsa epistola occurrunt, possunt etiam non inusitate de quovis alio sacrorum hominum coetu dici atque intelligi. De *vicario* autem, cujus nomine salus in extrema epistola adscribitur, haec in quibusdam ipsius Calinii ad card. Amulium litteris, die 19. maji an. 1567. Romam Interamna datis, leguntur: *Il mio vicario messer Gio: Antonio Sordo, persona molto virtuosa & timorata di Dio, darà conto alla signoria vostra illustrissima &c.*

Nolo autem existimari, superiores Calinii lucubrationes omnes in lucem nunc primum prodire. nam primam ac secundam Dominicus Farrius anno 1567. Venetiis ediderat in quodam libello, cujus exempla vix jam comparent, cuique titulum fecit: *Orationes, responsa, literae ac mandata, ex actis concilii tridentini collecta*. in quo tamen libello Calinii nomen non nisi secundae lucubrationi inscriptum est. Ejusdem item nomen praetermissum est in alio quodam libello, inventu perquam difficili, ac paucis propterea noto, quem ipse conscripsit, editque *Romae apud Julium Accoltum* anno 1568. hoc titulo: *Constitutiones synodales sanctae ecclesiae interamnatis, editae ac promulgatae in synodo dioecesana, habita anno 1567*. Ac memini, cum Calinii epistolarum volumen illud secundum, de quo supra dixi, pervolutarem, incidere me in quamdam, in qua appellationem illam *sanctae*, ecclesiae interamnati a se tributam, atque a nescio quo reprehensam, accurate vereque propugnat.

Denique, ne quidquam, quod de Calinio memoria dignum sciam, & vulgo nesciri existimem, a me praetereatur, illud dicere non omittam, ejus operam atque industriam, praeter *catechismum*, in *indice* etiam, in *breviario*, in *missali* fuisse versatam. id satis declaratum loco illo epistolae, quam, ad aenonensium episcopum ab eo datam, supra retulimus, debet videri, *Oltra l'indice de'libri, ch'è già stato publicato, & il breviario & il messale, che si lasceranno riformati* (a se nempe atque a Fuscarario, Roma primo quoque tempore profecturis),

ris), *per doverli poi stampare a suo tempo, anche del catechismo si metterà tal'ordine, che con l'ajuto di Dio si possa con maggior commodità condurre l'opera al suo fine, quando ciascun di noi ritornerà alla sua chiesa*. Sed habeo de *indice*, ac de *breviario* certiora Calinii operae argumenta; de *indice* quidem, ipsius litteras ad card. Cornelium die 12. febr. an. 1562. Tridento datas, in quibus, *La congregatione*, inquit, *si è fatta, e si è finito di votare sopra la materia de' libri. e, perchè tutt' i padri sono convenuti in questo, che i signori legati facciano una deputatione di persone atte a fare simil' esamine, le loro signorie illustrissime hanno a ciò eletto il vescovo di Modena, il vescovo di Viviers, il vescovo di Lerida, e l'arcivescovo di Zara; se non è stato errore: di che sto in gran dubio per le dignissime qualità de' colleghi*. de *breviario* autem quanti vis pretii litteras item habeo, ab Aegidio Fuscarario, mutinensium episcopo, paucis ante, quam Romae moreretur, diebus, ex ipso, in quo aegrotus decumbebat, lecto ad summum pontificem Pium IV. datas; ab Oltrocchio inter S. Caroli Borromaei mss. collectanea, quae in ambrosiana mediolanensi bibliotheca adservantur, repertas, mecumque ea, qua consuevit, humanitate communicatas. eae sunt hujusmodi:

Beatissime pater.

Etsi, pro munere divini officii componendi, reverendissimis archiepiscopis Lanciano, & Jadrensi, mihique injuncto, ejusdem cum illis fui sententiae, ut officium sanctiss. virginis intermitteretur, nunc tamen saniore consilio attendens, quam optimis rationibus ab antiquis patribus constitutum sit, in hanc usque diem ubique recitandum, ac quam necessarium sit ecclesiae, tot vitiorum haeresumque tempestatibus jactatae, opem Dei per suam matrem ac ceteros sanctos (ut singulis ejusmodi officii horis fit) implorare atque impetrare; supplex a sanctitate tua peto, quae ipsam ecclesiam afflictam ac pene jacentem excitare atque erigere, in portumque tutissimum deducere instituit, ut, nulla prioris meae sententiae habita ratione, hoc divinum officium in ecclesia, ut hactenus, retinendum, atque adeo illam stellam lucidissimam sanctissimam virginem, eosdemque omnes sanctos singulis horis perpetuo invocandos curet.

Ex lecto, die XVII. *decembris* 1564.

Aegidius Foscherarius episcopus mutinensis.

Iisdem porro litteris hoc monumentum ipse fortasse S. Carolus adscribendum post Fuscararii mortem curavit:

Ego presbyter Otho Parentus Mortariensis, juris can. ac theologiae doctor, fidem facio, hanc fuisse sententiam reverendiss. episcopi mutinensis, quam eisdem verbis, paulo antequam e vita excederet, declaravit.

Longae, neque fortasse injucundae disputationis materiem hae mihi Fuscararii litterae suppeditare possent. sed non id nunc agendum est. hoc, quod proposueram, ex iis intelligi hoc tempore unum volo, jadrensis archiepiscopi, hoc est Calinii, operam in *breviario* quoque *componendo* esse versatam.

Et, quoniam de Calinii doctrina tam multa sunt a nobis commemorata, aliquid etiam de eximiis ejus virtutibus, quae fuerunt ad hanc diem, aeque atque doctrina, vulgo ignoratae, ac de vitae singulari sanctitate breviter extremo hoc loco dicamus; sive potius Lancillotum Gubernarium, interamnatis ecclesiae canonicum, qui supremum aegrotanti adfuit, narrantem audiamus in quibusdam litteris, ad eumdem illum anonymum firmani illius codicis, de quo supra dictum est, adnotatorem datis; qui earum exemplum in alterius codicis, *catechismum* item, Venetiis editum, continentis, calce, sua ipse manu perscripsit:

Copia, inquit, *di una lettera, scrittami in risposta d'una mia*.

„ *Intorno al fatto del deposito di monsi-*

plicandi ea, quae illi contulissent, negotium Pogiano dedit (34).

monsignor Calino, non fu fatta cosa alcuna nella sepultura. &, se bene il fratello disse volerecela fare, nondimeno non fece cosa alcuna... Esso era tenuto un' homo santo nella nostra città: dava il suo tutto per elemosina; & non li bastava l'entrata del suo vescovato, ma si faceva venire denari dal paese per fare la carità. quando fu ammalato, fece chiamare tutti i suoi canonici, & dal suo confessore secretamente si fece levare un cilicio di crini: & poi fece un sermone, che tutti piangevamo: &, data la sua benedittione, in fatto spirò. Io fui presente alla sua infirmità, come canonico. ch'è quanta posso dirle. Di Terni li 12. di gennaro 1602.

Lancillotto Gubernari. „

Sed de Calinio nunc quidem satis. ad Pogianum enim me jampridem Gratianus revocat.

(34) Uni Pogiano totius *catechismi* latine explicandi negocium a Pio IV. datum non modo Gratianus hoc loco significat, verum etiam Alexander Trivius in suis ad Gratianum ipsum litteris, Colonia die 29. dec. an. 1584. Romam datis, affirmat: quarum heic ego priorem partem (sunt enim longiusculae, ac de multis aliis rebus scriptae), de Pogiani opera, praeter *catechismum*, in *breviario* etiam *romano* collocata, deque his ipsis ejus epistolis, quas nunc primum in lucem emittimus, agentem, ex autographo, quod penes nos est, describam.

Reverendo Domino Ant. Mariae Gratiano N. (hoc videtur posuisse Trivius, propterea quod nesciret, sive non meminisset, cujus loci abbas Gratianus esset. erat autem *Sanctae Crucis* ad Saxum-ferratum in Sentinatibus ille tum abbas) *abbati dignissimo pariter atque doctissimo A. T. clientum minimus S. P. D.*

S. Graviter equidem moleste que tuli, doctissime suavissimeque Gratiane, quod, cum sanctissimi domini nostri osculandis pro more pedibus, nonnullisque praeterea aliis, quae ad afflictae hujus provinciae pacem religionemque, tantum non penitus profligatam, restituendam pertinere videbantur, exponendis, a serenissima & reverendiss. principe Ernesto, tunc primum in coloniensem archiepiscopum electo, ablegatus in urbem superiori aestate venissem, te, cui tantum me debere intelligebam, nec complecti nec videre licuerit. nam, si id mihi obtinere, qui alioqui ad omnem mihi infelicitatem notus videor, licuisset, praeter summam voluptatem, quam ex eo congressu percepturus fuissem, id me consequuturum sane confidebam, uti epistolarum doctissimi quondam viri Julii Pogiani volumen, tuo, cum in Polonia illustrissimum & reverendiss. cardinalem Commendonum, ad ejus regni regem & ordines de latere legatum, sequuti degeremus, jussu in viginti duos libros a me distributum, & a Stanevio non inscite descriptum, hic Coloniae, ad perpetuam tanti viri memoriam, studiosorumque utilitatem, aeneis characteribus excusum, in publicum edendi causa mecum in Germaniam auferre licuisset. neque enim, te libenter commissurum unquam, existimabam, ut tua culpa tanti viri, quem vivum semper coluisti, memoria, cum manifesto etiam publico detrimento, intercidisse videri aliquando possit. etsi enim, quam accuratus aestimator latinae & romanae puritatis fuerit, ex ejus libelli, quem Joannes Chrysostomus de Virginitate graece conscriptum reliquit, versione, ex catechismi, breviariique, ut vocant, romani, hujus viri divino ingenio elaboratorum, publicatione, veluti ex ungue leonem aestimantes intelligere aliquo modo possunt, ejusmodi tamen non sunt, ut ob interitu memoriam ejus vindicare possint. ut enim notissimum est, in Chrysostomi

sostomi unico illo sermone convertendo feliciter esse versatum, ita paucissimi norunt, catechismi & breviarii nominibus quicquam ipsius studiis & laboribus deberi. quamobrem, pro tua in eum pietate, quam erga defuncti manes te retinere non dubito, & pro singulari mea in te observantia, etiam atque etiam rogo & obtestor, ut eam cogitationem suscipere velis, quomodo in vulgus emitti ii libri possint &c. Ita Trivius.

At Carolus a Basilica-Petri *breviarii* quidem historias (hoc est eas, quas *sanctorum lectiones* vocant) ab uno Pogiano latinas factas concedit; *catechismi* vero non nisi *partem* ab eo latinitate donatam confirmat. ait enim loco, quem supra integrum attulimus, sic, *Factum est, ut concilii mediolanensis primi decreta, & romani breviarii historiae, quae in manibus habentur, ejus stilo, magna puritatis & facilitatis laude conscriberentur, & praeterea etiam catechismi romani pars.* Antonius autem Possevinius in *Apparatu sacro* (tom.II. pag.305. edit. ven. an.1606.): *Julius*, inquit, *Pogianus S.Joannis Chrysostomi librum de Virginitate e graeco bene latinum reddidit; quam versionem Plantinus Antuerpiae protulit in lucem. Feruntur autem ejus lectiones historicae breviarii romani sub Pio V. pontifice max. Ejus etiam stili opus est ultimum caput romani catechismi.* Hoc quidem quemadmodum Possevinius dicat, antequam ad reliqua pergamus, considerandum est.

In quattuor omnino partes tributus est *catechismi romani* liber; quarum prima est *de symbolo*, altera *de sacramentis*, tertia *de decalogo*, quarta *de oratione dominica*. tum singulae partes in plura vel pauciora capita distributae sunt; quorum ultimum in parte quarta, prope omnium brevissimum, in dictionis *Amen* explicatione versatur. constat autem, Pogianum menses omnino quattuor in *catechismo* conscribendo impendisse: idque illum testificantem mox audiemus. num igitur, quattuor mensium labore non nisi *caput* illud *ultimum* hominem confecisse, credemus, qui, qua facultate in latine scribendo ac facilitate fuit, semihorae spatio totum negocium illud transigere potuisset? Dicamus ergo, Possevinium, cum Pogiani opus esse *ultimum catechismi caput* dixit, *capitis* appellatione, non partis illius quartae particulam illam ultimam, sed ultimam universi operis, in quattuor partes ac tamquam rerum capita distributi, partitionem atque materiam intelligi voluisse.

Jam, quum Gratianus Triviusque totum *catechismi* opus Pogiani stilo, Carolus autem a Basilica-Petri ac Possevinius non nisi totius operis partem adjudicent, utris tandem credendum est? iis, opinor, quibus Pogianus ipse testimonio suo suffragetur. Pogianum igitur de se ipsum testificantem audiamus. mense decembri anni 1564. ad Hannibalem Minalem scribens, post illa, jam semel a nobis recitata, *Datum est negotium a pontifice max. tribus episcopis, ut ex decreto tridentini concilii commentarios componerent christianae disciplinae, ex quibus paratam & promptam habere possent sacerdotes materiam ac rationem instituendi eos, qui ipsorum fidei prudentiaeque commissi essent*, ita pergit scribere: *Ad haec conscribenda sum ego etiam adhibitus. qua in scriptione quatuor ipsos menses posui: ut ab eo munere mihi nihil reliquum fuerit vacui temporis.* Ait, *se etiam* ad illa conscribenda fuisse adhibitum. non igitur unus Pogianus fuit adhibitus, neque uno ipsius stilo *catechismi* liber conscriptus aut est, aut certe, tum cum illa ad Minalem scribebat, adhuc fuerat. nam postea quid acciderit, mox videbimus.

Quaeramus nunc, quam potissimum ejus partem conscribendam susceperit. quartam opinor, quae est *de oratione dominica*; eam nempe ipsam, quam *ultimum catechismi caput* a Possevinio esse appellatam vidimus. consentit cum Possevinio firmani illius,

de quo

de quo supra dictum est, codicis adnotator; cujus haec sunt:

Aldus Manutius dixit, quod Mutius Calinus scripsit super articulis fidei & sacramentis: Petrus Galesinus super decalogo: Julius Poglanus super oratione dominica.

De Calinio idem paullo ante ab alio anonymo audieramus: nisi quod firmanus hic, scriptione dumtaxat ac stilo, non etiam compositione ac materia, Calinii in *catechismo* provinciam circumscribere videtur; ille alter nihil proprie ac nominatim definierat. De Galesinio, quem caeteroqui virum doctum & latinis graecisque litteris eruditum fuisse sciebam, nisi me hic anonymus monuisset, ne suspicari quidem mihi in mentem venisset. De Paullo autem Manutio vides, ne heic quidem, ubi Aldi filii testimonium affertur, ullam mentionem fieri. At de Pogiano mirifice opinio nostra, Possevinii testimonio illo nixa, firmano hoc monumento confirmatur. Potuit, qui illa scripsit, sive falli, sive etiam fallere lecturos voluisse. nos, qui ea legimus, siquidem hominis sive errorem, sive mendacium coarguere non possumus, temere & injuste faciamus, si alterutrum in ejus testimonio inesse suspicemur: quum praesertim plerisque ab eo dictis fidem tam multi alii, minime suspecti, testes faciant.

Verum, sive non illos, in hoc firmano monumento nominatos, sed alios, aut non eos solos, sed plures, in latina *catechismi* explicatione collegas Pogianus habuit, sive alia ei quaedam, non postrema illa de oratione dominica operis pars ac tamquam provincia primum obtigerat, sic tamen statuo, fuisse quidem initio a pluribus in illa scriptione elaboratum, & suam quemque in universum opus tamquam symbolam contulisse, verum deinde, instaurata rursum re atque opera, ad unum illam totam procurationem rediisse, sic, ut reliquorum scriptionis recognitio ac retractatio & in unam eamdemque singularum partium speciem conformatio uni, hoc est Pogiano, fuerit demandata. id cum totius operis unus sonus atque idem stilus, & mira cum reliquis ejus scriptis ac plane gemina similitudo declarat; tum ipse suis quibusdam ad Commendonum litteris, die 5. apr. an. 1565. Roma in Poloniam datis, non obscure significat: *Non excusabo*, inquit, *multiplices occupationes tum literarum, quae mihi quotidie scribendae sunt & proprie Borromaei, & communiter ejusdem undecimque cardinalium nomine, quos sibi pontifex in consilium adhibuit ad explicandam, ubi opus sit, tridentini concilii sententiam, tum rationis cujusdam ex concilii auctoritate erudiendi christianos homines ad salutarem disciplinam, romanique breviarii: ad quod tanquam aedificium, me, quasi fabrum, magna ex parte ipsi operis architecti adhibendum putaverunt. nam, etsi concurrit, ut proximis cardinalium comitiis & haec & alia a me maxime scriberentur, potui tamen ex ea opera tantum eripere temporis, praesertim in hac mea subita quodammodo ac necessaria in scribendo negligentia, tibi ut illud debitum officium* (gratulationis de cardinalatu) *persolverem*. Quae *proxima cardinalium comitia* vocat, cardinalium creationem intellige, quos Pius IV. proxime, hoc est die superioris mensis martii duodecimo, renunciarat. quo ipso comitiorum sive creationis tempore, ait, se, praeter illa alia multa, in *catechismo* etiam *scribendo* occupatum fuisse. Atqui mense decembri superioris anni 1564. absolvisse jam se eam *catechismi* partem, ad quam *conscribendam* a tribus illis episcopis *adhibitus* fuerat, Hannibali Minali scripserat. ait enim: *Qua in scriptione quattuor ipsos menses posui, sic, ut ab eo munere mihi nihil reliquum fuerit vacui temporis. quare, etsi*, ILLA CONFECTA RE, *premor praeterea onere scribendarum epistolarum octo cardinalium nomine, quibus pontifex max. tridentini concilii cognitionem dedit, tamen diutius hoc ad te* lite-

narrantes saepe audivi quatuor illos viros (35), nullam unquam rem fuisse tam difficilem ad explicandum (ut spissa multa sunt in fa-

literarum officio supersedere non potui. Qui mense decembri anni 1564. *rem illam*, hoc est *catechismi* eam partem, ad quam *conscribendam* a tribus illis episcopis adhibitus fuerat, a se esse *confectam* ad Minalem scribit, idemque rursus mense aprili insequentis anni ad Commendonum scribit, fuisse se in *catechismo scribendo*, cardinaliciorum comitiorum tempore, quae in superioris mensis duodecimum diem inciderant, occupatum, nonne is novum se *catechismi scribendi* laborem suscepisse testificatur, &, siquidem suum pensum anno superiore *confecerat*, in aliorum opere sive reficiendo sive perficiendo fuisse hoc ipso anno 1565. versatum? Potuit enim hoc fieri (neque, qui rei eventum considerarit, aliter factum esse judicabit), ut Pogiani in *catechismo* conscribendo collegae minus vel sibi ipsi vel caeteris in iis, in quibus quisque elaborarat, totius operis partibus satisfecerint; ad eumque propterea aditum sit, ab eoque impetratum, ut, quae ab illis scripta essent, recognosceret, & eumdem universo operi, veluti cuidam aedificio, latinitatis suae tamquam colorem allineret. Ita & ii, qui hominem *catechismi* partem conscripsisse affirmarunt, Carolus a Basilica-Petri & Possevinius, vera dixerunt, neque ii, qui totam ejus conscripti laudem illi tribuerunt, Gratianus & Trivius, mentiti sunt. vere enim & non omnia conscripsit, qui scriptionis collegas anno 1564. habuerat, & non partem modo conscripsit, qui collegarum quoque scripta postea recognovit, eaque ad scriptorum suorum elegantiam splendoremque revocavit.

(35) Quattuor illos viros, theologiae laude praestantes, quos Pius IV. ad *catechismi* opus componendum delegerat, fuisse Calinium, Fuscararium, Marinium, ac Fureirium supra vidimus. num ab his omnibus audire Gratianus potuit, quod ab iis audisse se, ac saepe quidem audisse, dicit? certe non potuit. nam mense octobri anni 1563. (hoc est antequam de *catechismo* conscribendo cogitare aut adeo suspicari Pogianus potuisset) ipse in Poloniam cum Commendono, pontificis max. ad Sigismundum Augustum nuncio, profectus, inde non nisi mense item octobri anni 1566. in Italiam redierat: cum & Fuscararius mense decembri an. 1564. diem supremum suum obiisset, & Fureirius mense aprili an. 1565. in Lusitaniam revertisset. ab his igitur duobus id audire non potuit. quid ergo est? num mentitum dicemus? minime id quidem, sed hoc dumtaxat, parum eum diligenter in hac tota *catechismi* componendi conscribendique narratione esse versatum, &, actorum ac temporum ratione non satis animadversa atque notata, in alias personas, quam quas rerum series atque ordo postulabat, narrantem incurrisse. Narrandi ejusmodi initium sumsit, ut, cum de Pii V. pontificatu agere coepisset, tum demum *catechismi* mentionem intulerit, ea omnia silentio praeteriens, quae tam multa vidimus in eo negocio sub Pio IV. contigisse. Immutata vero est sub Pio V. rerum ratio, actumque non de componendo conscribendove, sed de edendo, qui jam compositus conscriptusque erat, *catechismo*. visum est tamen faciendum, ut, antequam liber ad excudendum Paullo Manutio traderetur, aliqui eum theologi atque eruditi viri, quemadmodum in reliquis edendis libris fieri consuevit, publica auctoritate recognoscerent, diligenter expenderent, &, sicubi opus esset, emendarent ac perpolirent. id vel ante Pii V. pontificatum coepisse jam agi, parti-

in sacrorum disciplina), quin facilis Julio fuerit, & quam ille non

particula quaedam card. Borromaei litterarum, die 27. dec. anni 1564. ad card. Hosium in Poloniam Roma datarum, docet. ea est hujusmodi: *Catechismum habemus jam absolutum, doctissimorumque hominum ingenio & industria elaboratum: quem nunc* perpoliunt, *ut, cum manus extrema accesserit, opus concinnius atque perfectius evulgetur*.

Quod quidem Borromaei testimonium, caeteraque tum ejusdem, tum aliorum, quae tam multa a nobis in superioribus allata sunt, ne quis infirmari atque infringi iis litteris posse putet, quae Pii V. nomine ipsius *catechismi* volumini, quod anno 1566. a Paullo Manutio excusum prodiit, praefixae visuntur, paullisper heic mihi, antequam ad reliqua, quae dicere institueram, pergam, insistendum est. hoc autem est earum litterarum initium: *Pastorali officio cupientes, quam diligentissime possumus, divina adjuvante gratia, fungi, & ea, quae sacro tridentino concilio statuta & decreta fuerunt, exequi, curavimus, ut a delectis aliquot theologis in hac alma urbe componeretur catechismus, quo Christi fideles de iis rebus, quas eos nosse, profiteri & servare oporteret, parochorum suorum diligentia edocerentur*. Quid illa, *curavimus, ut componeretur catechismus*? non id Pius IV. proxime ante Pium V. *curaverat*? non etiam ante Pii V. pontificatum *absolutus* jam, Borromaeo teste, *doctissimorumque hominum ingenio & industria elaboratus catechismus* fuerat? an alium *catechismum* Pius IV. alium Pius V. *componendum curavit*? quid igitur illo factum est, quem Pius IV. *curarat*? qui potuit autem is, qui tum prodiit, quemque nunc habemus, tanta doctrina ac tam multiplici eruditione refertus, ut multorum theologicorum voluminum unus instar habere videatur, tanta industria elaboratus, tantaque latini sermonis elegantia perfectus, qui potuit, inquam, primis Pii V. pontificatus septem mensibus a quibusvis vel electissimis theologis componi, tum ab Alexio Figliuccio in italicam linguam converti, denique a Paullo Manutio tam diligenter excudi, latine quidem bis, semel in folio, ut ajunt, iterum in quarto, italice vero semel in octavo? quas omnes editiones mense septembri ejusdem anni 1566. perfectas, infra videbimus. Omnino dicendum est, vocem illam *componeretur* aut minus considerate ab eo, qui illas litteras Pii V. nomine scripsit, fuisse adhibitam, aut non omnem impensam *catechismo* operam, sed aliquam eamque extremam, significare, aut non tam Pii V. pontificis proprie, quam universe pontificatus ac sedis apostolicae nomine esse usurpatam: denique quidvis dicendum est potius, quam ut Borromaeum, caeterosque illius temporis aequales, qui catechismum ante Pii V. pontificatum & *compositum* & *absolutum* scriptis suis tam multis prodiderunt, esse mentitos suspicemur.

Nihilne igitur a Pio V. profectum est, quod ad *catechismi* opus pertineret? immo operis perpolitio atque perfectio, editio ac promulgatio, summa denique dignitas atque auctoritas Pio V. debetur. is enim, non ita multo post initum pontificatum, doctissimorum hominum quemdam coetum (id quod dicere exorsi eramus) instituit, iisque operis cognitionem, judicium castigationemque permisit. de quo coetu sunt illa ab anonymo firmani exemplaris adnotatore perscripta:

Fr. Franciscus Forerius Lusitanus Dominicanus

Leonardus Marinus Januensis, Archiepiscopus Lancianensis

Aegidius Fuscararius Bononiensis, Mutinensis episcopus

Post

non aliquo lumine eloquentiae (36) illustrarit. Liber editus

Post concilium, mandante pontifice, catechismum confecerunt.

Gul. Syrletus Cardinalis utrique operi adjunctus, adhibitis fratribus

Thoma Manrique sacri palatii magistro

Eustachio Lucatello ord. praed. procuratore, & compluribus doctissimis viris, dictum catechismum expolivit. Ita testatur Fr. Felix de Castelfranco in Chronico Generalium ordinis S. Dominici, constitutionibus dicti ordinis adjuncto.

Rursusque infra:

Congregatio ad eundem catechismum componendum, recognoscendum, & perficiendum a Pio V. pontifice delecta, teste Don Sancte, cardinalis Paleotti secretario,

Cardinalis Sirletus, praeses congregationis:

Mutius Calinus, archiepiscopus Jadrensis:

Leonardus Marinus, archiepiscopus Lancianensis:

Aegidius Fuscararius, episcopus Mutinensis:

Julius Pogianus, cardinalis Sirleti secretarius:

Curtius Francus, S. Petri canonicus. Ex his quoque monumentis multa, prius ignorata, discuntur. verum adnotator, minime suis quidque temporibus tribuens, in Fuscarario peccavit, qui, mense decembri anni 1564. Pio IV. pontifice, *catechismo*, ut supra dictum est, *composito*, mortuus, eidem recognoscendo, anno 1566. sub Pio V. interesse non potuit. peccavit etiam, sed levius, in Franchio; qui tum canonicus S. Petri non erat; id sacerdotium non nisi anno 1568. consequutus, cujus possessionem die 19. septembris (id quod ex aedis vaticanae tabulario didici) adivit. caetera partim verissima esse constat, partim falsa esse constare non potest; ut propterea causa nulla sit, cur non, vera ea quoque esse, credere debeamus. de Sirleto, de Marinio, deque sacri palatii magistro eadem sunt ab Joanne Francisco Lombardio prodita in suis ad Hosium litteris, die 1. aprilis an. 1566. datis: *Paulus*, inquit, *Manutius diu aegrotavit. nunc vero e morbo convalescit, & dominationem vestram illustriss. salutat. id ipsum facit illustrissimus Sirletus, sacri senatus ornamentum, qui modo incumbit negotio τοῦ κατηχισμοῦ cum archiepiscopo Lancianensi, & magistro sacri palatii: & spes est, illum cito editum iri typis aldinis.* Quod vero *Sirleti secretarius* in secundo monumento Pogianus dicatur, quem nemo alius eo munere apud Sirletum esse umquam functum dixit; id neminem movere debet. cum enim illius theologorum coetus princeps ac moderator Sirletus esset, cumque Pogianus ad ea scribenda, quae omnes illi communi consilio mutanda in *catechismo* sive addenda censuissent, ab illo adhiberetur, recte *Sirleti secretarius* in ea quidem re dici potuit.

Jam vero, ut ad Gratianum revertamur, a quibus ille *quatuor viris* ea *audisse* se dicit. quae de Pogiano commemorat, eos, remotis etiam Fuscarario & Fureirio (quorum alter obierat, alter aberat, quosque propterea Gratianus significare non potuit), in reliquorum, qui a nostro anonymo nominati sunt, theologorum numero possumus reperire. qui nam autem e sex illis reliquis, Sirleto videlicet, Calinio, Marinio, Franchio, Manriquio, Lucatellio, quattuor illi potissimum fuerint, divinare quis possit?

(36) Eloquentiae hujusmodi luminibus passim totus catechismi liber illustratur. an non tale videtur illud, quod mihi nunc ipsum, aperto forte volumine, parte III. cap. 8. in oculos incurrit? *Eodem*, inquit, *se alligant scelere* (similiter Cicero pro Flacco cap. 41.

tus (37) est ea doctrinae integritate, ea vero dignitate orationis, nihil ut videatur scribi potuisse absolutius. ac, dicendi quidem

cap.41. *Metuit, ne L. Flaccus nunc se scelere alliget*), *qui in emendis vendendisque rebus fraudes adhibent, & vanitatem orationis* (Cicero lib.III. *de off.* c.58.de vendendo item agens, *Quod si vituperandi sunt*, inquit, *qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt?*)... *Nec vero distinguuntur a furibus servi dominorum, rerumque custodes infidi: quin etiam eo sunt detestabiliores, quam reliqui fures, qui clavibus excluduntur, quod furaci servo nihil domi obsignatum aut occlusum esse potest.* Illud *qui clavibus excluduntur* lumen eloquentiae aut certe elegantiae est; nec minus reliqua. quae si talia non sunt, ne quidquam quidem est eloquens aut elegans in illis apud Ciceronem libro II. *de Orat.* cap.248. *Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, „Solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum.„*

(37) Prodiit in lucem *catechismus*, eodem tempore in folio, ut ajunt, & in quarto impressus, atque ita inscriptus: *Catechismus, ex decreto concilii tridentini, ad parochos, Pii quinti pont. max. jussu editus. Romae in aedibus populi romani, apud Paulum Manutium*, MDLXVI. *cum privilegio Pii V. pont. max.* Privilegii autem formula, quae in altera pagina exhibetur, est hujusmodi:

Pii V. pont. max. privilegium.

Motu proprio &c. Pastorali officio cupientes, quam diligentissime possumus, divina adjuvante gratia fungi, & ea, quae sacro tridentino concilio statuta & decreta fuerunt, exequi, curavimus, ut a delectis aliquot theologis in hac alma urbe componeretur catechismus: quo Christi fideles de iis rebus, quas eos nosse, profiteri & servare oporteret, parochorum suorum diligentia edocerentur. Qui liber cum Deo juvante perfectus, in lucem edendus sit: providendum duximus, ut quamdiligentissime, & fidelissime imprimatur. Itaque in hac alma urbe eum potissimum imprimi voluimus dilecti filii Pauli Manutii diligentia, qui alios ecclesiasticos libros hic imprimere solet. Quia vero si alibi imprimeretur, evenire posset, ut non pari fide ac diligentia talis argumenti liber imprimeretur: ob hanc causam, & quia etiam indemnitati, ut aequum est, consultum volumus ipsius Manutii, qui in eo imprimendo magnos sumptus fecit, & multum laboris suscepit: universis & singulis librorum impressoribus & bibliopolis tam extra, quam intra Italiam, sub excommunicationis latae sententiae poena, nostris vero & sanctae romanae ecclesiae temporali ditioni immediate mediateve subjectis, etiam sub poena quingentorum ducatorum auri, fisco nostro applicandorum, & amissionis librorum, ipso facto, etiam sine declaratione cujusquam judicis incurrenda, inhibemus & interdicimus, ne quis praedictum catechismum latinum, aut in vulgarem sermonem translatum intra quinquennium proximum possit imprimere, vel ab aliis impressum vendere, ac ne post quinquennium quidem absque licentia nostra & sedis apostolicae... Dat. Romae apud sanctum Marcum septimo Kalend. octobr. anno primo.

Extremam autem *catechismo* manum jam ante mensem julium anni hujus 1566. qui fuit idem pontificatus Pii V. primus, adhibitam fuisse, particula illa ipsius Pii litterarum, Kalendis quintilibus ejusdem anni ad Jacobum Ukangium, archiepiscopum gnesnensem datarum, docet: *Catechismus*, inquit, *absolutus fuit, &, Deo juvante, propediem edetur.* Impressum autem aeneis formis mense septembri jam fuisse, ex altera ejusdem Pii litterarum, die 28. ejus mensis ad Hosium datarum, particula discimus: *Cate-*

Digitized by Google

dem genus si spectes, disertam illam veterum aetatem sic redolet, ut de divinis rebus equidem putem christianorum neminem ante eum emendatius splendidiusque scripsisse (38). Quum mul-

Catechismum, inquit, *jussu nostro nuper impressum, ad te mittimus*. Sed die tamen octobris octavo nondum eum Romae divulgari coepisse, ad eumdem Hosium Lombardius illo ipso die scripsit his verbis: *Catechismi impressio jam absoluta est tam italico, quam latino sermone; sed nondum tradita est bibliopolis, ut venundetur*. In italicum sermonem quis *catechismum* ex latino converterit, docet hic ipsius libelli, a Manutio item editi, titulus: *Catechismo, cioè istruttione secondo il decreto del concilio di Trento, publicato per comandamento del santiss. S. N. Papa Pio V. & tradotto per ordine di sua santità in lingua volgare del Rev. P. Frate Alessio Figliucci de l' ordine de' Predicatori. In Roma*, MDLXVI. De ejusdem autem *catechismi* in alias aliquot linguas versione haec Sacchinius in parte III. *Hist. soc. Jesu* lib.2. num.6. ad annum 1566. memoriae prodidit: *Catechismum ad parochos, ex concilii tridentini sententia & commendatione conditum, variis linguis editurus* (Pius V.), *gallice vertendum, germanice & polonice, Societati dedit*. Non Pium V. sed card. Hosium *catechismi* polonice vertendi negocium Societati dedisse, crediderim. Pius certe in iis ad Hosium, quarum particulam paullo ante recitavi, litteris, die 28. sept. an.1566. datis, *Catechismum*, inquit, *jussu nostro nuper impressum, ad te mittimus, qui ut ab istius nationis hominibus, parochis, & aliis, qui linguae latinae minus periti sunt, intelligi possit, ejus in sermonem polonicum vertendi negotium a te dari volumus uni pluribusve polonis, quos ipse delegeris*. Eas porro litteras, itemque superiores ad Ukangium, Jacobus de Laderchio in tomo XXII. *Annal. eccles.* pag.206. & 209. ex vaticano tabulario; quemadmodum ipse ait; depromtas, integras affert: in quibus quidem ad Ukangium litteris, die 1. jul. ejusdem anni 1566. datis, ita Pius de polonica *catechismi* versione loquitur, ut cogitationem modo de ea re tum a se susceptam, nihil autem certi de interpretum genere deliberatum fuisse significet. ait enim: *Cura erit nobis, ut in sermonem etiam polonicum transferatur, si homines ad eum transferendum idoneos hic reperiemus*.

(38) Par laus *breviarii romani* historiis tribuenda est. miror, Gratianum de iis in hac praefatione dicere praetermisisse. atqui eas a Pogiano conscriptas, non modo Trivii, Caroli a Basilica-Petri, ac Possevinii, sed etiam Pogiani ipsius, in suis ad card. Commendonum litteris, testimonio supra cognovimus. Nunc faciendum nobis est, ut, quum *romanum*, quod hoc tempore circumfertur, *breviarium*, non, quale Pogiani opera perpolitum Pio V. pontifice prodiit, sed & multis accessionibus auctum, & variis recognitionibus sub Clemente VIII. & Urbano item VIII. pontt. maxx. interpolatum habeamus, eas historias, quae in eo a Pogiano conscriptae sunt, indicemus. at id quidem facere non possumus, nisi *breviarium*, quod Pogiani aetate, ante Pii V. pontificatum, in manibus hominum erat, cum eo, quod idem Pius pontifex creatus restitutum edidit, rursusque illud ipsum Pii pontificis cum hoc, quo nunc vulgo homines utuntur, comparemus.

Jam, ante Pii V. pontificatum, in usu erat *breviarium* quoddam, a card. Francisco Quignonio concinnatum. ejus apud me sunt duae lugdunenses editiones, altera in 8. a Theobaldo Pagano anno 1546. altera in 16. a Petro Fradinio anno 1550. curata; quae

Digitized by Google

multae in concilio leges conditae sint, quibus ecclesiasticae di-
f ſcipli-

quae quidem haud paullo eſt, quam illa, emendatior. operis ſui rationem Quignonius Paullo III. pontif. max. praefatione hac, ſane luculenta, reddit:

Ad ſanctiſſimum patrem & dominum noſtrum Paulum tertium, pontificem maximum Franciſci Quignonii tit. ſanctae crucis in Jeruſalem presbyteri cardinalis in breviarium proxime confectum ac denuo recognitum praefatio.

Breviarium romanum, nuper a nobis felic. recor. Clementis VII. pontif. max. hortatu confectum, ac potius in ampliorem ſacrarum ſcripturarum lectionem ad veterem ſanctorum patrum & conciliorum antiquorum formam revocatum, tuaque voluntate, ſanctiſſime pater, editum, graves pleroſque ac doctos viros ita probaſſe & recepiſſe intellexi, ut nihil in eo mutandum exiſtimarent. Alios item animadverti graves etiam & prudentes homines, qui, ejus rationem magnopere probantes, nonnihil tamen in eo deſiderari affirmarent. Illud vero nunquam dubitavi, fore in tanta multitudine nonnullos, ex iis videlicet, qui in diverſo precandi ritu conſenuiſſent, quibus labor ille noſter non eſſet perinde gratus, exiſtimantibus, ab inveterata illa conſuetudine precandi nulla ratione clericis eſſe diſcedendum. Imo vero nobis primam editionem breviarii non tanquam promulgationem legis eſſe placuerat, ſed quaſi publicam quandam deliberationem, ut ſic, propoſita noſtra ſententia, judicia multorum exquireremus, &, quod omnium commodiſſimum & religioni ac pietati convenientiſſimum pleriſque prudentibus gravibuſque viris viſum eſſet, ſequeremur.... Itaque multorum ſententiis collatis, quae nobis partim vocibus, partim ſcriptis innotuerunt, judicium eorum ſecuti, qui omnium prudentiſſime ſentire viſi ſunt, libenter quaedam addidimus, alia mutavimus, & omnia diligenter recognovimus, retenta tamen ſumma forma breviarii. Sed, quoniam ſic fert natura rerum, ut nihil ſit tam rectum, nihil tanta ratione in vitam uſumque hominum inductum, cujus novitas non ſit aliquibus ingrata, non temere facturi eſſe videmur, ſi rationem totius inſtituti noſtri a nobis prius ſummatim redditam, nunc accuratius recognito breviario, paulo latius explicabimus. Mihi enim, ut ſaepe ſum profeſſus, cogitanti atque animo repetenti initia veteris inſtituti, quo ſancitum eſt, ut clerici, ſacris initiati, vel ſacerdotiis praeſidentes, ſingulis diebus perlegant horarias preces, quas canonicas etiam appellamus, tres praecipue cauſae ſpectatae fuiſſe videri ſolent. quarum ea prima eſt, quod, cum caeteri homines in quaque civitate aut ſuum quiſque negotium agant, aut in republica adminiſtranda ſint occupati, clericis, ex eo vocatis, quod ſortis domini ſint, quique bonis eccleſiaſticis aluntur, hoc potiſſimum negotium divinis & humanis legibus eſt injunctum, ut Deum habere propitium in commiſſum ſibi populum, ac de ſe bene merentem cunctis rationibus enitantur. quod non ſolum ſacrificiis efficitur, ſed etiam precibus, quae a pio corde proficiſcantur.... Altera cauſa eſt, ut, qui reliquo populo exemplo debent eſſe virtutis & ſanctimoniae, aſſidua precatione Deum alloquentes minus opportuni reddantur tentatori diabolo, ſi eos invenerit, ut Hieronymus ait, occupatos, & a cogitationibus caducarum rerum ſubinde avocati, contemplationi divinarum aſſueſcant. Tertia, ut religionis quoque futuri magiſtri quotidiana ſacrae ſcripturae & eccleſiaſticarum hiſtoriarum lectione erudiantur, complectanturque, ut Paulus ait, eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, & potentes ſint exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere. & profecto, ſi quis modum precandi, olim a majoribus traditum,

tum, diligenter consideret, plane intelligat, horum omnium praecipuam ab ipsis habitam esse rationem. Sed factum est, nescio quo pacto, precantium negligentia, ut paulatim a sanctissimis illis veterum patrum institutis discederetur. Nam libri scripturae sacrae, qui statis anni temporibus legendi erant more majorum (ut est in monumentis Gelasii papae, & concilii romani LXX. *episcoporum) vixdum incoepti omittuntur in alio breviario. Tum historiae sanctorum quaedam tam incultae & tam sine delectu scriptae habentur in eodem, ut nec auctoritatem habere videantur, nec gravitatem. Accedit tam perplexus ordo, tamque difficilis precandi ratio, ut interdum paulo minor opera in requirendo ponatur, quam, cum inveneris, in legendo. Quibus rebus animadversis, felicis recordationis Clemens VII. pont. max. cum intelligeret, officii sui esse cum aliorum christianorum commoditatibus prospicere, tum in primis clericorum, quibus ministris uteretur in commisso sibi grege administrando, me hortatus est, negotiumque dedit, ut, quantum cura & diligentia niti possem, preces horarias ita disponerem, & ad veterem illam formam, quoad fieri posset, redigerem, ut, difficultatibus dispendiisque sublatis, nec a summa rationis, olim ab antiquis sanctisque patribus institutae, discederetur, nec rursum clerici ab officio precandi deterrerentur laboris magnitudine. Quam ego provinciam libentissime suscepi, simul ut Christi vicario, honestissima praecipienti, parerem, simul ut bono publico pro mea virili parte servirem. Adhibitis igitur quibusdam meorum domesticorum prudentibus hominibus, ac sacrarum literarum & pontificii juris doctrina praeditis, eisdemque graece & latine eruditis, dedi operam, quam maxime potui, ut commode ac ex utilitate publica rem conficerem. Ac illud ante omnia visum nobis est in consuetudinem revocare, ut scriptura sacra maxime omnium toto anno, & omnes psalmi singulis septimanis perlegerentur. utrunque enim veteribus patribus summa ratione placuisse videbamus ... sed, ut supra diximus, precantium negligentia factum erat, ut minima pars scripturae sacrae legeretur, &, psalmorum plerisque omissis, pauci singulis fere diebus repeterentur. quod eis accidit, dum officii serialis, optime sanctissimeque a majoribus instituti, longitudinem & laborem refugerent: ad quem vitandum, varia compendia excogitantes, consuetudinem induxerunt, omissis feriis, toto fere anno sanctorum festa celebrandi, etiam in quadragesima. quod quantum sit contra veterum instituta declarat concilium laodicenum, quo cautum est, ne in quadragesima martyrum natalitia celebrentur; & item toletanum decimum, in quo traditur, nihil esse in quadragesima de sanctorum solennitatibus celebrandum, idque ex antiquitate regulari cautum esse. Quod ipsi animadvertentes, conditionemque temporum & infirmitatem clericorum spectantes, rationem ineundam putavimus, ut pari propemodum labore, ut cum festum celebrabatur, sed minore, quam cum agebatur de feria, veteris testamenti magna & utilissima pars, & totum novum, praeter partem Apocalypsis, in anno, &, singulis septimanis, psalmi omnes perlegerentur, terni singulis horis, unius longitudine cum alterius brevitate sic compensata, ut labor legendi diurnus par propemodum sit omnibus diebus, sive feria sit, sive festum celebretur .... Versiculos, responsoria & capitula omittere idcirco visum est, non quod haec supervacanea aut inutilia viderentur (augent enim pietatem, & sunt scripturae sacrae particulae), sed quoniam, cum introductae sint ad cantus potissimum modulandos, & legentes saepe morentur cum mole-*

molestia quaeritandi, locum relinqui voluimus continenti lectioni scripturae sacrae, quae magis facit ad pietatem atque doctrinam privatim legentium; quorum hac quidem in parte majorem rationem haberi voluimus, quam concinentium. nec enim ad precandum cuncta utilia & salubria congeri debent, ne clerici graventur iniquiori pondere ... Ex sanctorum historiis, diligenter consideratis, quasdam delegimus, ex probatis auctoribus graecis & latinis fere decerptas, & has cultiore stylo, non tamen fucato, sed potius ex industria, & jussu Clementis pontificis, attemperato, disposuimus per annum totum. nam, licet veteribus in quadragesima nulla, ut docuimus, sanctorum festa celebrari placuerit, tamen a junioribus tam assidue in ea quoque celebrantur, ut a nobis ne tum quidem omnino festa, saltem solennia, sine aliquo pusillorum offendiculo vitari posse putaverimus. Ut igitur quasdam sanctorum historias retinuimus, aut repositimus denuo conquisitas, sic quasdam omisimus, illis nec probabilitate nec gravitate pares, temeritate videlicet privata quorundam introductas, qui dum fugerent officii ferialis longitudinem, festa sanctorum studiose conquirentes, quasdam in breviario, praeter publicam auctoritatem, inconsultis pontificibus, inserendas curaverunt, quas pontifices ipsi haud dubie in usum ecclesiae non admisissent ... Habes, pater sanctissime, instituti nostri rationem; habes formulam breviarii. superest, ut, quemadmodum coepisti, aspires coeptis nostris, labori faveas, publicae commoditatis causa suscepto. Vale.

Hanc ipsam quignoniani breviarii formulam, quae triginta ferme annorum spatio vulgo passimque obtinuerat, Pius V. sustulit atque abrogavit, novamque ex concilii tridentini decreto conditam substituit, & hoc diplomate praemisso vulgavit:

Pius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Quod a nobis postulat ratio pastoralis officii, in eam curam incumbimus, ut omnes, quantum Deo adjutore fieri poterit, sacri concilii tridentini decreta exequantur. ac multo id etiam impensius faciendum intelligimus, cum ea, quae in mores inducenda sunt, maxime Dei gloriam ac debitum ecclesiasticarum personarum officium complectuntur. quo in genere existimamus imprimis numerandas esse sacras preces, laudes & gratias Deo persolvendas, quae romano breviario continentur. quae divini officii formula pie olim ac sapienter a summis pontificibus, praesertim Gelasio ac Gregorio primis, constituta, a Gregorio autem septimo reformata, cum, diuturnitate temporis, ab antiqua institutione deflexisset, necessaria visa res est, quae ad pristinam orandi regulam conformata revocaretur. alii enim praeclaram veteris breviarii constitutionem, multis locis mutilatam, alii, incertis & alienis quibusdam commutatam, deformarunt. plurimi, specie officii commodioris allecti, ad brevitatem novi breviarii, a Francisco Quignonio tit. S. Crucis in Hierusalem presbytero cardinale compositi, confugerunt. quin etiam in provincias paulatim irrepserat prava illa consuetudo, ut episcopi in ecclesiis, quae ab initio communiter cum ceteris, veteri romano more, horas canonicas dicere ac psallere consuevissent, privatum sibi quisque breviarium conficeret, & illam communionem, uni Deo, una & eadem formula, preces & laudes adhibendi, dissimillimo inter se ac pene cujusque episcopatus proprio officio discerperent. Hinc illa tam multis in locis divini cultus perturbatio: hinc summa in clero ignoratio caerimoniarum ac rituum ecclesiasticorum; ut innumerabiles ecclesiarum ministri in suo munere indecore, non sine magna piorum offensione, versarentur. Hanc nimirum orandi varietatem gravissime ferens fe. re. Paulus papa IIII. emendare constituerat. itaque, provisione adhibita, ne ulla in posterum novi breviarii licentia permitteretur, totam hanc rationem dicendi ac psallendi horas cano-

nicas ad pristinum morem & institutum redigendam suscepit. sed, eo postea, nondum iis, quae egregie inchoaverat, perfectis, de vita decedente, cum a piae me. Pio papa IIII. tridentinum concilium, antea varie intermissum, revocatum esset, patres in illa salutari reformatione, eodem concilio constituta, breviarium ex ipsius Pauli papae ratione restituere cogitarunt. itaque, quidquid ab eo in sacro opere collectum elaboratumque fuerat, concilii patribus Tridentum a praedicto Pio papa missum est. ubi cum doctis quibusdam & piis viris a concilio datum esset negotium, ut ad reliquam cogitationem breviarii quoque curam adjungerent, instante jam conclusione concilii, tota res ad auctoritatem judiciumque romani pontificis ex decreto ejusdem concilii relata est: qui, illis ipsis patribus ad id munus delectis, Romam vocatis, nonnullisque in urbe idoneis viris ad eum numerum adjunctis, rem perficiendam curavit. verum, eo etiam in viam universae carnis ingresso, nos, ita divina disponente clementia, licet immerito, ad apostolatus apicem assumpti, cum sacrum opus, adhibitis etiam ad illud aliis peritis viris, maxime urgeremus, magna in nos Dei benignitate (sic enim accipimus) romanum hoc breviarium vidimus absolutum. cujus ratione dispositionis ab illis ipsis, qui negotio praepositi fuerant, non semel cognita, cum intelligeremus, eos in rei confectione ab antiquis breviariis nobilium urbis ecclesiarum ac nostrae vaticanae bibliothecae non discessisse, gravesque praeterea aliquot in eo genere scriptores secutos esse, ac denique remotis iis, quae aliena & incerta essent, de propria summa veteris divini officii nihil omisisse, opus probavimus, & Romae imprimi, impressumque divulgari jussimus. Itaque, ut divini hujus operis effectus re ipsa consequatur, auctoritate praesentium tollimus imprimis & abolemus breviarium novum, a Francisco cardinale praedicto editum, & in quacumque ecclesia, monasterio, conventu, ordine, militia & loco, virorum & mulierum, etiam exempto, tam a primaeva institutione, quam aliter ab hac sancta sede permissum. ac etiam abolemus quaecumque alia breviaria, vel antiquiora, vel quovis privilegio munita, vel ab episcopis in suis dioecesibus pervulgata, omnemque illorum usum de omnibus orbis ecclesiis, monasteriis, conventibus, militiis, ordinibus & locis, virorum & mulierum, etiam exemptis, in quibus alias officium divinum, romanae ecclesiae ritu dici consuevit, aut debet: illis tamen exceptis, quae ab ipsa prima institutione, a sede apostolica approbata, vel consuetudine, quae vel ipsa institutio ducentos annos antecedat, aliis certis breviariis usa fuisse constiterit: quibus ut inveteratum illud jus dicendi & psallendi suum officium non adimimus, sic eisdem, si forte hoc nostrum, quod modo pervulgatum est, magis placeat, dummodo episcopus & universum capitulum in eo consentiant, ut id in choro dicere & psallere possint, permittimus ... Dat. Romae, apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae MDLXVIII. *septimo idus jul. pontificatus nostri anno tertio.*

Cae. Glorierius.

H. Cumyn.

Descripsi hoc Pii V. diploma ex ejusdem *breviarii*, per Paullum Manutium anno 1570. editi, amplo, atque, ut ajunt, in folio, magnificoque exemplari, quod in nostra collegii hujus romani bibliotheca adservatur, hoc titulo inscriptum: *Breviarium romanum ex decreto sacrosancti concilii tridentini restitutum, Pii V. pont. max. jussu editum. Cum privilegio Pii V. pont. maximi. Romae,* MDLXX. *In aedibus populi romani apud Paulum Manutium.* In hoc *breviarium* pleraeque Sanctorum historiae, quae in quignoniano leguntur, translatae sunt, sed ita verbis ac saepe etiam rebus ac sententiis immutatis, & ad elegantiam, gravitatem veritatemque revocatis, ut plane aliae dici possint. mul-

Digitized by Google

multae praeterea, quae a quignoniano omnino aberant, accesserunt. in utrisque igitur Pogiani nostri stilus atque opera versata est: quas deinde in id *breviarium*, quo, tam multis aliis Sanctorum historiis deinceps aucto, romana ecclesia nunc utitur, totidem fere verbis ex illo Pii transcriptas, ut internoscere possimus, utriusque generis seriem proponam.

QUIGNONIANI BREVIARII SANCTORUM HISTORIAE IN PII V. BREVIARIO RETRACTATAE.

Agathae virg. & mart. 5. febr.
Agnetis virg. & mart. 21. jan.
Alexandri papae & soec. martt. 5. maj.
Ambrosii episc. & conf. 7. dec.
Anacleti papae & mart. 13. jul.
Andreae apost. 30. nov.
Antonii abb. 17. jan.
Apolloniae virg. & mart. 9. febr.
Athanasii episc. & conf. 2. maj.
Augustini episc. & conf. 28. aug.
Barnabae apost. 11. jun.
Bartholomaei apost. 24. aug.
Basilii episc. & conf. 14. jun. (*at in Quign. breviario* 14. jan.)
Benedicti abb. 21. mart.
Bernardi abb. 20. aug.
Blasii episc. & mart. 3. febr.
Bonaventurae episc. & conf. 15. jul.
Caeciliae virg. & mart. 22. nov.
Caji papae & mart. 22. apr.
Catharinae virg. & mart. 25. nov.
Chrysogoni mart. 24. nov.
Clarae virg. 12. aug.
Clementis papae & mart. 23. nov.
Cleti & Marcellini pontt. & martt. 26. apr.
Cornelii & Cypriani martt. 16. sept.
Cosmae & Damiani martt. 27. sept.
Damasi papae & conf. 11. dec.
Dedicationis basilicae Salvatoris 9. nov.
Dionysii & socc. martt. 9. oct.
Dominici conf. 4. aug.
Evaristi papae & mart. 26. oct.
Exaltationis S. Crucis 14. sept.
Fabiani & Sebastiani martt. 20. jan.
Felicis papae & mart. 30. maj.
Francisci conf. 4. oct.
Gervasii & Protasii martt. 19. jun.
Gregorii Nazianzeni episc. & conf. 9. maj.
Gregorii papae & conf. 12. mart.
Hieronymi conf. 30. sept.
Hilarii episc. & conf. 13. jan.
Hilarionis abb. 21. oct.
Jacobi apost. 25. jul.
Ignatii episc. & mart. 1. febr.
Inventionis S. Crucis 3. maj.
Joannis Chrysostomi 27. jan.
Joannis & Pauli martt. 26. jun.
Leonis I. papae & conf. 11. apr.
Lini papae & mart. 23. sept.
Luciae virg. & mart. 13. dec.
Marcelli papae & mart. 16. jan.
Marcellini & Petri martt. 2. jun.
Marci & Marcelliani martt. 18. jun.
Marci papae & conf. 7. oct.
Mariae ad nives 5. aug.
Marthae virg. 29. jul.
Martini episc. & conf. 11. nov.
Martini papae & mart. 12. nov.
Matthaei apost. 21. sept.
Mauritii & socc. martt. 22. sept.
Nicolai episc. & conf. 6. nov.
Pauli eremitae 15. jan.
Petri Alexandrini episc. & mart. 26. nov.
Philippi & Jacobi apostt. 1. maj.
Pii papae & mart. 11. jul.
Polycarpi episc. & mart. 26. jan.
Pontiani papae & mart. 19. nov.
Pudentianae virg. 19. maj. (*in Quign. brev.* Potentiana *appellatur* .)
Praxedis virg. 21. jul.
Priscae virg. & mart. 18. jan.
Processi & Martiniani martt. 2. jul.
Quadraginta martt. 9. mart.
Septem fratrum martt. 10. jul.
Simonis & Judae apostt. 28. oct.
Stephani papae & mart. 2. aug.
Stephani protomart. inventionis 3. aug.
Symphorosae mart. 18. jul.
Thomae apost. 21. dec.
Thomae aquinatis 7. mart.
Tiburtii, Valeriani & Maximi martt. 14. apr.

Timo-

Timothei episc. & mart. 24. jan.
Tryphonis & socc. martt. 10. nov.
Vincentii & Anastasii martt. 22. jan.
Vitalis & Agricolae martt. 4. nov.
Urbani papae & mart. 25. apr.
Zephyrini papae & mart. 26. aug.

SANCTORUM HISTORIAE, QUAE A QUIGNONIANO BREVIARIO ABERANT, IN PII V. BREVIARIUM ILLATAE.

Abdon & Sennen martt. 30. jul.
Adriani mart. 8. sept.
Aegidii abb. 1. sept.
Agapiti mart. 18. aug.
Agnetis secundo 28. jan.
Alexii conf. 17. jul.
Aniceti papae & mart. 17. apr.
Apollinaris mart. 23. jul.
Basilidis & socc. martt. 12. jun.
Bonifacii mart. 14. jun.
Cathedrae romanae S. Petri 18. jan.
Chrysanthi & Dariae martt. 25. oct.
Cypriani & Justinae martt. 26. sept.
Cyriaci & socc. martt. 8. aug.
Dedicationis basilicae Petri & Pauli 18. nov.
Donati episc. & mart. 7. aug.
Dorotheae virg. & mart. 6. febr.
Eleutherii papae & mart. 26. maj.
Emerentianae virg. & mart. 23. jan.
Euphemiae, Luciae & Geminiani martt. 16. sept.
Faustini & Jovitae martt. 15. febr.
Felicis & Adaucti martt. 30. aug.
Felicis presbyt. & mart. 14. jan.
Gordiani & Epimachi martt. 10. maj.
Gorgonii mart. 9. sept.
Gregorii Thaumaturgi episc. & conf. 17. nov.
Hippolyti papae & mart. 13. aug.
Joannis papae & mart. 27. maj.
Leonis II. papae & conf. 28. jun.
Ludovici Galliae regis conf. 25. aug.
Mariae, Marthae, Audifacis & Abachum martt. 19. jan.
Mennae mart. 11. nov.
Michaëlis archang. apparitionis 8. maj.
Monicae viduae 4. apr.
Nazarii, Celsi, Victoris martt. & Innocentii papae & conf. 28. jul.
Nerei, Achillei & Pancratii martt. 12. maj.
Nicomedis mart. 15. sept.
Pantaleonis mart. 27. jul.
Paulini episc. & conf. 22. jun.
Petronillae virg. 31. maj.
Primi & Feliciani martt. 9. jun.
Proti & Hyacinthi martt. 11. sept.
Quattuor Coronatorum martt. 8. nov.
Remigii episc. & conf. 1. oct.
Ruffinae & Secundae martt. 10. jul.
Sabinae mart. 29. aug.
Silverii papae & mart. 20. jun.
Simeonis episc. & mart. 18. febr.
Soteris papae & mart. 22. apr.
Theclae virg. 23. sept.
Theodori mart. 9. nov.
Tiburtii & Susannae martt. 11. aug.
Timothei, Hippolyti & Symphoriani martt. 22. aug.
Vitalis mart. 28. apr.
Viti, Modesti & Crescentiae martt. 15. jun.

Ut autem, Pogiani opera in primi generis historiis conscribendis quae fuerit, intelligere jam nunc lectores possint, binas heic, sanctorum videlicet Dominici atque Francisci, tamquam speciminis loco exhibebimus, duplici earum exemplo, altero ex Quignonii, altero ex Pii V. breviarii formula, proposito.

SANCTI DOMINICI DIE 4. AUGUSTI.

Ex Quignonii Breviario, Lugduni edito in oct. anno 1546.

Dominicus natione hispanus, vir sanctitate & doctrina clarus, ordinis praedicatorum author, Calaro-

Ex Pii V. Breviario, Romae edito in fol. anno 1570.

Dominicus Calarogae in Hispania ex nobili Gusmanorum familia natus, Palenriae (in reliquis editionibus *Palentiae*) *liberalibus disci-*

laroga, oxomensis dioecesis oppido, natus est, patre Felice, matre vero Joanna: quae facta gravida in somnis visa sibi est in utero se gestare catulum cum facula ori inserta, qua egressus ex utero totum mundum incenderet. qua videlicet re portendebatur, puerum esse conceptum, qui splendore suae doctrinae totum mundum illustraret, & praedicationibus ad recte vivendum inflammaret; ut res ipsa declaravit. hoc enim praestitit tum per se, tum per ordinem praedicatorum, quem ipse condidit: cum prius in ecclesia oxomensi fuisset canonicus regularis. Hujus viri sanctitas & doctrina plurimum enituit in extirpandis haeresibus perniciosis, quae ad Tolosam pullularant, septennio consumpto in eo labore. Quibus rebus ductus Innocentius tertius papa institutum ab eo ordinem authoritate apostolica approbavit, & paulo post itidem Honorius tertius confirmavit. Dominicus igitur cum multa monasteria per orbem erigendi author fuisset, miraculisque claruisset, & multas regiones docendo & praedicando lustrasset, anno Christi nati MCCXXIIJ. *Bononiae, quae urbs est Italiae celebris, nonis augusti e vita migravit: quem postea Gregorius nonus retulit in numerum Sanctorum ob edita miracula, & vitam sanctissime gestam.*

disciplinis & theologiae operam dedit: quo in studio cum plurimum profecisset, prius oxomensis ecclesiae canonicus regularis, deinde fratrum ordinis praedicatorum auctor fuit. hujus mater gravida sibi visa est in quiete continere in alvo catulum, ore praeferentem facem, qua editus in lucem orbem terrarum incenderet. quo somnio significabatur, fore, ut splendore sanctitatis ac doctrinae gentes ad christianam pietatem inflammarentur. veritatem exitus comprobavit. id enim & praestitit per se, & per sui ordinis socios deinceps est consecutus.

Hujus autem ingenium ac virtus maxime enituit in evertendis haereticis, qui perniciosis erroribus Tolosates pervertere conabantur: quo in negotio septem consumpsit annos. postea Romam venit ad lateranense concilium cum episcopo tolosano, ut ordo, quem instituerat, ab Innocentio tertio confirmaretur. quae res dum in deliberatione versatur, Dominicus hortatu pontificis ad suos revertitur, ut sibi regulam deligeret. Romam rediens, ab Honorio *tertio, qui proximus Innocentio successerat, confirmationem ordinis praedicatorum impetrat. Romae autem duo instituit monasteria, alterum virorum, mulierum alterum. tres etiam mortuos ad vitam revocavit, multaque alia edidit miracula, quibus ordo praedicatorum mirifice propagari coepit.*

Verum, cum ejus opera ubique terrarum monasteria jam aedificarentur, innumerabilesque homines religiosam ac piam vitam instituerent, Bononiae anno Christi ducentesimo vigesimo tertio (in breviario rom. post Clementis pont. max. recognitionem pro *tertio* legi coeptum est *primo*) *supra millesimum in febrem incidit: ex qua cum se moriturum intelligeret, convocatis fratribus & alumnis suae disciplinae, eos ad innocentiam & integritatem cohortatus est. postremo charitatem, humilitatem, paupertatem, tamquam certum patrimonium eis testamento reliquit: fratribus* (in eodem breviario *fratribusque*) *orantibus, in illis verbis „ Subvenite sancti Dei, occurrite angeli „ obdormivit in domino, octavo idus* (ibidem pro *octavo idus* legitur *nonis*) *augusti: quem postea Gregorius nonus pontifex retulit in sanctorum numerum.*

SAN-

SANCTI FRANCISCI DIE 4. OCTOBRIS.

Ex eodem Quignonii Breviario.

Franciscus natione italus Assisii natus, quod oppidum est in Umbria, vir fuit religiosissimus evangelicae perfectionis sectator, floruitque Innocentio papa tertio. nam cum adolescens mercaturam exercuisset, non tamen abiit post aurum, nec speravit in pecuniae thesauris: sed ad Christum conversus, cum audisset in ecclesia illud evangelicum „ Qui non renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus „ cuncta, quae in manu habuit, pauperibus erogavit, caetera patri suo, id ipsum postulanti, haereditario jure coram episcopo tradidit. deinde, ut normam sequeretur, quam Christus dedit apostolis, dum eos mitteret ad praedicandum, distributa pecunia, calceamenta deposuit; & unica contentus tunica, ut, quatenus liceret, Christum imitaretur, duodecim sibi socios ascivit: atque, ad aemulationem evangelicae perfectionis, ordinem monasticum, qui Minorum appellatur, instituit; Romamque venit circa annum a Christo nato M. CCVIII. *quem papa, visione divina praemonitus, benigne recepit, regulamque & institutum ab eo vivendi ordinem confirmavit. Dimissis ergo quoquo versus fratribus, qui verbum Dei seminarent, ipse in Syriam navigavit; a Soldanoque fuit benigne receptus. sublata tamen praedicandi facultate, coactus fuit in patriam redire,*

Ex eodem Pii V. Breviario.

Franciscus, Assisii in Umbria natus, patris exemplum secutus, a prima aetate mercaturam fecit. qui quodam die pauperem, pro Christi amore flagitantem pecuniam, cum praeter consuetudinem repulisset, repente eo facto commotus large ei misericordiam impartivit (in Clement. brev. *impertivit*): *& ex eo die Deo promisit, se nemini umquam poscenti eleemosynam negaturum. cum vero post in gravem morbum incidisset, ex eo aliquando confirmatus coepit ardentius colere officia charitatis. qua in exercitatione tantum profecit, ut evangelicae perfectionis cupidus, quidquid haberet, pauperibus largiretur. quod ferens iniquius pater, eum ad assisinatem episcopum duxit, ut coram illo bonis cederet paternis: qui, rejectis etiam vestibus, patri concessit omnia, illi subjungens, sibi in posterum majorem facultatem fore dicendi „ Pater noster, qui es in coelis „.*

Cum autem illud ex evangelio audisset „ Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta (in eod. brev. *calceamenta*) „ *sibi eam regulam servandam proposuit. itaque detractis calceis, & unica contentus tunica, cum duodecim socios adhibuisset, ordinem Minorum instituit. quare Romam venit anno salutis millesimo ducentesimo octavo* (ibid. *nono*), *ut sui ordinis regula ab apostolica sede confirmaretur. quem cum accedentem ad se summus pontifex Innocentius tertius rejecisset, quod in somnis postea sibi ille, quem repulerat, collabentem lateranensem basilicam suis humeris sustinere visus esset, conquisitum accersiri jussit, benigneque accipiens omnem ejus institutorum rationem confirmavit. Franciscus igitur dimissis in omnes orbis terrae partes fratribus ad praedicandum Christi evangelium, ipse, cupiens sibi aliquam dari martyrii occasionem, navigavit in Syriam: ubi a rege Soldano liberalissime tractatus, cum nihil proficeret, rediit in Italiam.*

Multis igitur extructis suae familiae domiciliis, se in solitudinem montis Alverni contulit: ubi quadraginta diebus (ibid. *dierum*) *propter honorem sancti Michaëlis archan-*

re. cui biennium ante obitum cum quadraginta dies jejunasset in monte Alvernae, in festo exaltationis crucis oranti apparuit Seraph crucifixus, qui in manibus & pedibus ipsius stigmata plagarum Christi mirabiliter impressit. quibus insignitus summae admirationi cunctis intuentibus venerationique fuit. Tandem beatus Franciscus, plenus bonis operibus & gratia, apud Assisium moritur IIIJ. *non. octob. quem Gregorius nonus, cognitis ejus miraculis, catalogo sanctorum ascripsit.*

changeli (ibid. *archangeli jejunio incboato, festo &c*) *in jejunio & oratione consumptis, festo die exaltationis sanctae crucis, ei Seraphim crucifixi effigiem inter alas continens apparuit: qui ejus & manibus & pedibus* (ibid. *pedibus & lateri*) *vestigia clavorum impressit: quae S. Bonaventura, cum Alexandri quarti summi pontificis praedicationi interesset, narrasse pontificem a se visa esse, litteris commendavit. bis insignibus summi in eum Christi amoris maximam habebat omnium admirationem. ac biennio post graviter aegrotans, deferri voluit in ecclesiam S. Mariae angelorum: ut, ubi gratiae spiritum a Deo acceperat, ibi spiritum vitae redderet. eo in loco fratres ad paupertatem ac patientiam, & sanctae romanae ecclesiae fidem servandam cohortatus, psalmum illum pronuntians ,, Voce mea ad dominum clamavi ,, in eo versiculo ,, Me expectant justi, donec retribuas mihi ,, efflavit animam, quarto nonas octobris. quem miraculis clarum Gregorius nonus pont. max. in sanctorum numerum scripsit.*

Una modo in re quignonianam de S. Francisco historiam a Pogiano non meliorem factam puto, quod nempe ab eo voci *Seraph*, quae singularis numeri ac virilis generis hebraeis est, vox *Seraphim*, quae pluraliter ac neutre apud eos significat, substituta est. sed jam ad exorsa nostra redeamus.

Inter eos, quos ad breviarii rom. recognitionem adhibitos a se Pius V. in suis illis, quas superius attulimus, litteris significat, non est dubitandum, quin primas card. Guilhelmus Sirletus tenuerit. ejus rei certissima indicia exstant in codice vaticano 6189. quo plurima epistolarum ad eum missarum exempla autographa continentur; quarum una, ab Joauue Francisco Lombardio Neapoli data, est hujusmodi:

Illustrissimo & reverendiss. monsignor mio. Per non esser molesto a V. S. illustriss. manco dal mio debito con V. S. reverendiss. & illustriss. Al presente per due occasione son costretto scrivere a V. S. illustriss. la prima per il breviario, con renderli infinite gratie: poichè ha fatto in modo, che le gemme d'orientali Atanasio, Nazianzeno e Basilio se vedano nell'hore canoniche de' latini. certo non posso esprimere il gaudio, che n'ho sentito. & particolarmente m'è occorso nel dì de' Maccabei (Kalendis nempe sextilibus), *dove s' intende la lode de quelli santi per la bocca gloriosa di quel teologo, in confusione de' moderni, che hanno negato quel santo libro. sicchè per tal rispetto io mi rendo obligatissimo a V. S. illustriss. & perchè non posso cosa alcuna, pregarò questi santi, che con le loro accette orationi lo ricevano nelli eterni tabernacoli, quando sarà il giorno della vostra resolutione. La seconda occasione è, che V. S. illustriss. se degni favorire le persone ecclesiastiche, dico monsignor arcivescovo mio padrone, il quale per fara el servitio de Dio, & per attendere verbo & exemplo al suo grege, è odiato. V. S. illustriss. haverà inteso il fatto delle pietre di S. Paolo, quali chiamo* [illegible]. *& al mio poco giudicio considero, che il motivo della città sia nullo. perchè se bene quel gentile donò quel tempio alla città gentile, nel*

tempo de' christiani conviene che sia del vescovo, padre della città. poichè da tempio d'idoli (ut ait Nazianzenus, & V.S. illustriss. insegnò al card. Amulio per occasione delle terme diocletiane) è fatto tempio de Dio, & da dedicatione d elli Castori è fatto tempio de' veri gemini, cioè Pietro & Paulo. altrimente la Rotonda, la Minerva &c non sariano de N.S. se non potesse fare in quelli il servicio de Dio. sicchè V.S. illustriss. se degni favorire la causa giusta di monsignore, acciò quietamente possa fare il suo officio. Il medesimo dico circa il fatto della stampa: poichè laici se vogliono anche intromettere in essa. E per non fastidirla fo fine; pregando Dio, che tanto della fatiga del breviario, quanto di questa dell'arcivescovo li renda il premio eterno: poichè l'apostolo così insegna. Da Napoli in festo assumptionis deiparae del LXVIII.

Monsignor reverendiss. d'Ischia & messer Gregorio de Stilo, molto suo affettionato, basano le mani di V. S. illustriss.

D.V. illustrissimae & reverendiss.
Servus *Jo. Franciscus*
Lombardus.

Videtur autem illa anni LXVIII. adscriptio manifesto esse mendosa. nam idem Lombardius ad Hosium die 11. nov. an.1568. Roma in Poloniam scribens iis litteris, quae in *Tabul. eccl. rom.* pag.483. leguntur, *Manutius*, inquit, *incumbit breviario novo* (scilicet imprimendo): *& missale edetur in lucem Paschate*. Si igitur novembri mense anni 1568. Manutius in *breviarii* novi editionem incumbebat, qua ratione Lombardius potuit die 15. aug. ejusdem anni Sirleto de novo *breviario* ad se misso gratias hisce litteris agere? Omnino pro LXVIII. rescribendum censeo LXXIII.

In eodem vaticano codice pag.456. epistola quaedam occurrit, a Thoma Sirleto ad Guilhelmum fratrem die 25. oct. ann.1567. data, in cujus vacantibus nullaque Thomae scriptura exaratis spaciis haec, quae sequuntur, ad *breviarii romani* correctionem pertinentia, Guilhelmus ipse sua manu perscripsit:

Infra octavam ascensionis (feria nimirum sexta) *in lectione* III. *epist. Petri apost.* „ *frequenter habere nos* „ *corrige* „, *vos* „,. *Lect.*V. (scilicet ex sermone 2. S. Leonis papae de ascensione domini) „ *ut mirabiliter fieret gratia Dei* „ *corrige* „, *ut mirabilior &c* „,. *Lect.*IX. (quae est ex homilia 29. S. Gregorii papae in euangelia) „ *apud namque misericordem* „ *corr.* „, *apud misericordem namque* „,. *Ibid.* „ *nostram poenitentiam suscepit* „ *corr.* „, *suscipit* „,. *Sabbato* (scil. infra octavam ascensionis in lect.I. quae est ex epist.2. beati Petri apost.) „ *& & apostolorum* „ *superfluum est unum* „, *&* „, . „ *Mundus aqua mundatus est* „ *corr.* „, *inundatus est* „,. *Lect.* (scil.II.) „ *mille annis & mille* „ *emendavimus* „, *mille anni & mille anni* „,. „ *& promissa ipsius* „ *correximus* „, *secundum promissa* „,. *Lect.*III. „ *charissimus frater* „ *restituimus* „, *noster* „,. *Lect.*IIII. „ *corporali* „ *emendavimus* „, *corporalis* „,. „ *mansuris* „ *emendavimus* „, *mansurus* „, (hae duae emendationes in breviario rom. post Clementis & Urbani pontt. recognitionem locum non habent. ab eo enim ea lectionis IIII. pars, in quam incidebant, sublata est. sic autem in Pii V. breviario locus hic legitur: *coram discipulis elevatus in caelum, corporali praesentiae modum fecit, mansurus in patris dextera*. ubi vides, in priore emendatione morem Sirleto gestum non fuisse). *Lect.*VI. (non ad sextam, sed ad quintam lectionem sequens emendatio pertinet, tum in Pii V. tum in eo, quo nunc utimur, breviario) *post illa* „ *verteretur in gaudium* „ *addidimus* „, *totam enim contemplationem animi in divinitatem ad patris dexteram consedentis* (in Pii V. in nostroque breviario *considentis* legitur) *erexerant* „,. *Lect.*VII. (ejusdem sabbati infra oct. ascens. ex homil. 29. S. Gregor. papae in euang.) „ *ut enim*

fides

Digitized by Google

fides cresceret „ *restituimus ex auctore ipso* „, *ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium* „, . „ *convaluisse* „ *emendavimus* „, *coaluisse* „, . *In lect.* IX. „ *tanto majora sunt spiritualia* „ *restituimus* „, *tanto majora sunt, quanto spiritualia, tanto majora sunt, quanto per haec &c* „, . (sequens emendatio pertinet, nisi fallor, ad antiphonam *ad Magnificat* ejusdem sabbati infra oct. ascens.) „ *spiritus ver.* „ *emenda* „, *spiritum &c.* „, . *Post illa* „ *habuerunt me gratis* „ (quae pertinent ad lectionem IX. dominicae infra oct. ascens.) *addidimus ex Augustino ipso* „, *An quia &c* „, *usque ad verbum* „, *convertit* „, . *Lect.* III. (scil. feriae secundae post domin. infr. oct. ascens.) „ *aeternum in se* „ *restituimus* „, *in semetipso* „, . *Lect.* V. „ *ut ulterius* „ *emendavimus ex auct.* „, *altius* „, . *Lectione* VI. „ *qui ascendit* „ *emend.* „, *quisnam ascendit* „, . *Post illa* „ *nostrae naturae largita est* „ *addidimus ex auctore ipso* „, *quae omnibus hodierno die meruit reperiri . hodie angeli atque archangeli naturam nostram in sede dominica immortali gloria fulgentem viderunt* „, . *Lect.* VII. „ *& mortuis debitum solvat* „ *corr.* „, *& mortis debitum solvat* „, . *Lect.* VIII. „ *quia qui fecerat* „ *corr.* „, *quia is, qui fecerat* „, . *Lect.* IX. „ *atque ad caelum aëreum Elias sublevatus ascensionem dominicam designavit* „ *restituimus* „, *ascens. . domin. . uterque designavit* „, . *Ibid.* „ *transvectus esse* „ *utrobique emendavimus* „, *subvectus &c* „, . *Lect.* VII. (scil. feriae tertiae infra oct. ascens.) „ *considerandum vero* „ *sustulimus* „, *vero* „, . *Lect.* II. (scil. feria 4. infr. oct. ascens.) „ *hoc enim est mandatum* „ *emendavimus* „, *hoc est enim mandatum* „, . *Lect.* VIII. „ *de infidelitate ejus sententiam protulit* „ *emendavimus ex auctore* „, *de infidelitate ejus per figuram Job sententiam protulit* „, .

Sequuntur aliae quaedam emendationes; sed valde perturbato earum collocandarum ordine: quem nos revocare conati, eas ipsas subjicimus: --848. (haec, & aliquot infra numerorum notae ab eodem Sirleto sunt, alicujus codicis, quo in suo hoc opere utebatur, paginarum seriem fortasse indicantes) *sequentur - daemonia -* „ *fecistis* „ *corr.* „, *facitis* „, . „ *ut enim fides cresceret, miraculis fuerat nutrienda* „ *In S. Gregorio* „, *ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda* „, . „ *aquam fundimus* „ *corr.* „, *aquam infundimus* „, . „ *convaluisse* „ *corr.* „, *coaluisse* „, (quae quidem omnes emendationes pertinere videntur ad lectionem nonam diei 8. augusti in festo SS. Cyriaci, Largi & Smaragdi martyrum, quae desumta est ex homilia 29. S.Gregorii papae in euangelia). *De communi unius martyris Rubr.*(videtur his verbis typographum monere voluisse Sirletus de rubro colore in iis excudendis adhibendo) „ *pro Christi fide* „ *corr.* „, *pro fide Christi* „, (haec ad tertiam antiphonam primi nocturni in festo S. Laurentii martyris pertinent. sed hujusmodi emendationis ratio in breviario non est habita). *pro morte defluente deprecatus sum.* (haec sunt extrema lectionis secundae in eodem festo verba ex cap. 51. libri ecclesiastici: in quibus describendis Sirleti mentem ac consilium non assequor) . 850. „ *eminebat* „ *corr.* „, *praeeminebat* „, (pertinet haec emendatio ad quartam ejusdam festi lectionem, duae autem, quae proxime sequuntur, ad ejusdem lectionis responsorium). „ *quid in me ergo* „ *corr.* „, *quid ergo in me* „, . 851. „ *experire utrum &c* „ *corr.* „, *experire certe utrum &c* „, (huic emendationi locus in breviario non est datus. sequentes duae ad quintam lectionem pertinent). „ *auferat* „ *corr.* „, *auferret* „, . „ *verborum sectione* „ *corr.* „, *verberum sectione* „, . *Cujus oratione & patrocinio adjuvari nos sine cessatione confidimus.* (haec quo pertineant, quidve iis fieri, sive non fieri Sirletus voluerit, nescio: nisi forte voluit, ea in extrema lectio-

lectione sexta post illa verba *quam clarificata est Hierosolyma Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio*. si in veteri breviario aberant, reponi, si non aberant, removeri. Quae sequuntur emendationes duae, quarum tamen in breviarii editione ratio non est habita, ad septimam lectionem ex tractatu 51. S. Augustini in Joannem pertinent, reliquae ad nonam) 852. *mortificandum in infidelitate judaeorum, multiplicandum in fide omnium populorum*. „ *si amas, perdes* „ *In Augustino* „, *si amas, perde* „,. *Immo etiam Satanae praecipitium suggerenti respondit*: „ *vade Satana* „ *corr*. „, *redi retro Satana* „,.

Haec tota emendationum ratio negligi a me, tamquam parva res, potuisset, si quidquam, quod a magnis viris, qualis sine controversia Sirletus fuit, profectum esset, parvi ego facere, ac negligere consuessem. quae consuetudo eadem mea facit, ut binas ejusdem Sirleti litteras, quas in eodem codice vaticano pag. 212. ab eo scriptas in vacantibus ejus chartae spaciis, in qua Mapphaei Pirovani epistola ad eum die 3. apr. an. 1564. scripta legitur, reperi, hoc ipso loco subjiciendas putem: ne excellentis singularisque doctrinae, quam in illo viro, omnium aequalium scriptorum testimonio, fuisse scimus, non etiam ex his ejus reliquiis conjecturam facere posteritas possit. Ad quem datae sint, non vacat inquirere. in utraque autem de Ven. Paullo de Arretio, clericorum regularium praestantissimo alumno atque ornamento (quem postea sanctissimus pontifex Pius V. die 17. maj. anno 1570. cardinalem creavit, nos vero brevi in beatorum catalogum referendum speramus) agi, mihi exploratum est: quo etiam nomine libentius eas profero, quibus illustre tanti viri virtuti a tanto viro testimonium datur.

EPISTOLA I.

Matthaei monachi opus, de quo alias scripsi, brevi absolutum habebis. interea mittimus divi Joannis Chrysostomi sermonem, quem habuit sanctus & admirabilis ille doctor, quo tempore beati martyris Ignatii reliquiae ex urbe Roma relatae sunt Antiochiam. orationem hanc habuit Chrysostomus, cum adhuc esset Antiochiae sub Flaviano illius urbis episcopo, aliquot annis ante quam creatus est archiepiscopus constantinopolitanus. Multae sunt in nostris manibus ejus sancti doctoris orationes, nondum in latinum sermonem conversae: ex quibus hanc de S. Ignatii martyris laudibus, ut in graeco libro invenimus primo loco positam, ita primam vertimus ac misimus, tum quia multa pietate rectaque doctrina & locis ad horum temporum haereticos redarguendos maxime idoneis referta est, tum etiam ut nostram in reverendiss. D. V. aliqua ex parte significaremus benevolentiam atque observantiam. accipies igitur munusculum, quod non metieris ex libri exiguitate, sed ex animi propensione, quam ut magis cognoscas, est in animo quosdam alios ejusdem S. doctoris sermones in latinum vertere & ad R. D. V. mittere. oret igitur dominum, ut suggerat nobis vires ingenii & corporis, ut, quod cupimus, ejus gratia adjuvante, praestare possimus, in ipsius laudem & gloriam. Vale, & reverendum patrem D. Paulum, qui has litteras reddidit reverendiss. D. V. quo magis commendatum habebit, eo mihi rem faciet gratiorem. quicquid enim in illum contulerit, in me collatum existimabo.

EPISTOLA II.

Cum tot tantaque sint a Dei benignitate humano generi collata beneficia, ut neque numerus comprehendi, neque magnitudo possit explicari, illud unum

Digitized by Google

nales aliquot (39) a pontifice praepositi sunt. horum responsis literisque scribendis Pogianum Pius (40) praefecerat. in eo mu-

unum vel maximum censeri potest, quod, qui longinquis regionibus disjuncti sumus, mutuis litterarum colloquiis conjungi & praesentes esse possumus. Deo igitur gratias agimus, quod eos, quos amamus & reveremur, si minus corpore, at saltem litteris salutare nobis concessum est, quemadmodum & nos in praesentia reverendiss. dominationem vestram hac epistola salutamus. quae res eo jucundior nobis est, quod per religiosissimum sacerdotem, nobis amicissimum, D. Paulum has litteras mittimus, qui, cum propter summam pietatem non a me solum, sed ab omnibus, qui ejus religionem norunt, ametur & observetur, a me vero eo magis, quo diutius virtutem illius perspectam habeo, omnium judicio habitus est idoneus, qui neapolitanae civitatis nomine ad catholicum regem Philippum legaretur. cum igitur summa mecum necessitudine sit conjunctus, & per se dignus, quem reverendiss. dominatio vestra commendatum habeat, volui tibi hac mea epistola commendare, ut, quod illi virtutis caussa facturus esses, meo etiam nomine cumulatius facias, si modo fieri potest, ut aliquid R. D. V. plus tribuat amicitiae, quam virtuti.

(39) Quot, quique ii fuerint, Pii IV. hisce litteris declaratur. *Motu proprio &c. Alias nos nonnullas constitutiones & ordinationes, reformationem majoris poenitentiarii ac sacrae poenitentiariae nostrae, ac vicarii nostri ac ejus officii, nec non camerarii & camerae apostolicae ac illius causarum auditoris, nec non palatii apostolici causarum, auditorum, ac gubernatoris, & capitolinae curiarum, & contradictarum, aliorumque almae urbis nostrae ac romanae curiae tribunalium & officiorum concernentes, edidimus: quae tamen, ut intelleximus, ab eorundem officiorum & tribunalium praefectis ac officialibus minus diligenter observantur: cum tamen enixae nostrae voluntatis sit, ut & illa, & pariter decreta sacri concilii tridentini, in his, quae ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino observentur. nos propterea, considerantes, parum esse jura condere, nisi sint, qui ea executioni mandari faciant, & in praemissis .... salubriter & utiliter providere, praefatasque constitutiones & ordinationes, ac decreta concilii, quas & quae hic haberi volumus pro expressis, inviolabiliter observari volentes, venerabili fratri nostro Joanni, episcopo tusculan. Morono, Jo. Michaeli S. Anastasiae Saraceno, ac Jo. Baptistae S. Clementis Cicadae, nec non Michaëli S. Sabinae Alexandrino, Clementi S. Mariae in Ara caeli, & Ludovico S. Cyriaci in Thermis Simonetae, ac Carolo S. Martini in montibus Borromaeo presbyteris, nec non Vitellotio S. Mariae in porticu Vitellio nuncupatis, titulorum, diacono, cardinalibus committimus & mandamus: quatenus ipsi, seu eorum major pars, conjunctim vel divisim, eorum arbitrio, etiam tanquam executores dictarum literarum, constitutionum & decretorum praedictorum, constitutiones & ordinationes ac decreta praefata, juxta tenores eorum ac literarum desuper confectarum ... firmiter observari faciant & cum effectu: nisi tam in executione dictorum concilii, quam dictarum literarum nostrarum, aliqua dubietas aut difficultas emerserit: quo casu ad nos referant .... Datum Romae, apud S. Marcum, 4. non. aug. anno 5.* Horum cardinalium numerum auxit paullo post idem Pius, quattuor praeterea additis.

(40) Non Pius V. ut videtur significare Gratianus, sed Pius IV. Pogianum scribendis responsis illis, litterisque

eo munere non multo post vitam finivit, anno salutis 1568. aetatis suae quarto (41) & quadragesimo, vehementi febri extinctus;

que praefecerat. *Premor*, inquit ipsemet in sua ad Hannibalem Minalem epistola, mense dec. an. 1564. data, *praeterea onere scribendarum epistolarum octo cardinalium nomine, quibus pontifex max. tridentini concilii cognitionem dedit*. & in altera ad card. Commendonum die 5. apr. an. 1565. data, *Non excusabo*, inquit, *multiplices occupationes tum literarum, quae mihi quotidie scribendae sunt & proprie Borromaei, & communiter ejusdem undecimque cardinalium nomine, quos sibi pontifex in consilium adhibuit ad explicandam, ubi opus sit, tridentini concilii sententiam*. Cum autem mense septembri ejusdem anni 1565. Mediolanum, ut supra dictum est, cum Borromaeo, provincialem conventum illum acturo, Roma profectus esset, ne quis alius idem illud scribendarum epistolarum munus per ejus absentiam interciperet, sed ut illi, ubi ad urbem revertisset, integrum reservaretur, idem Borromaeus litteris ad card. Alciatum Romam Mediolano datis curavit ac cavit; quibus litteris Alciatus die 23. octobr. ejusdem anni ita rescripsit: *Circa al particolare del Marincola, introdotto nella congregatione del concilio, haverà già V.S. illustriss. inteso per altre mie, che messer Achille Statio vedendo esser escluso, & recandosi questo a gran suo dishonore, parlò & fece parlare da molti con grande instanza all'illustrissimo cardinale Altaemps, & agli altri signori della congregatione; a' quali ultimamente parse, per non disperare totalmente quest'huomo da bene, d'admetterlo per secretario in capite, & dopo che il Marincola era già stato prima admesso, ne turpiter ejiceretur, lasciarlo come coadiutore; ma però, che al ritorno del Poggiano ambo facessero. & starò advertito, che nessun'altro ve si intrometta, secondo la mi commanda*.

Haec anno 1565. vivente adhuc Pio IV. acta sunt. Creatus vero insequentis anni initio pontifex max. Pius V. reversum jam in urbem Pogianum in eodem illo scribendarum, cardinalium, concilii tridentini interpretum, nomine, epistolarum munere versari, ut ante, voluit: id, quod ipsemet Pogianus Octaviano Ferrario litteris, die 21. jul. an. 1566. datis, significavit his verbis: *Sed, dum paro profectionem* (Roma Mediolanum), *ecce tibi significatio principum voluntatis, me ut revocem ad pristinum munus scribendi meum: ejusque laboris, quae biennio nulla fuerat, satis ampla, ut in his rerum angustiis, merces constituta*. Harum ipsarum litterarum exempla in tabulario ejus, quam *Congregationem concilii* dicunt, adservantur. inde mihi ego apographum, ad hanc a Pogiano scriptarum epistolarum editionem locupletandam, paravi, amplissimi praesulis, virique doctissimi, Josephi Alexandri Furiettii, ejusdem congregationis a secretis, singulari beneficio, interprete autem apud eum ipsum amplissimo item praesule & humanissimo, Francisco Xaverio Zeladio, auditoris camerae locum tenente, usus.

(41) Immo *sexto*. Vide elogium in ejus sepulcro inscriptum, quod supra num. 3. retulimus. Mirum est, potuisse id scribere Gratianum, qui in *Commendoni vita* ita scribat: *Familiariter usus est Hannibale Caro .... Gulielmo Sirleto .... Octavio praeterea Pantagatho, Jacobo Marmita, Basilio Zanchio, Paulo Manutio, Julio Pogiano, viris romanae eloquentiae principibus: qui omnes cum eum aetate anteirent &c.* Natum autem Commendonum die 18. mart. an. 1524. libro I. cap. 1.

cap.1. dixerat. Qui igitur, quum haec de Pogiani aetate scriberet, non vidit, eum Commendono aetate anteire (nisi forte uno aut altero mense) non potuisse, si annus 1568. quo mortuus ille est, ei non nisi quartus & quadragesimus aetatis fuisset? Sed fortasse non Gratiani, sed librarii mendum est.

Pogianum mortem suam multo ante, quam ea contingeret, in extremo, quod Romae habuit cum Gratiano, in Germaniam profecturo, colloquio praesensisse, aut certe impavido animo quandocumque venturam exspectasse, prodidit Gratianus ipse in suis hisce ad nobilem adolescentem polonum, Nicolaum Thomicium, Patavii tum studiorum causa commorantem, litteris, die 2. dec. an.1568. hoc est non toto post illius obitum mense, datis:

*Pogiani mors me sic afflixit, sic, inquam, ut relevari me posse non sperem, antequam te videro, & in tuo complexu, sermone, benevolentia hunc dolorem animi, quem incredibilem sustineo, deposuero, atque lacrymas, quas tenere non possum, quoties mihi illius venit in mentem, omnes simul effudero. quoties venit in mentem dico? cujus mihi ita obversatur assidue ante oculos imago, ut ne aberrare quidem animum ab ejus cogitatione patiatur. haeret infixus menti sermo, quem illis ipsis diebus, quibus ego Roma profectus sum, cum in vaticani horti ambulatione (quod fere facere consueveramus) spatiaremur, mecum habuit de morte; cujus initium erat ortum ab ipso discessu meo, cum ille mortis quoddam simulacrum esse digressum ab amicis diceret: in quo accurate admodum de discessu animi a corpore, de contemptione vitae; quam ejus brevis usura, quam fluxa conditio; de spe futurae & aeternae felicitatis, quae manet bonos, & qui caste innocenterque vixerunt, Christum Deum secuti, nihil ab ejus fide & praeceptis declinantes; de pernicie, quam christianae reipublicae intulissent nostri temporis haereses; de vanitate, de lubrica & periculosa illarum tractatione (fuit enim in illo viro cum singulare lumen ingenii, tum mirificum pietatis studium); praeterea, quam illa ipsa gloria, ut nostri nominis fama tradatur posteris, & monumentis literarum ab interitu vindicetur, non magni facienda sit, cum ejus omnis fructus, quantum ad nos attinet, ipso vitae spatio terminetur; postremo, quam christiano homini, spretis humanis rebus, in unam illam beatorum sedem conjiciendi sint oculi, illa spectanda, illo contendendum, illo fide & recte factis iter aperiendum, disseruit: inque omni illa disputatione ita diligens, itaque multus, praeter ejus consuetudinem, fuit, ut nunc mihi videatur, se ipsum, quasi instans praesagiens fatum, confirmare illa oratione voluisse. at, quae commotio in digressu nostro! quae adhortatio ad parentis (*card. Jo. Francisci Commendoni*) hujus mei (sic enim appellare & libet & licet) vitam custodiendam! quae de ipso laudes! quae praedictiones! quid multa? ita me ab se dimisit (nam domi conveneram) quemadmodum si nunquam postea visurus esset. & quidem postremum ejus mandatum fuit, quod mihi nunquam excidet, ut tibi ab se salutem dicerem, quem unice diligi a me, probe norat. haec tum ego tantum amoris significationem putavi, quae nunc caelesti quadam mente percitus vicinum vitae occasum praesentiens dixisse mihi divinus vir videtur. qualem ego, Thomici, in hoc viro amicum amisi! in ejus mihi amicitia ornamentum, consuetudine fructus, conjunctione praesidium fuit. eumne in ipso flore aetatis repentina vi morbi absumptum in tanto gloriae cursu! sed quid ego? non resisto huic dolori. ita enim insedit, ut tempus ipsum, quod mollire omnes acerbitates, & abstergere paulatim recordationes solet, quid mihi subsidii allaturum sit, nesciam. adhuc quidem nihil proficit non solum minuendo, sed ne mitigando quidem dolori. mihi illius memoria non perpetuo vigeat? ejus ego morte in luctu non*

non sim? at cujus viri? omnium, quos aspicit sol, dignissimi, qui, quando mortis necessitas nobis imposita est, non, nisi exacta aetate, moreretur: mei certe ita amantis, ut ego, in illius admiratione virtutum, non admirari singularem ejus erga me animum non potuerim. Quid igitur, inquis, aut tibi aut illi pro erit conflictatio tua? quid? habet dolor, qui juste percipitur, executione ipsa officii, quoddam levamen. me quidem nunc magis, quam gemitus, recreat nihil. tum amicus, tum vir bonus, tum gratus mihi in illum mortuum esse videor, cum lacrymis eum extinctum prosequor. hoc quoque fero commodi, quod disco haec despicere, quae stabilitatem nullam habent. quid mihi nunc Pogiani morte inopinatius poterat accidere, de illius honore nuntios quotidie expectanti? cum enim Florebellus episcopus, pontificis ab epistolis, jam gravis senio, ab urbe in patriam atque otium secessisset, ei pontifex Pogianum substituebat; quem locum, si adeptus fuisset, quantum ei muneri gravissimo dignitatis & splendoris sua virtute attulisset! quanta ex illo loco ejus illuxisset laus! at tam praeclaram facultatem singulari illius industriae invidit fortuna, mors praeripuit. & nos quid spei in vita collocamus? ejus cupiditate duci nos patimur? in hisce rebus defigimus nostras cogitationes? quam imbecillitatem nostram ignoramus! quibus interitus quotidie ita immines, propter incertos casus, ut abesse longe, propter vitae brevitatem, nunquam possit. mi Thomici, quis tibi meum ad te reditum praestat? propone dum tibi animo eundem de me casum, hunc de me nuntium tibi afferri, cogita (quo quid facilius, in tanta tenuitate valetudinis, evenire potest?): tum ex tuo sensu, qui meus sit de illius acerbo interitu dolor, intelliges. at ego etiam eo mirifice crucior, quod tibi illum incommodissime ereptum esse video, in quo tantam spem inchoatae tuae laudis perficiendae collocaveramus; qui quidem te ita diligebat, ut mihi hoc ipso esset ejus in me amor multo jucundior. si ejus itineribus, mi Thomici, ipso maxime ducente, ire potuisses, mihi crede, quae tua est ingenii vis, non eodem solum pervenisses, sed, si ulterius progredi quisquam hominum potuit, tu esses progressus. nunc tibi per te conandum atque enitendum erit; quod certe facies: neque ego tibi volenti difficile quicquam puto: sed tamen Pogiano meo, illo, inquam, quem tibi cantare tantopere solebam, carebis. quos ego, cum tu Romam venisses, studiorum, quos consuetudinis, quos domestici usus fructus mihi cum illo fingebam! o fallaces cogitationes nostras! sed vale, mi Thomici. neque enim te tam tristi sermone detinere diutius volo. Vale. Vienna, postridie Kal. decembr. 1568.

Sed mortis hujus nuncium jam ante superiore mense Gratiano Viennam allatum fuisse, ex hac ad eumdem Thomicium, plenissima item doloris epistola, die 25. novembris indidem data, intelligimus:

Mi Thomici, quem accepi nuntium! Pogianum nostrum diem suum abiisse! mihi scito nihil neque minus expectatum, neque magis acerbum accidere potuisse. plane sum dolore conturbatus. in florenti aetate, in medio cursu gloriae ereptus est nobis. quantum in eo lumen omnis liberalis doctrinae extinctum est! quanta Thomicio meo facultas excolendi ad veram eloquentiae laudem praestantis ingenii adempta! heu nos miseros! quid sumus? quae nostrae spes? expectanti mihi quotidie, ut scribendis pontificiis literis in Florebelli locum succederet, atque ejus rei animo jam gaudium praecipienti, mortuus repente affertur. quantus ad eam gloriam, ad quam eniteris, tibi dux decessit! quam ego gravi teste mei amoris erga te privatus sum! quam vero te ipse diligebat, quem nunquam viderat! quam favebat ingenio tuo! quam te sibi dari cupiebat, in quem divitias singularis doctrinae suae omnes effunderet! non fero, mi Thomici, hunc dolorem. cur tu non ades? in cujus me amplexum rejice-

Digitized by Google

rejicerem, in cujus sinum has lacrymas profunderem, qui meum luctum aut consolando, aut aeque dolendo levares. Mi Thomici, vale. non enim possum plura: ita occupor dolore & lacrymis. erant adhuc multa, de quibus ad te scriberem: sed fletu intercludor. tuas literas expecto. te oro, ut valeas. nam ego concidi hoc nuntio.

Sed & S. Carolo Borromaeo acerbum accidisse de Pogiani interitu allatum ad se nuncium, brevis haec ejus epistola, ad Sommarivam, quo suarum, hoc est archiepiscopatus sui, rerum, procuratore Romae utebatur, mense item novemb. ejusdem anni 1568. Mediolano data, docet:

Sommariva. M' è dispiaciuta la nuova della morte del nostro messer Giulio Poggiano; la quale si farà intendere quì alli suoi. & intanto saria bene, che voi o il Corniglia pigliasse cura delle robbe sue, per farle poi consegnare a chi sarà necessario. attendete alla speditione decumana & a quella di S. Fidele per li padri Gesuiti.

Joannes autem Carga, vir aeque pius atque eruditus, & Pogiani amicissimus, flebili quidem, at admodum suavi elegia ejus obitum prosequutus est; quam, inter *illustrium poëtarum italorum carmina* ab Joanne Matthaeo Toscanio Lutetiae parisiorum anno 1576. vulgatam, heic, ex tomo ejus operis primo pag. 6. descriptam, subjicio.

IN OBITU JULII POGIANI.

Jam nos, o comites, ad cari funus amici
Tertius ex alta convocat aede sonus:
Cereaque extructum collustrat flamma sepulcrum,
Incipit & maestos flebilis ara modos.
Procedant, quibus ima tegit vestigia palla,
Et fluit incompta squalida vitta coma:
Ordine deinde suo, lacrymis quos ora rigare,
Et juvat humanas ingemuisse vices.
Julius hoc Pogianus init sub marmore somnum,
Quem labor ante diem, noxque suprema tulit,
Julius, Insubriae genuit quem dives Arona,
Mox rapuit, nunc & maxima Roma tenet.
Rore pio tumulum sacratae spargite lymphae,
Atque animam terna rite piate prece.
Poscite divinos aeternae lucis honores:
Poscite, perpetuae gaudia pacis agat.
Dignus erat caelo. nam quis pietatis amore
Romano assuevit grandius ore loqui?
Ille per immensos tractus terraeque marisque
Insurgens numeris, lingua latina, tuis,
Monstravit sensus, & vim sermonis & artem,
Relligio grajos unde beavit avos.
Ille pias regum causas, laudesque piorum
Saepe Pii dixit principis ante pedes;
Fulmine verborum sacri juga montis, & alta
Atria, & aeratae contremuere fores:
Purpureusque suo stupuit cum rege senatus:
Atque aliquis, Majus nil habet orbis, ait.
Hic vaticanae regnator maximus arcis
Arridens tales edidit ore sonos:
» Noster eris, Pogiane. tibi sit maxima rerum
Posthac nostrarum tempus in omne fides.
Eloquii candore tui fidei illa nitescat
Summa, tridentini quam petiere patres:
Concilioque super quis cum dubitaverit, a te
Interpres nostrae littera mentis eat;
At vos muneribus juvenem decorate, nepotes;
Sit vestro lateri fidus & ille comes. »

tinctus; cum illis ipſis diebus eum Pius in Florebelli (42) locum pontificiis epiſtolis ſcribendis deſtinaſſet (43): quod quidem proprium ejus curriculum videbatur futurum. His vitae ac ſtu-

Tu pares dictis, & cadis hoc ſub pondere, Juli,
Aſtra vel hinc potius, regnaque ſumma petis:
Et capis hic juſto tibi praemia para labore,
Praemia non ulla diminuenda die.
Felix ſorte tua, neque in hos ſervate tumultus,
Nos quibus exanimat vindicis ira Dei.
Ecce palam bellis iterum civilibus ardet
Hac Rhenus diſcors, hac furialis Arar.
Nec ſatis eſt vacuaſſe ſuis cultoribus urbes,
Omniaque immiti conſceleraſſe manu:
In Divos ipſumque Deum per tecta, per agros
Omne nefas ſcelerum turba miniſtra facit.
Diruta templa cadunt: a culmine victa reſedit
Relligio: pietas priſca fideſque jacet.
Ecquid ad hanc rerum faciem ſupereſſe putemus,
Quo minus extremam jam ferat hora diem?
Quis non emigret terris hoc tempore? quis non
Huic ſaeclo caelum praepoſuiſſe velit?

Quid Carga in uudecimo illo verſiculo

Julius, Inſubriae genuit quem dives Arona,

ſequutus ſit, neſcio. hoc conſtat, ſunenſem, non aronenſem, patria fuiſſe Pogianum. recole ſuperiora num.3. & 27.

(42) Antonius Florebellus mutinenſis, primum card. Marcelli Creſcentii (ejus, qui concilio tridentino ſub Julio III. a ſeſſione XI. quae prima ſub Julio fuit kal. maji an.1551. celebrata, ad ſeſſionem XVI. quae die 28. apr. anno 1552. poſtrema ſub eodem Julio habita eſt, cui tamen ob morbum, ex quo deinde kalendis juniis ejuſdem anni Veronae interiit, intereſſe non potuit, legatus pontificius praefuit), tum card. Reginaldi Poli, deinde Pii IV. denique Pii V. ab epiſtolis latinis fuit. Lavellenſium in Calabria epiſcopatu, quo eum Paullus IV. die 28. auguſti an.1558. auxerat, ſe tribus poſt annis abdicavit. tertio vero Pii V. pontificatus anno ab urbe in patriam aetate laboribuſque confectus atque in ocium ſeceſſit: vir prudens ac doctus, & latine ſcribendi admodum peritus. id quod ejus epiſtolarum volumen, Pii V. nomine ſcriptarum, a Franciſco Goubau anno 1640. Antuerpiae vulgatum, & de Jacobi Sadoleti cardinalis *Vita* commentarius declarat. atque illius quidem ſtudio ac diligentiae magnam partem debemus ejuſdem Sadoleti epiſtolarum libros decem & ſeptem; quas cum Paullus, Jacobi fratris patruelis filius, ejuſque in carpentoractenſi epiſcopatu ſucceſſor, primum editas ad card. Alexandrum Farneſium una cum ſuis litteris an.1549. mitteret, *Cum officii*, inquit, *mei ratio, & illa, quam ſanctiſſimae patrui memoriae debeo, pietas, hoc praeterea a me poſtulare videretur, ut illius ſcripta & lucubrationes, quae penes me eſſent, ederem, ad eas me legendas & accurate conſiderandas, ſocio hac in re & adjutore uſus Antonio Florebello, dedi: cum is, ut ſumme gratus officioſuſque eſt, unam ob cauſam hanc, quo homini de ſe optime merito, cuique jure & chariſſimus & probatiſſimus fuit, mecum una fidem ſuam officiumque praeſtaret, accerſitu meo ſe ad me in Galliam contuliſſet.*

(43) An Pogianus Florebello re vera ſucceſſerit, ſaltemque initium talium epiſtolarum ſcribendarum poſt hanc deſtinationem fecerit, neſcio. hoc ſcio, plurimas ab eo Pii V. nomine

Digitized by Google

ac studiorum impedimentis, tamen enituit Pogianus, & tantum ingenio praestitit, ut dicendi facultate ex multorum saeculorum scriptoribus, quos cum illo conferas, paucos invenias, quem praeferas, plane dicas esse neminem (44). nam plerique, licentia elati, dum se copia verborum collocupletare student, sine ullo delectu omnia simul colligentes, rudem, impolitam, indecoram effinxere orationem. alii, dum se uni Ciceroni addicunt, nimia religione constricti, jejuni, inopes, fuco tantum illiti, semper in angustiis haerent. procul his vitiis Julius. in summa ubertate summa castitas, mira varietas simul verborum, simul sententiarum. imitatur ac sequitur Ciceronem, &, ut quisque Ciceroni proximus, non tamen ita, ut ipsis eorum vestigiis penitus insistat; non eadem, quae illi, sed eodem modo dicere studens, liber solutusque incedit, suus, non alienus, nec ab inopia restrictus & parcus, sed abundantia plenus largusque, quicquid vult, quantum & quousque vult, explicat. non illi res, non

h 2 ille

mine fuisse scriptas ad reges ac principes viros epistolas, verum omnes integro anno, antequam moreretur, hoc est 1567. datas: quo quidem anno cardinalis Michaëlis Bonelli, qui fuit Pii V. sororis nepos, ab eoque in reipublicae administrandae societatem adscitus, litteris scribendis operam dabat. quas igitur Pii nomine scripsit, eas Pogianus, non ut Pii, sed ut card. Bonelli, cui earum suo ipsius nomine scribendarum negocium Pius dederat, minister, scripsisse dicendus est. utriusque autem generis epistolae, tum eae, quae Pii, tum eae, quae card. Bonelli nomine a Pogiano scriptae sunt, e barberinianae bibliothecae codice ms. diligenter descriptae, in hac nostra editione comparebunt.

(44) Quantum Pogiani ingenio & in latine scribendo facultati Gratianus, bonus certe aestimator, tribueret, non solum ex hoc, verum etiam ex ejus epistolarum, quae apud me mss. adservantur, post harum Pogiani editionem, Deo adjuvante, a nobis edendae, plurimis locis intelligitur. unam nunc ejus generis afferam, ad Nicolaum eumdem illum Thomicium, de quo supra dictum est, die, ut opinor, tertio mensis martii an. 1568. datam.

Antonius Maria Gratianus
Nicolao Thomicio S. D.

Narro tibi: cum Pogiani ad te literas mitto, ipse a scribendo deterreor; &, qui doctissimi viri erudito atque incorrupto genere sermonis acui tuam industriam, teque ad hanc laudem incendi, & ingressum tua sponte praesenti exemplo veteris eloquentiae incitari cupio, nescio quomodo tardari ipse meum studium sentio, admiratione praestantis ejus facultatis. obtineat antiquitas suam dignitatem; tribuatur Ciceroni omnium, qui latine scripserunt, principatus; sit in manibus Caesar, legatur Terentius, Salustius, Livius iis, qui hoc ingenii decus sibi comparare student. ego Pogianum aut cum his confero, aut, ab his cum discessi, qui illam locutionis integritatem cum lacte suxerunt, hunc habeo proximum. is mihi antiquam illam scribendi rationem retulisse, hujus, non rerum ac verborum Marci Tullii putida atque inepta conquisitione constructa, & tanquam intempestivis flosculis conspersa, sed suo innixa pondere, suo illustris nitore, non ducta quasi pluviis aquis, sed proprio fonte fluens,

ille rebus unquam deeſt, nitidus ſemper mundusque, &, ubi res poſtulat, ſplendidus ac magnificus; ut ſucco ac ſanguine veteris romani ſermonis imbutum eum, non ſpecie modo illa ruboris perfuſum, eſſe fateare. Huic tantae facultati prope par ſcribendi facilitas. inſpectante me, ac ſaepe interpellante, inter ſpatiandum epiſtolas dictavit; in quibus ita ambitioſus non fuit, ut magnae partis exempla, negligentia ejus, interierint: nec niſi annum, antequam mortuus eſt, ut referret in volumen, quae inveniri apud eum potuerunt, a me exoratus eſt; dicere ſolitus, nullum eſſe genus ſcriptionis, quod minus aetatem ferat (45). Oratio-

fluens, videtur oratio. &, cum latiſſima ſit ac varia latinae linguae cognitio, Pogianus ejus omnes partes ſic complexus eſt, ut, quantum pauci in ſingulis excelluerunt, tantum ipſe in univerſis omnes praeſtitiſſe videatur, & acutiſſime inveniendo, & ornatiſſime explicando, eo verae laudis gloria dignior, quo ab oſtentatione alienior: quippe doctus, eloquens, eruditus eſſe, quam dici, mavult, & doctrinas ipſarum fructu, non praedicatione vulgi, metitur. quae ſcribit, ut abſolutiſſima ſint, tamen comprimere, nec, niſi neceſſario, proferre ſolet; impotentem quorundam ambitionem ſaepe ridens & ſtomachans, qui, ut quidque fuerint elucubrati, ita properant edere, & poſteritatis ſpe decepti, cujus memoriam aucupantur, non tam ſpectant, quid afferant, quam quid attuliſſe ſibi videntur, ut foras dent. at iſtos errore ſuo frui patiamur: Pogiani virtutem & temperantiam colamus; cujus praeclara ſcripta, vel ipſo negligente, omnis immortalitatis memoria proſequetur. quocirca magnam capio voluptatem ex illius eximio in te animo, tuoque item in illum ſtudio ſingulari; maxime (libet enim hoc apud te gloriari) cum fuerim ipſe praeclarae hujus benevolentiae conglutinator. mitto igitur tibi ab eo epiſtolam, ſimilem caeterarum, ſcriptam elegantiſſime; & Deum precor, ut pulcherrimae iſtius tabulae, cui parem artificem deſiderat, pictor ipſe aliquando exiſtat, inque ea exornanda artificii ſui, quam habet, reconditam ſcientiam promat. nae eo nihil fingi aut cogitari poſſet opere admirabilius. &c.

Ne extrema fere illa de *pictore* ac de *tabula* non intelligere lector poſſit, locum ex Pogiani ad ipsum Thomicium epiſtola, quo Gratianus, qui eam, cum ſua conjunctam, illi mittebat, reſpexit, producam: *Te vero*, inquit, *cui, pro tuo & in me animo & praeſtanti ingenio, faveo quam qui maxime, ferre non poſſum falſam iſtam de facultate mea opinionem habere; praeſertim cum in eodem me aliquam tui ſtudii ſpem repoſuiſſe videaris. quid igitur faciam? dimittam ne te ad aliquem iſtius diſciplinae magiſtrum, qui te ea, quae ad eloquentiam proxima ſit, via deducat? utinam haberem, qui iſto in genere docendi arte excelleret! nae ego illi magnopere auctor eſſem, ut in uno tuo ingenio excolendo ſummam diſciplinae ſuae laudem quaereret; &, tanquam in iſta pingenda & ornanda tabula, artificium ſuum immortalitati commendaret.*

(45) Atqui ego nihil magis perennare cenſeo, quam clarorum hominum epiſtolas. certe nulla eorum ſcripta magis ab eruditis expeti, nulla diligentius conquiri, nulla libentius legi conſueverunt. videmur enim cum iis ipſis, quos ſuſpicimus atque admiramur, verſari & colloqui; nec tam eorum intimos ſenſus cognoſcere, quam animi effigiem, tamquam in quodam ſpecu-

Orationes ſcripſit multas (46) variis de rebus, habuitque omnes alieno ſemper juſſu aut rogatu. maxime probantur, quam, poſt Pauli quarti mortem, de pontifice eligendo apud ampliſſimum ordinem habuit, paulo ante, quam comitiorum conclavia patres ingrederentur, &, qua Franciſcum Lotharingum, regulum gallum, ab Ugonoviis, per ſummam impietatem ſceluſque, interfectum,

ſpeculo veriſſimis lineamentis atque adeo ſuis expreſſam, intueri. equidem, ut de me confitear, aequiore animo non modo Petrarcae, Bembi, Sadoleti, Manutii, Pogiani, caeterorum ejuſdem ordinis, ſed etiam Ciceronis ipſius reliquis ſcriptis, quam epiſtolis, carerem.

(46) Pogiani orationes, quas quidem, diu multumque undique conquiſitas, adhuc reperire potuerim, huic noſtrae ejus epiſtolarum editioni acceſſuras, decem omnino ſunt. earum partim ipſe habuit, partim ab aliis habendas ſcripſit. Prima eſt *In funere Marcelli ſecundi pont. max.* II. *De eligendo ſummo pontifice*. III. *Ad Pium quartum pont. max. Luſitaniae regis nomine*. IV. *Ad eumdem, equitum rhodiorum nomine*. V. *In funere Franciſci Lotharingi, Guiſiae ducis*. VI. *Pii quarti pont. max. nomine ad cardinales*. VII. *Ejuſdem Pii nomine ad eoſdem*. VIII. *Ejuſdem nomine ad eoſdem*. IX. *Ad Pium V. pont. max. Sigiſmundi Auguſti, Poloniae regis, nomine*. X. *De Chriſti domini adſcenſione in ſacris pontificiis*. De ſingulis ſuo cujuſque loco plura dicemus. nunc tantum de ratione quadam noſtra earum edendarum breviter a nobis, ne qua forte ſit tamquam novi conſilii atque inuſitatae rei admiratio, dicendum eſt. non enim eas, quemadmodum, qui orationes ſimul & epiſtolas ſive ſuas ſive aliorum edunt, facere ſolent, in proprium volumen aut certe in unum unius & ejuſdem voluminis locum ſeparatim ab epiſtolis conjiciemus, ſed ipſis deinceps epiſtolis, ut cujuſque orationis tempus, quo habita eſt, poſtulabit, interjiciemus. probatur autem haec nobis potiſſimum ratio ob eam rem, quod plerumque de illis ipſis orationibus in epiſtolis (quas quidem, non, ut a Gratiano accepimus, perturbatas atque confuſas, ſed temporum ſeriem ſequuti ordine ſuo digeſtas exhibebimus) agitur: ut propterea poſſit; ſi quis velit, de aliqua inter legendum aliquam epiſtolam oratione commonitus, eam ipſam ſine ulla aut mora aut moleſtia cognoſcere, nec aut legendi cupiditatem differre, aut ad aliud volumen confugere ac tranſire cogatur. Accedit, quod epiſtolarum materies ſaepe cum rebus, quae in orationibus tractantur, magnam partem conjuncta eſt atque cohaeret. quo fit, ut epiſtolae orationibus, orationes epiſtolis illuſtrentur. Denique non video quid tantopere orationes ab epiſtolis natura ac genere differant, ut ſimul eſſe non poſſint. epiſtolarum ſermo eſt ferme ad unum, orationum ad plures. quid igitur vetat, exiſtimare nos, nihil aliud orationes eſſe, quam epiſtolas quaſdam, ad plures ſcriptas, epiſtolas autem non niſi orationes quaſdam, ad unum habitas? quid? hoc fieri non poteſt? novum quiddam, inauditum, inuſitatum eſt? an non Ciceronis illae pro Marcello, pro Ligario, pro Dejotaro ſane luculentae orationes ad unum C. Caeſarem habitae ſunt? aliquot autem ejuſdem epiſtolae, quas ad conſules, ad praetores, ad tribunos plebis, ad ſenatum denique populumque romanum datas legimus, nonne ad plures ſcriptae ſunt? At aliud orationum, aliud epiſtolarum artificium eſt. Mihi vero aliter videtur; atque ita ſentio, idoneos bonarum epiſtolarum artifices, aeque ido-

fectum, in funere laudavit (47). nullas tamen dari foras passus est (48); & haud scio, an eadem negligentia pleraeque interierint. Unum omnino librum ipse edidit, conversum a se in lati-

idoneos bonarum orationum artifices fore, itemque contra. Sed fac, esse aliud hoc, atque illud. quid tam non idem, tamque diversum, quam gravis epistolae atque jocosae artificium? num igitur ipsae inter se dissident? num coire & simul esse non possunt? num aliud volumen gravibus, aliud jocosis epistolis quaerendum est? Liceat igitur mihi res minus fortasse diversas conjungere, & uno eodemque volumine Pogiani epistolas atque orationes complecti. Quod quidem consilium atque institutum si cui nondum satis probatur, licebit ipse eas, me non invito nec repugnante, sejungat. id facile nulloque negocio assequetur, si aut solas epistolas, praeteritis orationibus, aut solas orationes, praeteritis epistolis, legerit. curabo autem, accuratis utriusque generis indicibus confectis, statim ut unicuique, quod maluerit, obvium atque in promtu esse possit.

(47) Probandae certe, ac valde probandae illae orationes sunt. utrum autem omnium *maxime probandae sint*, equidem non ausim dicere. a Pogiani quidem aequalibus duobus, viris doctissimis, alias duas miris laudibus celebrari video, alteram in funere Marcelli II. alteram pro equitibus rhodiis. de priore Latinus Latinius litteris ad Andream Masium die 21. maj. 1555. datis, *Foliettae*, inquit, *orationem in Marcelli comitiis habitam opinor tibi a me missam esse. is nunc iterum de eadem re dixit; quem tamen dicentem audire mihi non contigit. Audieram pridie ante Julium Poggianum nostrum (nosti, opinor, hominem) graviter ornateque laudes Marcelli pontificis commemorantem, subitumque viri interitum deplorantem: cujus mihi actio oratioque ita probata est, ut nullius venustior adhuc visa mihi Romae sit. ea cum erit in vulgus edita, diligenter a me tibi curabitur.* de posteriore autem Paullus Manutius libro V. epist. 9. ad ipsummet Pogianum, *Quam libenter*, inquit, *& quam saepe de te cogitem, Pogiane doctissime, conscius ipse mihi sum. mea vero quae fuerit semper, ubi temporis ratio tulit, de tuis virtutibus oratio, cum honestos & graves viros, iis, quibus ipse excellis, doctrinis excultos, habeam testes, non conabor tibi literis exponere. nec tamen amori erga te meo, quem fateor impetrare a me posse omnia, tribuere quidquam in te laudando velim existimes. tua me scripta, in quibus excellentem quandam eloquentiae praestantiam elucere vidi, maxime vero praeclara illa pro illustri rhodiorum equitum societate ad pontificem habita oratio, quam efferre laudibus nunquam desino, in hanc sententiam facile perduxit.* Pogiani vero doctrinae atque eloquentiae quantum Manutius tribueret, etiam ad alios doctos & eloquentes viros scribens declaravit. Lib. II. epist. 33. ad Octavianum Magium, *Salutem dic*, inquit, *meo nomine exquisitae eloquentiae viro Julio Pogiano; cujus tibi amicitiam & consuetudinem valde gratulor*. & lib. V. epist. 10. ad Horatium Ursinum, *Julium Pogianum*, inquit, *familiarem tuum, praestantem omni laude virum . . . salutes, rogo, meis verbis diligenter*.

(48) Latinius in suis ad Masium litteris, die 13. augusti an. 1555. datis, *Julii Poggiani*, inquit, *orationem, quam tibi superioribus litteris eram pollicitus, curavi tibi cum hac epistola reddendam*. Significat autem litteras, die 21. maj. a se ad eumdem datas, in quibus illa, paullo ante a nobis recitata, fuerant: *Ea* (oratio in funere Marcelli II.) *cum erit in vulgus edita, diligenter a me tibi curabitur*. Ne Gra-tiani

Digitized by Google

latinum e graeco, Joannis Chryfoftomi *de Virginitate* (49), ea quidem fide, ea utriufque linguae intelligentia, ea vero gravitate, atque iis ornamentis, ut fcriptus, non factus latinus videatur (50). Ereptus eft prope in limine ipfo honoris & gloriae. nam ante quidem ejus induftria paene in obfcuro verfata erat, prae novi illius muneris luce, ad quam, pontificis magifter

tiani dictum, qui Pogianum negat *ullas fuas orationes dari foras paffum*, a Latinio, qui orationem illam in funere Marcelli *in vulgus editam* commemorat, falfitatis coargui ac refelli credere debeamus, neceffe eft, illa ejus verba *in vulgus edita* ita interpretemur, ut iis non editionem typographorum opera, fed librariorum minifterio perfectam, fignificari arbitremur. neque enim ea folum, quae typis excuduntur, fed etiam, quae calamo defcripta vulgantur, *in vulgus edi*, valde latine dici confueverunt. Prodiit deinde typorum quoque ope in lucem eadem oratio, quattuor & viginti poft Pogiani obitum annis, hoc eft an. 1592. *Romae per Afcanium & Hieronymum Donangelos*.

(49) Liber editus eft an. 1562. primum Romae per Paullum Manutium, deinde Dilingae per Sebaldum Mayer, Othoni Truchfefio cardinali, auguftanorum epifcopo, ab ipfo Pogiano nuncupatus.

(50) Veriffimum eft hoc Gratiani de illa Pogiani e graeco in latinum interpretatione judicium; contra vero Auberti Miraei, in *Elogiis belgicis*, Antuerpiae an. 1609. editis, pag. 135. eft iniquiffimum. ait enim, Chryfoftomi *de virginitate* librum a Pogiano *elegantius, quam fidelius fuiffe converfum*; ob eamque caufam Joannem Livinejum novam deinde ejufdem libri magifque fidelem interpretationem aggreffum perfeciffe. Retulit id ipfum Miraei judicium Bailletius in tomi II. partem tertiam operis infcripti *Jugemens des Savans*, Amftaelodami an. 1725. editi, pag. 371. his verbis: *Pogianus (Jules) a traduit quelques ouvrages de Saint Jean Chryfoftome; mais felon la remarque d'Aubert le Mire, il s'eft appliqué à l'élegance du ftile, plutôt qu'à la fidelité. Il mourut le cinquiéme novembre* 1548. (corrige 1568.) *dans fa* 47. *année*. Verum, qui recte de graecis ac latinis litteris judicare poffunt, non folum miram elegantiam, fed etiam fummam fidem a Pogiano in illa Chryfoftomi interpretatione fuiffe adhibitam, agnofcunt & profitentur.

Aefchinis praeterea περὶ τῆς παραπρεσβείας orationem latine vertiffe fe, teftificatur ipfe in quadam ad anonymum epiftola his verbis: *Interea tu Aefchinis nobiliffimam orationem de falfa legatione, quam te convertere fcribis, fi minus adhuc ad finem perduxifti, quamprimum abfolves, mihique mittes. nam illius verba omnia, quando ita vis, diligenter perpendam, ac totam eam meis ponderibus examinabo. quod autem promiffum meum expetis, & eandem orationem, abhinc tres annos a me converfam, requiris, obfequar ftudio tuo. fed, in ea an optimis verbis, atque illius oratoris virtutibus ufus fim omnibus, nefcio: ego, ut id affequerer, profecto elaboravi*. Quo magis dolendum eft, doctiffimi hominis tantopere elaboratam lucubrationem aut periiffe, aut ignotam alicubi delitefcere:

At ejufdem graeci oratoris epiftola, quam ad fenatum populumque athenienfem Rhodi, illius ipfius legationis caufa, exfulans fcripfit, in latinum fermonem a Pogiano eleganter converfa, in meis manibus eft: quam, una cum tribus aliis breviffimis epiftolis, quae Artaxerxis, Inftanis & Hippocratis nominibus infcriptae circumferuntur, ab eo item latinitate dona-

gister epistolarum, ingressurus erat. quo ex loco quantus apparituturus fuerit, quam romanae aequalis magnitudini, hoc ipso literarum volumine intelligi potest, nequaquam paribus de rebus, aut pari diligentia, scriptarum. quas quidem literas, Michaëlis Bonelli cardinalis, viri amplissimi atque ornatissimi, studio, post mortem Julii conservatas, cum Julius ipse in mei maxime

donatis, publici juris, ubi ad illam ad anonymum epistolam edendam ventum erit, me facturum polliceor.

Aliquid etiam ex S. Gregorii Nazianzeni graecis operibus latine vertisse Pogianum, injecta jam tum mihi suspicio fuerat, cum in quadam Octaviani Ferrarii ad eum epistola, Mediolano die 1. sept. an. 1567. data, illa legissem: *Librum nactus sum sane veterem, in quo Nazianzeni scriptae orationes continentur, partim necdum etiam typis divulgatae, omnes tamen cum uberi commentario, graece item, ut alia, conscripto. orationum indicem his literis adjeci, si quid ea res ad usum tuum forsitan pertineret.* Non mihi videbatur tale aliquid Pogiano nunciaturus Ferrarius fuisse, nisi ante rogatus ab eo esset, ut aliquam diligentiam in conquirendis vetustis Nazianzeni mss. codicibus adhiberet, neque rursus hoc ipsum Pogianus Ferrarium rogaturus, nisi de aliqua Nazianzeni operum interpretatione cogitaret. ita equidem aliquando suspicabar. sublata deinde mihi suspicio, atque omnis propemodum dubitatio est, cum in illum Jo. Francisci Lombardii litterarum, ad Hosium die 11. nov. 1568. datarum, locum incidi: *Jul. Pogianus post diem .... obiit: se semel illis comitem praebuit. is enim verterat olim Chrysostomum περὶ παρθενίας. & card. Carafa* (Antonius) *curabit propemodum* (fort. *propediem*) *Nazianzeni apologeticum in lucem edi*. Is conjungendae orationis modus *& card. Carafa &c*, atque illa apologetici edendi procuratio, continuo post Pogiani obitum a *card. Carafa* suscipienda, nonne Pogiani ipsius latinam ejusdem apologetici interpretationem plane significat? Conversus is quidem Nazianzeni liber jam ante ab aliis fuerat, in lucemque Parisiis an. 1532. ac Basileae an. 1550. editus. sed aliorum interpretationes potuit sive non vidisse, sive non probasse Pogianus: improbavit certe per idem tempus Jacobus Billius; qui ejusdem Nazianzeni opera, in latinum sermonem a se translata, Parisiis anno 1569. vulgavit, illud in epistola ad Carolum card. Lotharingum nuncupatoria testatus: *Nec vero eorum labores, qui in hoc pistrino ante me desudarunt, elevabo ac sugillabo... Hoc tantum dicam, eos, gravioribus studiis addictos, nec fortasse, nisi recreandi animi causa, in hac translatione versatos, tot locis ab auctoris sententia recessisse, ut neminem mihi fore persuadeam, qui inutilem ac supervacaneam hanc secundam versionem fuisse dicat... Atque haud scio, an quisquam sit tanta dicendi facultate ac verborum copia praeditus, qui tam uberes ac profusas eloquentiae opes ita e Graecia in Latium asportare possit, ut non multum illis gratiae pretiique ex hujusmodi transvectione decedat.* Potuit igitur similiter Pogiano superiorum latina *Apologetici* interpretatio displicere, ut propterea de nova ac sua cogitarit. Num autem cardinalis Caraffa, quod eum curaturum Lombardius affirmavit, re ipsa praestiterit, prorsus ignoro. hoc scio, valde illum ejusmodi rei idoneum curatorem futurum fuisse; cui illustre doctrinae & graecarum praesertim litterarum peritiae testimonium Hosius cardinalis dat in hac, qua ei cardinalatum, quo honore auctus a Pio V. die 24. mart. an. 1568. fuerat, di-

xime gratiam describi, in volumenque (51) referri curaverit, veluti impositum meae fidei officium videtur conservandae do-

die denique 10. jun. ejusdem anni gratulatur, epistola: *Cum, ex qua disciplina prodieris, mecum reputo, in sanctissimi pontificis illius* (Paulli IV.) *familiaritate versatus, quem vere describpsisse videtur, qui regulam virtutis & rectae doctrinae normam eum fuisse dixit, non potui non laetari plurimum, quod te, talem virum, in cardinalium collegium cooptatum audivi; quod multo illustrius factum te collega, nec parum ex ea re ornamenti ad ordinem nostrum accessisse video. sed, ni fallor, videor mihi vidisse te Scirleto nostro, quem singularis virtus, & excellens doctrina ad idem honoris fastigium ante paucos annos evexit, familiariter utentem, & subinde ad illum, tanquam ad oraculum quoddam, si qua de re dubitabas in graecis literis, recurrentem. cum igitur ex tali tanti pontificis disciplina prodieris, tali tantoque praeceptore tam familiariter usus fueris, nihil mirum est, si talis evasisti, qualem te videre nunc & admirari licet: cum praesertim etiam reliquum vitae tuae tempus omne non aliis in rebus, quam in sacrarum literarum studiis consumpsisse videaris. indicat hoc Theodoretus per te latinus factus, ut eum elegantius graece scripsisse non putem; quem ego magna cum voluptate, neque minore fructu legi &c.* Scribit praeterea in *vitis pontificum & cardinalium* Oldoinius, *nonnullas S. Gregorii Nazianzeni orationes e graeco in latinum* ab eo *versas*. quot vero, quasve is verterit, num ediderit, num dumtaxat scriptas, anno denique 1591. moriens, reliquerit, mihi quidem ignotum est, nec vacat hoc tempore curiosius quam utilius inquirere: praesertim cum me ad sua graecorum scriptorum interpretamenta recensenda Pogianus revocet: quorum si unum, quod solum superest, indicaro, totam hanc tractationem absolvero. Antonius Hipparchus, homo graecus, *lacaena matre, & byzantio patre in libera*, quemadmodum ipse ait, *civitate natus*, acceptis Pii IV. pont.max. litteris, quibus concilii tridentini instauratio indicebatur, ad eum perlongam ac pernobilem epistolam, graece scriptam, die 22. aug. 1561. Corcyra dedit; qua causas, cur graecis episcopis commovere se suis sedibus ac Tridentum accedere minus liceret, & Pii ipsius pont. max. laudes copiose atque ornate complexus est. Hanc quoque epistolam latine Pogianus vertit. nos vero de ejus & argumento & auctore, ubi ad eam edendam venerimus, plura dicemus.

(51) Hoc volumen, quod heic Gratianus significat, esse illud idem puto, quod in vaticanam bibliothecam olim illatum, in ea hodie quoque, numero 3432. extra notatum, adservatur. id ego in hac editione adornanda non adhibui: nisi quod in quibusdam, de quorum sincera legitimaque lectione ambigebam, locis consului; & aliquot praeterea ex eo epistolas, alibi non inventas, depromsi.

Alterum adhibui, quod mihi a Gratianis fratribus Antonio Maria, ac Carolo, viris humanissimis, & gentili illo suo Antonio Maria Gratiano dignissimis, ac de me optime meritis, Tiferno transmissum est, illud nempe ipsum, de quo Trivium supra in nostra adnotatione 34. commemorantem audivimus, *Stanevii* (hoc est Alberti Staniewskii, poloni hominis, qui fuit inter card. Commendoni familiares) *manu*, quae mihi valde nota est (legi enim non unas ejus autographas ad Gratianum epistolas) *non inscite*, ut idem Trivius ait, *descriptum*, & plurimis locis Gratiani ipsius manu, mihi item notissima, emen-

ctissimi & amicissimi hominis memoriae, posterisque tradendae; saltem

emendatum. Alia in hoc volumine, quam quae in vaticano codice conspicitur, epistolarum dispositio ac distributio adhibita est: etsi dubitandum non sit, quin hoc ab illo tamquam fonte fluxerit. in illo, nulla neque temporum, neque hominum sive qui scribunt, sive ad quos scribitur, ratione habita, temere omnes epistolae disjectae atque confusae sunt. in hoc, temporum successione neglecta, ad certa personarum genera singulae revocantur. quas Pogianus suo nomine scripsit, eae sejunctae sunt ab iis, quas scripsit alieno. in utrisque autem illud quoque servatum est, ut ad unum aliquem scriptae, si plures sint, cum scriptis ad alios non misceantur. itaque, quam multi sunt & ii, quorum nomine scribuntur, & ii, quibus scribuntur epistolae, totidem series epistolarum exsistunt. quam quidem rationem, etiamsi videam & in Ciceronis ad familiares, quae appellantur, & in aliorum epistolis retentam, numquam tamen probavi. miras enim ac meras tenebras historiae ac rebus offundit. itaque novum ego ac valde aerumnosum laborem suscepi, singulas ut epistolas ita, ut quaeque data deinceps est, nullo neque eorum, qui dederunt, neque eorum, ad quos datae fuit, discrimine, collocarem. aerumnosum autem hunc laborem dixi, ac sane expertus sum, propterea quod, quum plurimis epistolis sive nullus, sive, quod in multis factum est, mendosus earum datarum sive dies, sive mensis, sive annus adscriptus sit, haerendum mihi saepe atque aestuandum fuit, ut in ordinem quamque suum tempusque redigerem. quod tamen in aliquibus nulla diligentia aut conatu assequi potui: quas propterea in unum certum locum, tamquam incerto datas tempore, conjeci.

Singulis praeterea summa rerum, in iis tractatarum, capita praefixi & , ubi visum est, enarrationes subjeci, multo aliquando ipsis epistolis longiores. quod, aliquibus fortasse placiturum, si aliis forte displicuerit, equidem moleste feram, me non omnibus satisfacere, id maxime spectantem atque cupientem, potuisse; veruntamen illa me re consolabor, quod enarrationes illas nemini, nisi volenti eas legere, scripsi; ipsae autem, quemadmodum etruscus ille de centum fabulis suis in extremo fere opere lepide festiveque dixit, *non correranno di dietro a niuno per farsi leggere*. id enim illis serio diligenterque mandavi.

Una modo in illa re a gratianei codicis ratione non discessi, quod epistolarum libros duos, alterum ad Robertum Nobilium, Pogiani nomine, alterum ad Anselmum Dandinium, Hieronymi Dandinii cardinalis nomine scriptarum, qui in extremum eum codicem rejecti sunt, ipse ad postremam editionis meae partem, etsi hujus partis, quam primam edo, epistolis scriptionis tempore antecedentes, reservarim. sunt illae quidem perquam scitae atque elegantes, &, quantum judicare possum, in suo genere perfectae. sed, ut ad adolescentulos ac paene pueros scriptae, nec illam habent, quam caeterae, varietatem gravitatemque rerum, nec aeque propterea legentes afficiunt ac tenent. fuit autem nobis ipso statim initio exspectationi hominum, qui ad haec Pogiani legenda accessissent, occurrendum, &, ut quidque optimum ex illius scriptis haberemus, ita primum praebendum: quemadmodum ii faciunt, qui, quos ad convivium dignitatis causa invitarunt, iis primum exquisitissimas quasque epulas, tum saturis ac fastidientibus deteriores apponunt. cum his autem deterioribus, ut ita dicam, ad Nobilium ac Dandinium

Digitized by Google

ſaltem hac ſuſcipienda cura, hae ipſae epiſtolae ut edantur (52). in quo ſimul conſuli magnopere eorum arbitratus ſum ſtudiis, qui latine ſcribendi laudem appetunt, eamque, quanti eſt, tanti etiam faciunt. Cum vero mos invaluerit, ne quis divulgetur liber, quin clari alicujus viri nomine commendetur, non alii ulli, quam tibi; Pogiani liber mittendus fuit, non ſolum quia nullius muniri atque ornari auctoritate magis poteſt, quam tua, ſed quia a Pogiano ipſo ex iſtius ordinis principibus nemo eſt

i 2 majo-

nium epiſtolis, ne iterum chronologicam rationem cogar pervertere, illas quoque conjungam, quae ad alios per eadem illa tempora datae ſunt. itaque ab epiſtolis anni 1560. primum exorſus, ita reliquas deinceps in edendo perpetua ſerie perſequar atque complectar, ut in iis, quas Pogianus poſtremo vitae ſuae anno, hoc eſt 1568. ſcripſit, tamquam priorem operis partem abſolvam. tum me rurſus ad annum 1553. referens, quo primae ad Nobilium ſcribi ſunt coeptae, eaſque ac conſequentium annorum reliquas perſequutus atque edens, in anno denique 1559. poſteriori eidemque ultimae epiſtolarum parti finem imponam. Praepoſterum autem hunc ordinem, quem, in edendo opere, certo conſilio ſequi maluimus, licebit, perfecta demum univerſi operis editione, nullo negocio corrigere, totamque omnium epiſtolarum ſeriem ad rectam nuſquamque interruptam temporum rationem revocare; ſi quis modo partem illam, re ipſa, hoc eſt ſcriptionis tempore, priorem, ſed poſterius a nobis editam, poſteriori huic, prius editae, praepoſuerit, &, ne quid uſquam perverſitatis reſideat, Gratiani hanc ipſam praefationem utrique parti praefixerit.

(52) Non modo cogitationem harum Pogiani epiſtolarum edendarum Gratianus ſuſceperat, ſed locum etiam aeneis formis excudendarum Bononiam delegerat: ad quem, Neapoli tum, negociorum card. Commendoni cauſa, commorantem, Fulvius Rogerius, civis bononienſis, litteras eas, quas autographas legi, die 20. mart. an. 1575. dans, *Ditemi*, inquit, *ſe pur volete, ch'io porti a Bologna le lettere del Poggiano per farle ſtampare, come mi diceſte, che deſideravate, ch'io faceſſi*. Sed neque tum, neque poſtea, cum Alexander Trivius illas ad eum litteras die 29. dec. an. 1584. ſupra a nobis relatas, dedit, ſuamque illi operam in Pogiani epiſtolarum editione, Coloniae Agrippinae curanda, detulit, perfecta res eſt. anno autem 1591. idem Gratianus, hac ipſa ſua ad card. Commendonum, qui jam ante aliquot annos obierat, praefatione admonitus, de iiſdem epiſtolis edendis rurſus cogitare atque agere coepit. id, quod ex his ejus ad Antonium Caucum, Clementiae, Commendoni ſororis filium, S. Gavelli ſacerdotio praepoſitum, litteris, Roma die 29. mart. ejuſdem anni Senas datis, didici:

Nè V. S. m'ha rimandato il volume delle lettere del Poggiano nel ſuo partire, nè io mi ſon ricordato di domandarglielo. ſe non l'ha portato ſeco a Siena, mi faccia gratia ordinar quà, che mi ſia dato: ſe l'ha appreſſo di ſè, haverò caro, che lo vegga tutto, & che noti quelle lettere, le quali conteneſſero alcuna coſa, che non foſſe da publicare: che pur mi par ricordarmi, che ve n'erano alcune, che il cardinal noſtro bo. mem. giudicava ſi doveſſero laſciar fuora. queſto dico, perchè, havendo ritrovato queſti giorni una dedica-

Digitized by Google

majori, ac ne pari quidem pietate atque observantia cultus; quem ille omnibus sermonibus unum praedicare bonorum cupidum fautoremque solebat, virtutisque patrocinium gerentem, non ostentantem. narrabat etiam, quoties rem suam, se inscio, studio adjutam tuo, quoties item aliorum, qui tibi tantum ingenii

dicatoria mia di questo volume al medesimo cardinale, fatta fin l'anno del 74. che non m'è dispiaciuta, son venuto in pensiero di farlo stampare. ma non vorrei la fatica di riveder tutto il volume. se V. S. l'ha seco, faccia essa questa fatica: s'è rimasto quà, me lo faccia dare; che qualche espediente ci piglierò. &c. Judicasse autem card. Commendonum, aliquam e Pogiani his epistolis comprimi oportuisse, non miror. uam ego quoque in tres quattuorve earum locos incidi, quos, ne cujusquam illorum hominum, qui tum vivebant, existimatio apud posteros violaretur, ex hac nostra editione removendos putavi. Sed, ut ad Gratianum revertar, quam saepe is de hisce epistolis edendis cogitarit atque egerit, videmus. quae autem res, quo minus cogitata perficeret, obstiterit, ignoratur. fortasse amerini episcopatus, quem illi Clemens VIII. pont. max. detulit, & venetae legationis, qua ejusdem Clementis missu ferme per triennium functus est, multis ac magnis curis implicitus atque distentus, de re perficienda amplius cogitare non potuit. equidem reliquas ejus omnes litteras ad annum usque 1611. quo anno vivere desiit, itemque aliorum ad eum scriptas apud me habeo; in quibus tamen nullam Pogiani epistolarum mentionem amplius factam reperio. Hanc igitur tamquam provinciam, ab eo praetermissam, a nemine umquam postea expetitam, mihi non illam quidem cujusquam consilio delatam, sed nihil tale cogitanti forte oblatam, ego suscepi; &, ne Pogiani scripta, quae, in hominum adspectum lucemque proferenda, Gratianus maximam partem collegerat, diutius in tenebris delitescerent, alterius famae ac nomini consulens, alterius voluntati obsecundans, utriusque fautor ac studiosissimus, mea hac opera diligentiaque providi.

Reliquum unum illud est, quod sine flagitio a me praeteriri non posse censeo, ut plurimum me, plurimum Pogiani hasce epistolas, mea hac opella illustratas, BENEDICTI XIV. pont. max. incredibili benignitati, singularique beneficio debere, profitear. nam, quum eo libro, quem, *Tabularium ecclesiae romanae seculi decimi sexti* inscriptum, & Francofurti ac Lipsiae anno 1743. excusum, in eodem ferme argumento, quo permultas Pogiani epistolas, versari, & aliquid fortasse etiam ipsius Pogiani (id, quod postea ita plane esse comperi) continere, inscriptione ipsa illa admonitus, suspicabar, mihi vehementer opus esset; quumque eum, non modo in urbe, verum etiam in universa Italia & a me ipso & ab amicissimis hominibus conquisitum, reperire non possem: ea re, nescio quo modo, ad BENEDICTUM perlata, is, quem plurimarum maximarumque rerum mole premi, & reip. christianae, quam late toto terrarum orbe patet, administratione urgeri distinerique constabat, quique privata haec ac minima curare atque adeo animadvertere sive non posse sive etiam non debere videbatur, tanta tamen tum mentis acie atque amplitudine, tum providentiae facultate fuit, ut huic quoque tantulae rei consulere, mihique tantillo adesse atque opitulari & potuerit & voluerit. itaque Vincentio Malvezzio, pontificii cubi-

Digitized by Google

genii atque animi laudibus cogniti essent, comperisset. Atqui ego non sum nescius consuetudinis dicantium libros, quorum fere oratio in eorum laudibus versari consuevit, e quorum dignitate commendationem libris ipsis quaerunt. ego vero de Pogiano ipso, cujus hae sunt epistolae, quae tibi traduntur, malui,

cubiculi tunc praefecto, nunc S. R. E. cardinali, & civitatis bononiensis archiepiscopo, viro praestantissimo, optimi pontificis & gratia, qua valebat plurimum, & beneficiis, quibus est ornatus atque auctus amplissimis, plane digno, mandavit, me ut in pontificias aedes suo nomine arcessitum, conspectui majestatis suae sisteret. quo cum venissem, ejusque pedes humi provolutus deosculatus essem, me, benignissime compellatum, & salutiferae crucis signo pia cum precatione lustratum, jussit continuo surgere, sibique assidere; tum, sublato e mensula, ante ipsum posita, libro, qui ibi ad hoc ipsum paratus jacebat, mihique eum suis ipse sanctissimis manibus tradens, *En*, inquit, *librum, quem a te frustra diu esse quaesitum, & rebus, quas habes institutas, opportunum novimus. cape, dilecte fili, atque utere arbitratu tuo.* quumque ego, etsi mihi verba in tanta rei novitate, tamque mirifica Principis indulgentia atque humanitate deessent, tamen quam possem maximas gratias agerem, & sempiternas habiturum profiterer, librum vero ipsum simul atque legissem, redditurum me primo quoque tempore, reciperem, dignam tam sapiente tam benignoque pontifice sententiam hanc protulit: *Viris litteratis* (me enim, sive errore quodam humano, sive inflammandi mei causa ad similem laudem, illis accensebat) *libros, ad sua ipsorum studia aptos atque utiles, ab iis, qui non sint ipsi plane illitterati, non modo ultro offerendos, sed, si necesse fuerit, domum etiam afferendos; nec restituendorum tempus praefiniendum iis hominibus, qui, quam diu iis sibi utendum sit, melius, quam qui utendos dederint, scire possint.* Quam ego vocem, gravitatis, sapientiae veritatisque plenissimam, & a viro omnium litteratissimo profectam, cujusque vim ac pulcritudinem non nisi qui vere litterati ipsi sint, aut certe serio versentur in litteris, easque naviter tractent, satis umquam percepturi sunt, non modo ab iis, qui nunc vivunt, verum etiam ab omni posteritate summo cum plausu excipiendam, & in omni terrarum regione, in qua modo aliquis sit litteris honor, celebrandam, atque inter sapientissimorum hominum apophthegmata ituram censeo: ut, quoties librorum inopia (quod saepe contingere necesse est) eruditi homines laborabunt, toties & idem dictum usurpetur, & BENEDICTI XIV. pontificatus tempora, litteris ac litteratis fausta & fortunata, non sine suspiratu desiderentur. Equidem tanta Principis liberalitate atque indulgentia sic usus, sive potius abusus sum, ingenti sane cum studiorum meorum, in hoc adnotatiuncularum mearum opere perficiendo, utilitate, ut, quum librum XVIII. kal. sept. ann. 1751. ab eo acceperim, illi kalendis januariis ann. 1756. quibus haec ipsa scribebam, nondum reddiderim, nec vero sim, nisi una cum Pogiani editis epistolis, meisque in eas nugis, *quas ille esse aliquid solet putare*, denique redditurus; illud mihi sine ulla dubitatione fore persuadens, ut moram in persolvendo, quod illi debebam, hanc ipsam meam non ille debitoris lucrum, sed suum tamquam ex fundo locato fructum, aut ex credita pecu-

lui, quam de te, loqui; tum quia mihi non tam, quid ipſe merearis, ſpectandum eſt, quam, quid a me dici de te paſſurus ſis, cogitandum; tum quia tuae laudes ita ſunt factis tuis illuſtres, ut mea praedicatione debilitari potius, quam ornari poſſe videantur. Vale. Romae. M. D. LXXIIII.

pecunia foenus, atque uberem uſuram ducat. uſque adeo BENEDICTUS XIV. pont. opt. max. utilitatem ſuam non ſuo, ſed litterarum ac ſtudioſorum commodo atque emolumentis metitur: de cujus propterea diuturnitate vitae atque incolumitate, quicumque adamari colique litteras, & exſiſtere atque florere litteratos volumus, vota facere nullo umquam tempore deſiſtemus.

NI-

Digitized by Google

INDEX

Prior numerus paginam, alter paginae columnam designat.

A

AMalthaei Attilius, Cornelius, Joannes Baptista. XX. I.

de Arretio Paullus. LII. I. 2. LIII. I.

B

BENEDICTI XIV. pont. max. singulare litterarum patrocinium, mira providentia, benignitas incredibilis. LXVIII. & seqq.

Blanchinius Jo. Baptista, Pogiani propinquus. XV. I.

Bonello Michaëli card. operam in scribendo Pogianus dat. LIX. I.

Borromaeus Carolus card. quantis opibus ab avunculo Pio IV. auctus. VII. 2. VIII. I. Mediolanum cum Pogiano proficiscitur. VIII. 2. Concionem in aede principe de justificatione habet. IX. I. 2. Ejus ad card. Sirletum epistola. XI. I. ad Pium IV. altera. XIII. 2. Ad Pogianum tertia. XIV. 2. Ad Sommativam quarta. LVII. I. Romam propere revertitur suprema officia morienti summo pontifici praestiturus. XVI. I. 2.

de Breviarii reformatione concilii trid. decretum. XVIII. I. Francisci Quignonii card. formula. XLI. & seqq. Quae SS. historiae in eo a Pogiano retractatae, quae de novo inductae. XLV. & seqq. Emendationes aliquot per card. Sirletum. L. 2. & seqq.

C

CAlinius Ludovicus. XXI. 2.

Calinius Mutius unus ex catechismi rom. auctoribus. XXI. I. & seqq. Ejus epistolarum duo mss. volumina. *ibid.* Latinae lucubrationes. XXIII. & seqq. (*Monendus est hic lector, quod suo loco factum non est, inter clarorum virorum epistolas Venetiis an.* 1568. *editas, Calinii unam exstare pag.* 155. *qua respondet ad eam Paulli Manutii, quae est inter Manutianas* 21. *libri* 7.) Constitutiones synodales, & opera indici, breviario, missali impensa. XXXI. 2. Vitae sanctitas atque obitus. XXXII. 2. & seq.

de Catechismo componendo concilii trid. decretum, quique ad eam rem sub Pio IV. adhibiti. XVIII. & seqq. Quid praeter ejus editionem sub Pio V. actum. XXXVI. 2. Ejus latinitas atque elegantia. XXXVIII. 2. In varias linguas versio. XL. I.

Caraffa Alphonsus card. VI. I.

Caraffa Antonius card. LXV. I.

Cardinales concilii trid. interpretes. LIII. 2.

Carga Joannes. LVII. I.

Caucus Antonius. LXVII. 2.

Chrysostomi oratio de S. Ignatii mart. laudibus. LII. 2.

Cicada Joannes Baptista card. LIII. 2.

Commendonus Jo. Franciscus card. I. I.

Correa Thomas. XXI. I.

Cyprianus Ernestus Salomon. XX. I.

D

DAndinius Hieronymus card. IV. I. 2. V. I. 2.

Davanzathius Franciscus. IV. 2. VI. 2.

Diocletiani thermae consecratae. L. I.

E

ERythraei Jani Nicii Pinacotheca. I. I.

F

FErrii Theopompi binae ad card. Sirletum litterae. X. I. XI. I. 2.

S. Fidelis mediolanense collegium. LVII. I.

Figliuccius Alexius. XL. I.

Florebellius Antonius. LVI. I. 2. LVIII. I. 2.

Fontaninius Justus. I. I.

Fureirius Franciscus. XIX. I. 2. & seqq.

Furiettius Alexander. LIV. 2.

Fuscararius Aegidius. XIX. I. 2. & seqq. XXXII. I. 2.

G

GIussanius Jo. Petrus. XV. 2.

Gratiani Antonius Maria junior, & Carolus fratres. LXV. 2.

Gratianus Ant. Maria senior. I. I. II. I. III. I. 2. XIX. I. LIV. 2. LV. LVI. LIX. 2. LXVII. I. 2.

Gravesonius Hiacynthus. XIX. I. 2.

H

HIpparchus Antonius. LV. 2.

I

JUlius III. pont. max. VIII. 2.

L

LAtinius Latinus. II. 2. LXII. I. 2.

Laynius Jacobus. XX. I.

Lombardius Franciscus. XLIX. I. XX. I. XXXVIII. 2. LXIV. I.

Lucatellius Eustachius. XXXVIII. I.

Macha-

M

Machabaeorum libri. XLIX. 2.
Malvezzius Vincentius card. LXVIII. 2.
Manrique Thomas. XXXVIII. I.
Manutius Paullus. XXXV. I. LXII. 2.
Marcellus II. pont. max. II. 2. LXII. 2.
Marinius Leonardus. XIX. I. 2. & seqq.
Mediolanensis prima synodus. X. & seqq.
de Missali reformando concilii trid. decretum. XVIII. I.
Moronus Joannes card. LIII. 2.

N

Narius Bernardinus. III. 2.
Nobilius Robertus card. II. 2. III. 2.
Nonnantulanum sacerdotium. XV. 2.

O

Oldoinius Augustinus. IV. I.
Oltrocchius Balthassar. XIII. I. XXXII. I.

P

Palearius Aonius. IX. I.
Palmius Benedictus. IX. I. X. I.
Pantagathus Octavius. II. 2. LIV. 2.
Passionejus Dominicus card. IX. I.
Pius IV. pont. max. XV. 2.
Pius V. pont. max. XVII. 2. XXXIX. & seqq. Ejus nomine scriptae a Florebellio epistolae. LVIII. 2.
Pogiani Julii patria & sepulcralis inscriptio. I. 2. Quibus cardinalibus operam in latinis epistolis scribendis dederit. II. 2. IV. 2. V. 2. VI. 2. Ejus mediolanense cum card. Borromaeo iter. VIII. 2. Epistola ad card. Sirletum. IX. I. Synodi mediolanensis primae acta latine scribit. XII. 2. Ejus ad card. Borromaeum de synodalium decretorum volumine litterae. XIII. I. XIV. I. 2. XV. I. De ejus scriptorum præstantia Alexandri Trivii epistola. XXXIII. I. 2. Quam operam in catechismo rom. scribendo posuerit. XXXIV. & seqq. Quam etiam in breviario. XL. 2. & seqq. Scribendis cardinalium, concilii tridentini interpretum, litteris praeficitur. LIV. I. Epistolis pontificiis scribendis designatus successor Antonio Florebellio. LVI. I. 2. Ejus latinae orationes. LXI. LXII. E graeco in latinum quae verterit. LXIII. Ejus epistolarum edendarum Gratiani voluntas semper impedita. LXVI. I. 2. Nunc demum & qua ratione perfecta. LXVI. LXVII.

Q

Quignonii Francisci Breviarium. XLI. XLII. a Pio V. abolitum. XLIII. XLIV.

R

Rinalduccius Ronulphus. XXII. I.

S

Sadoleti Jacobi epistolae. LVIII. 2.
Saxius Antonius. VII. I.
Seraph inter & Seraphim discrimen. XLIX. I.
Serbellonius Fabritius card. XVI. I.
Sirletus Guilhelmus card. ad catechismi recognitionem adhibitus. XXXVIII. I. In breviario restituendo laborat. XLIX. I. L. 2. Ejus latinae epistolae duae. LII. 2.
Stanevius sive Stanewskius Albertus. LV. 2.
Statius Achilles. LIX. I.
Suna. I. 2.
Sunenses. XV. 2.

T

ad Thomicium Nicolaum binae de Pogiani morte Gratiani litterae. LV. LVI. Unae de ejusdem in latine scribendo praestantia. LIX. 2.
Torrensis, sive Turrianus, Franciscus. XX. I.
Toscanius Matthaeus. LVII. I.
Tridentini concilii interpretum cardinalium Congregatio. LIII. I. 2.
Trivius Alexander. V. 2. XXXIII. I. 2.
Truchsesius Otho card. V. 2.

V

Vaticanae noctes. VII. I. 2.
Vaticanus codex autographas ad Sirletum litteras continens. IX. I.
Vitellius Vitellotius card. LIII. 2.
Ukangius archiep. gnesnen. XL. I.

Z

Zanchius Basilius. LIV. 2.
Zeladius Franciscus Xaverius. LIV. 2.
Zenius Apostolus. I. I. XIX. 2.

JULII POGIANI
EPISTOLAE
ANNO M. D. LX. SCRIPTAE.

I.

Julius Pogianus Antonio Mariae Gratiano. (*a*) *

Ad graeca cum latinis conjungenda cohortatur. Ullum domicilium illius studiis aptius Macerata esse, negat. Orationem quamdam suam ab illo legi, non vult. 1. jan. 1560.

EGO vero, mi Gratiane, judicio de te meo valde delector, capioque majorem in dies ex tuis literis voluptatem, quod intelligo, te navasse operam, qui diligentiam tuam huic impertiveris latine scribendi rationi, neque tamen graeca intermittas: utrunque sane ex ratione, ex veterum exemplis, ex ingenio tuo. itaque mirabiliter laetor, me quoque tibi, quan-

* (*a*) Ut, qua aetate Gratianus esset, cum haec est ad eum a Pogiano scripta epistola, quaeque ejus studiorum ratio ad hoc tempus fuerit, intelligatur, ea, quae ad Aloysium fratrem libro XIII. *de scriptis invita Minerva* ipse de se dicit, adscribam. *Cum venissem*, inquit, *anno 1553. Romam Julio III. pontifice maximo ... egisti tu mecum, ut in praesentia, omissa cogitatione aulae, animum ad perdiscendas literas appellerem. Ego, cum vix prima grammaticae rudimenta attigissem, annumque jam decimumseptimum agerem, & mihi ipsi adultior juvenisque viderer, recusabam ... Verum, contendente te, in auctoritate tua fui. Est in Foro Julii atque in finibus Carnorum haud ignobile oppidum, cui a Fonte Danielis est nomen. hic adolescentes docebat Joannes Petrus Abstemius, vir culto ingenio & erudito ... Auctore Joanne Carga, homine docto, ac tum in romana aula in primis gratioso ....qui inde erat*

b quam (*b*) & tua ſponte, & melioribus auctoribus, quam ego ſim, utranque ingreſſus es literarum viam, tamen iſtorum
c conjunctionis ſtudiorum hortatorem (*c*) fuiſſe. quod eo nunc magis etiam tibi cenſeo faciendum, quod video, te, graecas addiſcentem literas, perbene loqui latine, & in conſuetudine peregrinae linguae nihil diſcedere a Ciceronis regula, id eſt a forma romani ſermonis. urgebis igitur tum exercitationem tum cautionem tuam; ut doctrinarum cognitionem petas a graecis, & illorum & tui ſenſus, ſi latine agendum ſit, interpretem adhibeas Ciceronem, ſine quo, ut recte ſentire poſſis, nunquam certe, quae ſentias, eleganter expedies. quare praeclare tu quidem, qui, naturae praeſidiis ad diſcendum paratiſſimus, ad ea curae, laboris, induſtriae ſubſidia & inſtrumenta adjunxeris: locum vero nactus ſis (quando ibi etiam doctorem habes ex animi tui ſententia) meo judicio opportuniorem tuis ſtudiis, quam illud ipſum theatrum patavinum, cujus magna urbis au-
d ctoritas, in levi, ut leviſſime dicam, doctorum auctoritate (*d*), quid

erat, & ex eadem diſciplina prodierat, eo miſſus ſum ... Cum, quantum ex Abſtemio poterat, hauſtum a me videretur, ex Foro Julii, auctore te, Patavium tranſii: ubi apud Nicolaum Gratianum utinenſem, in patavina ſchola jus civile celebri fama docentem, habitavi ... Anno demum 1560. *Romam redii, cum tres & viginti eſſem natus.* Verum, antequam Romam rediret, ex hac ipſa Pogiani epiſtola diſcimus, eum Maceratam ſe, graecae linguae addiſcendae cauſa, contuliſſe, ibique hoc ipſo tempore vixiſſe. de qua re infra paullo plura dicemus.

(*b*) *quemquam* Gratiani exemplar exhibet. Emendavi.

(*c*) Hortator ejus rei fuerat vel proxime ſuperioribus litteris, in quibus illa fuerant: *Gratulor igitur tibi vel imitatione, vel dono praeſtantis ingenii, vel utroque: quo duce, comite diligentia, tantum paucis menſibus conſequere, ut te ex aequalibus tuis commoditate & prudentia orationis paucos pares habiturum putem. quod eo majorem in te admirationem efficiet, quo minus haec judicii laus in iſtam aetatem cadere ſolet. quam rem, quod tu vereris, non modo non impedient graecae literae, ſed, ſi doctum & intelligentem magiſtrum adhibueris, multum adjuvabunt. nam illinc rerum doctrinam habebis, illinc verborum ornamenta, illinc omnem & leporem & gravitatem orationis. quicquid eminet in Cicerone, id totum a graecis eſſe intelliges; e quorum fontibus cum ille profluxerit, inde geminam hanc laudem, Cicerone auctore & adjutore, facile hauries. Habes conſilium meum.*

(*d*) Franciſci Robortellii utinenſis, qui humaniores litteras in gymnaſio patavino per id tempus profitebatur, facultatem carpere Pogianum hoc loco atque elevare voluiſſe, exiſtimo. Exercebat autem magnas hoc ipſo tempore cum Paullo Manutio, majores etiam cum Carolo Sigonio ſimultates Robortellius, cui propterea iniquiores erant, quicumque illis, ut Pogianus, merito ipſorum favebant. eas deinde ſimultates cardinalis Hieronymus Seripandus interventu atque auctoritate ſua compoſuit. qua de tota re, ubi ad epiſtolam *Si te*, a Pogiano ad eumdem Seripan-

quid tibi prodesse posset, nescio. quinetiam celebritas & reliqua loci jucunditas obfuisset. respuunt enim studia ac literae frequentiam, turbam & inanium rerum illecebras aspernantur, solitudinis & quietis sociae & comites: ut recte quidam totum illud studiorum tempus se removerint ab hominum multitudine, tandiuque abdiderint in literis, dum sui recessus ac literati otii maturos in lucem fructus efferre (*e*) possent. quare, si me audieris, e Maceratam (*f*), ut nunc est, non modo Patavio, sed f

ripandum die 31. aug. an. 1561. datam, venerimus, pluribus verbis agemus. Caeterum universi patavini gymnasii non fautorem modo, verum etiam praedicatorem, Pogianum nostrum fuisse, illa ejusdem ad Gratianum litterarum, die 30. maj. an. 1562. datarum, particula luculenter declarat: *Habebis*, inquit, *istic* (Patavii), *qui te facultate, qui consilio juvent. multum valebit urbis auctoritas, in qua istius artificii principes quidam nostra, plures patrum memoria floruerunt. monebit enim te summorum virorum recordatio, qui nobis veterem eloquentiae gloriam tanto intervallo retulerunt, Bembi, Sadoleti, Poli, Flaminii, Longolii, multique alii, quos istud tranquillitatis & doctrinae domicilium aluit & erudivit. quare istam urgebis loci & studiorum opportunitatem: cujus ego desiderio sic teneor, ut, nisi sperarem, me aliquando in eundem portum ex hac romana jactatione conferre posse, reliquam mihi vitam insuavem ducerem.*

(*e*) *afferre* exempl. Putavi, id esse a librario, a Pogiano autem fuisse ita, ut edidi.

(*f*) Joannes ille Carga, quo auctore Gratianum ad S. Danielis Fanum latinae linguae addiscendae causa fuisse missum, supra vidimus, videtur item auctor eidem Maceratam Patavio commigrandi, ut graecis ibi litteris erudiretur, exstitisse; idemque, antequam eo Gratianus proficisceretur, de illius urbis commodis, studiorumque opportunitate diligenter cognoscere voluisse. Exstat ad eum Dionysii Athanasii epistola in tertio volumine earum, quas Aldus Manutius, Paulli F. anno 1564. Venetiis edidit, opinionem hanc meam mire confirmans. quam ego epistolam, quo honorificentius testimonium maceratensi urbi, mihi quidem numquam aditae, sed maxima in existimatione semper habitae, in ea datur, eo libentius hoc etiam loco legendam profero. est autem hujusmodi:

Egli è il vero, signor Carga mio, come voi ricordate, che altre volte io fui a Macerata con la felice & immortal memoria di Mons. Giovanni Guidiccioni vescovo di Fossombruno, quando dal buon papa Paolo III. egli fu mandato generale governatore de la Marca; che fu nel MDXLI. *ove in pochi dì in quella città stessa morì per mia grande infelicità; perchè da poi io non ho mai havuto un sol giorno di bene: ma per la lunghezza del tempo non ho quella fresca & particolar ricordanza de le qualità di detta città, che sarebbe necessaria per sodisfar pienamente al vostro desiderio. pur' io non mi rimarrò di dirvene tutto quello, che mi tornerà ne la mente. Dico adunque, che Macerata è principal città di quella provincia. è posta in luogo alto, parte in piano, & parte in costa, non però in monte: che in tutta la Marca, da l'Appennino, & dal monte d'Ancona in fuori, non sono se non soavi & delicate colline; sì che da ogni parte, che riguardiate, havete bellissima veduta, & da quella di tramontana anco il mare. di circoito, per terra di quelle nostre di là, è assai grande, con mura di mattoni,*

etiam Lutetiae Parisiorum antepones; tibique Cicero & graecus g iste doctor (g) instar erunt omnium magistrorum. quo minus etiam externis adjumentis istic egebis, multo minus opera & studio meo; quod si spectas ex animo & ex voluntate erga te, nihil

toni, & con fossi intorno. di fuori il paese è tutto pieno di vigne, d'olivi & d'altri alberi fruttiferi, grasso, & ben cultivato; & non molto lontano da la città un fiume convenientemente grosso, il quale mena ottimi pesci. dentro è commodamente & magnificamente babitata con belle case & palazzi, con chiese superbe, strade larghe, & ampissime piazze. i gentil' huomini, de' quali v'è buon numero, & fra essi molti cavalieri & dottori, sono, contro il volgar proverbio de' marchiani, veramente gentili & cortesi; & le gentildonne altrettanto, o più. a tempo mio ve n'erano alcune de le più nobili, in casa de le quali i virtuosi & galant'huomini trovavano honesto ridotto & trattenimento. l'aria è de le migliori, che sieno in tutta la Marca. evvi copia & abbondanza grandissima di tutti i beni, che la terra produce. sonovi drappi & altre mercantie d'ogni sorte; &, se per avventura cosa alcuna vi manca, ha una giornata appresso Ancona, che le supplisce; & è a Macerata (si parva licet componere magnis) come è Venetia a Padova. lo studio non ha ancora molto grido & concorso, per esser quasi ne' suoi primi principij; ma, se la pace durerà, non dubito, che in breve tempo non si faccia grande & famoso. & in somma vi conchiudo, che per mio giuditio ella è una bella, dilettevole & buona stanza. Con che fo fine, raccomandandomi a la buona gratia di Monsignore & vostra & del Gratiano senza fine. Di Venetia. a' XXVI. d'agosto 1559.

Dionigi Atanagi.

Qua ex epistola, mense augusto anni 1559. nondum se Patavio commovisse Gratianum, intelligimus; ex hac vero Pogiani, non nisi novembri aut decembri ejusdem anni Maceratam eum venisse, possumus suspicari. qua ex urbe quando discesserit, Romamque venerit, iterum ex ipso in libro illo XIII. *de script. inv. Min.* audiamus: *Anno 1560. quo ego Romam redii, atque Commendoni domum intravi, longum illi iter, ac perdifficilis provincia mandata est... Duxit me secum Commendonus, scribendisque maxime epistolis admovit. &c.*

(g) Fuit is, nisi me omnia fallunt, Joannes Baptista Camotius asulanus, quem linguarum, graecae praesertim, peritia insignem, ad maceratense gymnasium philosophiae tradendae caussa anno 1554. arcessitum fuisse, constat, atque inde Romam, Pio IV. pontifice maximo, ad graecos ecclesiae patres latine interpretandos evocatum. Neque vero, quod hominem italum, patriaque asulanum, *graecum doctorem* Pogianus appellarit, facit, ut non Camotium, sed alium nescio quem fuisse ab eo significatum, existimare debeamus. nam, qui graecas litteras docet, recte atque usitate *graecus doctor*, etiamsi non sit idem natione graecus, appellatur. Similiter Jacobus Sadoletus, in ultima libri V. epistola, quae est ad Angelum Colotium, de Scipione Forteguerra, italo homine, ac patria pistoriensi (qui quidem familiae italicum illud nomen in graecum *Carteromachi* vocabulum immutavit; fortasse non satis apte: nam potius *Carterobolemum*, italicae vocis vim propius pressiusque sequens, appellare se debuit) loquutus est: *Sunt quidem*, inquit, *& multae praeterea amoris caussae, vetusta necessitudo inter nos, societas etiam eorundem studiorum, tum cum dabamus graeco doctori Carteromacho simul operam. &c.* De Camotio qui plura velit cognoscere, adeat Morerii *Dictionarium*.

nihil prolixius, nihil cumulatius esse potest; qui vel eo provehar, ut currentem horter: ... re metiris, amice tu quidem magis, quam vere judicas; qui nescio quid ad te literarum mearum beneficii loco numeres, quibus nisi, ex praejudicata quadam opinione de nobis, plus tribueres, quam veritas ipsa concedit, nae tu orationem non requireres, non illam quidem funebrem (neque enim est a me proximus pontifex (*b*) in funere laudatus), sed de pontifice max. deligendo. quam ego concionem, cum ex molestissima vigilia non sine febri laborarem, quoniam & scripsi & habui alieno jussu, non arbitratu meo, ignosces mihi, si, quam ipse minus probem, ne a te quidem legi velim. Vale. Roma. Kal. jan. M. D. LX. b

(*b*) Paullus IV. videlicet. Putaverat autem Gratianus, habitam fuisse a Pogiano orationem in funere Paulli quarti, eamque ab eo, illius legendae causa, petierat. Negat hoc loco Pogianus, ejusmodi orationem a se umquam habitam esse, verum aliam de Paulli successore (qui fuit Pius IV.) deligendo. hanc tamen ipsam nolle se ab eo legi, dicit, propterea quod minus ipse sibi in ea, alieno jussu, non arbitrio suo, scribenda, satisfecerit. Nos eam tamen suo loco ac tempore proferemus, lecturis non ita certe, quemadmodum auctori suo, displicituram.

II.

Anselmus Dandinus Alphonso Caraffae Cardinali.

In patrui cardinalis obitu se ac sua diligentissime commendat. 5. jan. 1560.

Ex omnibus iis, quos Hieronymus Dandinus cardinalis (*a*), patruus meus, & amabat & observabat ipse, & a me diligi & coli volebat, memini te, Alphonse amplissime, principem a

(*a*) De eo haec, praeter caetera, Ciacconius, sive Oldoinius in *Vitis pontificum & cardinalium* commemorat: *E vita migravit Romae anno a partu virginis 1559. pridie nonas decembris, die lunae, hora noctis tertia, in sede vacante post Pauli IV. obitum, extra tamen conclave, ex quo aegrotus exierat. sepultura conditur in ecclesia sua titulari S. Marcelli ante gradus altaris majoris. sepulturae ejus monumentum extat cum hoc elogio.*

HIERONYMVS DANDINVS CARDINALIS CAESENAS
EPISCOPVS IMOLENSIS QVI VIXIT ANNOS L.
OBIIT PRIDIE NONAS DECEMBRIS ANNO MDLIX.

Est etiam in proximo pariete aliud elogium:

HIERONYMO DANDINO CAESENATI S. R. E. CARD. HVIVSCE ECCLESIAE TITVLARI ET ORDINIS PROTECTORI ANSELMVS PROTONOTARIVS APOSTOLICVS ET VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIVS PATRVO OPTIME MERITO ANNVO REDITV FRATRIBVS ASSIGNATO VT PRO EIVS ANIMA PRIDIE NONAS DECEMBR. QVO DIE OBIIT ANNIVERSARIVM CELEBRENT. OBIIT MDLIX. AETATIS L.

rem mihi ab eo semper esse propositum; in quo colendo nullam
b officii, nullam pietatis partem praetermitterem. quod non so-
lum is deberi affirmabat animi ingeniique tui ornamentis (*b*),
majoribus illis quidem, quam in ista aut fortuna aut aetate re-
periri soleant, sed etiam singularibus tuis in se officiis, ac sum-
c mo illi beneficio (*c*), quo ego per unum te auctus & ornatus
sum, constituta res est nostra familiaris. itaque in summa me-
moria tuorum erga nos meritorum, dedi equidem tibi semper
grati ac memoris animi signa, quae potui; speravique, fore,
ut, si quid interdum in me & adolescente & absente desiderares,
id tibi praesens patruus meus studio & assiduitate praestaret.
haec, illo vivo, spes me consolata est; quo mortuo, in maxi-
ma orbitate & patrui & cardinalis, hoc praeterea afficior in-
commodo, quod, cum antea magnam ejus commodorum &
honoris haereditatem tua benignitate crevissem, observantiae
nunc etiam necessario cernenda sit: ut, cum minus habeam vi-
rium, tum duplicatum onus mihi imponi sentiam. quod qui-
dem onus ut animo & voluntate libentissime sustineo, sic re &
facultate sine tuo adjumento perferre nullo modo possum. qua-
re ad tuam illam bonitatem beneficamque naturam, quibus tam
multos devinctos, me meosque omnes astrictos habes, mihi
confugiendum putavi, ac vehementer petendum a te, ut tuum
in me beneficium tueare, domumque nostram, quam tuis mu-
neri-

(*b*) *Alphonsus Carrafa*, inquit idem sive Ciacconius sive Oldoinius in ejus Vita, *Italus, nobilis neapolitanus, Antonii Montisbellii postea Marchionis, Caroli cardinalis Carrafae fratris, & Pauli IV. nepotis, filius, natus anno salutis 1540. idibus augusti, sub disciplina ipstus Pauli, tunc S. R. E. cardinalis, educatus ... virtutibus ita animum applicavit, ut in ipso integritas vitae, modestia, humanitas summa, in rebus gerendis admirabilis prudentia, justitiae cultus, ecclesiasticae rei zelus, atque aliae fere omnes virtutes elucerent. quibus motus Paulus, jam pontificatum adeptus, Alphonsum ex protonotario apostolico, decimumseptimum aetatis annum agentem, diaconum cardinalem SS. Joannis & Pauli, postea S. Nicolai inter imagines reunciavit, ecclesiamque neapolitanam paulo post, die scilicet 9. aprilis anni 1557. in administrationem ipsi commisit, atque, officii auditoris camerae nomine deleto, Francisco Alberico, ultimo auditore, anno 1558. vita functo, id officium, in camerae apostolicae regentatus nomen conversum, maximisque privilegiis auctum ... Alphonso addixit die 28. novembris 1558. &c.*

(*c*) Apostolicum, quem dicunt, protonotariatum significari puto: de quo etiam, nisi fallor, sunt illa Hieronymi patrui ad hunc Anselmum in litteris, die 25. dec. 1557. Roma Bononiam datis: *Quae nimirum res tanto majorem nunc a te probitatem & innocentiam postulat, quanto majore Dei beneficio hoc ipso tempore asfectus es, quam aetati, quam meritis tuis debeatur. & quidem ea gravitas est, ea amplitudo muneris istius, ut id ipsum, nisi summis quotidie Deo gratiis pie religioseque agendis, tueri nequeas.*

Digitized by Google

neribus florentem amplificasti, gravissimo nunc ictu percussam sustineas tua auctoritate, ne corruat. erit hoc virtutis, erit constantiae tuae; cujus etiam benignitas in Dandinam familiam hoc tristissimo ejus tempore fuerit excelsior. ego interea, tua fretus amplitudine ac liberalitate, dabo operam, ut aliquando & cardinale Daudino, patruo, & te, patrono omnium fortunarum rationumque nostrarum, non indignus existimer. Vale. Roma (*d*). nonis jan. M. D. LX. d

(*d*) Si Roma data est Dandinii haec ad card. Caraffam epistola, qui potuit ea, quae ejusdem ad Pium quartum eodem die scripta consequitur, Romam dari? omnino mendose adscriptum est *Roma*. Romae quidem utraque a Pogiano, Dandinii rogatu ac nomine, scripta est, Bononiam ad eum transmittenda: queis ille, tamquam a se scriptis, Bononiaque Romam datis, abuteretur. fuisse autem tum Bononiae Dandinium, mihi prope exploratum est.

III.

Anselmus Dandinus Pio quarto Pont. Max.

De Pontificatu maximo gratulatur. 5. jan. 1560.

CUM primum optatissimus, idemque christianae reip. felicissimus nuncius mihi allatus est de summo honore tuo, equidem acerbissimo dolore sum magnopere levatus, quo ex Hieronymi Dandini cardinalis, patrui mei, morte affectus eram. immovero eum pontificem max. renunciatum esse & laetatus sum, & Jesu Christi ecclesiae gratulatus, quem ex (*a*) omnium a precibus expeti audiebam, & ex ipsius patrui mei sermone, & pontificem fore, & pontificatu dignissimum esse, antea saepe cognoram. quare, pro perpetua ejus, quoad vixit, in te benevolentia & observantia, proque mea meorumque omnium pietate erga te, non modo totius familiae nostrae, sed etiam patrui ipsius nomine, quem hoc communi reip. bono, quod vivus vehementer exoptabat, nunc etiam gaudere spero, sanctissimos tuos pedes, quod parentem meum coram fecisse confido, per literas deosculor; Deoque pro vita & incolumitate tua preces & vota facere non desisto. Nonis januarii. M. D. LX.

IV.

(*a*) Haud alia est codicis vaticani lectio, nec vero, ut mihi videtur, mendosa. mallem tamen *&* pro *ex*.

Digitized by Google

I V.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando
a electo (a) Rom. Imperatori.

27. jan. 1560.

De Pii quarti pontificatu maximo gratulatur, & se suosque commendat.

b c EX literis tuis, VIII. (b) Kal. februarii datis, facile intellexi, laetitiae voluptatem (c), qua affectus es in optatissimo, & Christi ecclesiae felicissimo nuncio pontificatus maximi Pii hujus nominis quarti, consentaneam esse & maxime propriam singula-

(a) Duas hasce voces *electo rom.* addidit in nostro exemplari Gratianus & in hac & in reliquis Truchsesii ad Ferdinandum epistolis. jure. non enim auream coronam a pontifice maximo Romae Ferdinandus acceperat. romanorum autem imperatores ante ejusmodi coronationem non nisi *electi* appellantur. Verum nec is, nec post eum quisquam Romae coronatus est imperator. proxime ante ipsum Carolus V. ejus frater, non Romae quidem, sed Bononiae anno 1530. aurea romanorum imperatoris corona a Clemente VII. insignitus fuerat.

(b) Perspicue mendosus est hic numerus VIII. quum enim Truchsesii haec epistola Roma data sit, quemadmodum ex ejus adscriptione apparet, *die festo S. Joannis Chrysostomi*, hoc est septimo & vicesimo mensis januarii, profecto Ferdinandi litterae, quibus hac eadem epistola respondetur, octavo Kal. febr. sive quinto & vicesimo ejusdem januarii die, hoc est biduo dumtaxat ante hanc, Vienna dari non potuerunt. itaque refingendus videtur sive in XVIII. sive in XIII. sive in nescio quem alium numerum.

(c) Laetitiae hanc voluptatem significavit ipsi Pio pontifici Ferdinandus his litteris, die 16. hujus mensis januarii datis.

„ Beatissimo in Christo patri & do„ mino Pio quarto, divina providen„ tia sacrosanctae universalis ecclesiae „ summo pontifici, domino reveren„ dissimo.

„ Beatissime in Christo pater & „ domine, domine reverendissime. Post „ humilem commendationem, filialis „ observantiae nostrae continuum in„ crementum. Si unquam alias, his „ certe proximis diebus gratissimum „ nuntium nobis allatum est, quando „ nimirum (quod felix ac faustum sit „ toti christianae reipublicae) intel„ leximus, sanctitatem vestram, reve„ rendissimorum dominorum cardina„ lium unanimi consensu, Spiritus san„ cti gratia cooperante, ad fastigium „ summi pontificatus & supremam „ sanctae romanae & universalis ec„ clesiae curam atque administratio„ nem electam & susceptam esse. nam, „ praeter quam quod haec laetitia sit „ & debeat esse publica atque commu„ nis omnibus christianis, & iis prae„ sertim, qui afflicto religionis & o„ mnium rerumpublicarum statui con„ sultum cupiunt, eó quod divina be„ nignitate talis pastor ecclesiae Dei „ obtigerit, qui praeditus sit tot vir„ tutibus, & summam de se spem fa„ ciat, eximiam suam prudentiam, „ sapientiam, summamque pietatem, „ & prae-

gularis tuae religionis ac pietatis: cujus ſane voluptatis ac laetitiae cauſas te in dies ſingulos majores & juſtiores habiturum, confido. nam ipſe Pius ex eo die, quo in pontificia ſede col-

„ & praeclariſſimum in rem chriſtianam ſtudium, eidem reipublicae chriſtianae non niſi maximo ornamento & commodo futurum: nobis tamen ſpecialis etiam cauſa eſt laetandi, propter veterem notitiam & familiaritatem, nobis a plurimis jam annis cum ſanctitate veſtra intercedentem cui quidem tuendae & conſervandae ſanctitas veſtra nullis unquam officiis defuit. Eam vero noſtram laetitiam, cum ita commota eſſet primo illo nuntio, ut ejus incremento vix videretur reliquus eſſe locus aliquis, auxerunt tam, ſupra quam dici queat, litterae conſiliarii & oratoris noſtri, nobilis fidelis nobis dilecti Franciſci Liberi Baronis de Turre, nec non ea, quae nobis nobilis fidelis nobis dilectus Georgius a Madrutio Liber Baro, coram retulit, ſummam illam paternam benevolentiam concernentia, quam ſanctitas veſtra non modo in his ſermonibus, quos cum eo ſaepius poſt auſpicatiſſimam ſuam electionem conferre dignata eſt, verum etiam in publica ſacri illius collegii reverendiſſimorum dominorum cardinalium congregatione erga nos palam declaravit, ubi ſcilicet tam amanter, tam paterne, tamque ſapienter negotio & difficultati illi, quam olim nobis ſanctitatis veſtrae praedeceſſor Paulus quartus, moverat, juſtum & optatum finem imponere voluit. in qua quidem re pluribus explicanda, non eſt, quod has litteras noſtras abſumamus, praeſertim cum id apud ſanctitatem veſtram, quae ejus eſt ſumma aequitas, ſupervacaneum cenſeamus, ut quae cauſae noſtrae rationes non omnino habeat incognitas: ſed tamen, ſi ſanctitas veſtra uberiorem adhuc & exactam iſtius negotii notitiam teneret, clarius adhuc cognitura eſſet, quam praeter omnem rationem & aequitatem, & abſque omni culpa noſtra diverſis cavillationibus onerati & traducti fuerimus; quibus jam tandem impoſitum eſſe juſtum finem, merito ſanctitatis veſtrae cum optimae & paternae erga nos voluntati, tum eximiae integritati ac juſtitiae acceptum ferimus. porro licet hoc triduo vel quatriduo hinc profecturus ſit ſolennis noſter orator, cui munus ſanctitati veſtrae nomine noſtro, qua par eſt ſubmiſſione, congratulandi, debitumque & ſolitum reverentiae ac devotionis officium more dominorum praedeceſſorum noſtrorum, electorum romanorum imperatorum praeſtandi impoſuimus, tamen, cum is non poſſit illuc pervenire tam brevi, quam nos vellemus, equidem teneri non potuimus, quin haſce litteras noſtras praemitteremus, quibus ſaltem poſſit quadantenus ſatisfieri ardentiſſimo noſtro deſiderio ſanctitati veſtrae animi noſtri candorem quam primum conteſtandi. Quamobrem non modo ſanctitati veſtrae ex animo & obſequenter congratulamur, ſed etiam pro iſta mirifica in nos paternae & piae voluntatis ſuae demonſtratione quas poſſumus maximas agimus & habemus gratias: eidem ſanctitati veſtrae ingenue pollicentes, nos ſummo ſtudio operam daturos, ut necubi ſanctitas veſtra ullum vel grati animi vel filialis obſervantiae, ſanctitati veſtrae & iſti ſanctae ſedi debitae, officium in nobis requirere poſſit: Deum optimum maximum ſummis precibus orantes, ut pia ſanctitatis veſtrae conſilia & inſtituta ad laudem divinae ſuae majeſtatis ac beneficium totius or-

„ bis

d locatus est (*d*), semper & in senatu & in conciliis cardina-
e lium (*e*), quae saepius jam habita sunt, aperte ostendit, nihil ei charius esse Dei gloria, nihil antiquius incolumitate & salute reipublicae; in quibus omnem suam mentem & cogitationem, omnibus & benigne audiendis, &, quae injuria ablata fuerant,
f restituendis (*f*), defixam esse, declaravit. erga te vero, cujus praestantissimas virtutes, & christiano imperatore dignissimas, celebrare solitus est, signa eximii cujusdam studii & amoris dedit, ac Germaniae pacem & securitatem, cum sacrosanctae sedis dignitate conjunctam, sibi in medullis ac visceribus haerere significavit certis & illustribus argumentis: quam etiam cupiditatem & curam tibi primam esse semperque fuisse, & ei persuasum est, & bonis omnibus exploratum. elucet enim pietatis & justitiae tuae vis; tuusque omnibus perspectus est animus, ad veram religionem & ad communem hominum salutem propen-
g sus: qua in professione praeclarae voluntatis si tibi tempora non defuissent, rem christianam, in primis certe Germaniam (*g*), magna ex parte constitutam haberemus, quam tamen laudem, reipu-

„ bis convertere; eamque diu salvam „ & incolumem tueri ac conservare, ac „ prosperis rerum successibus, omni- „ que demum felicitatis genere fortu- „ nare dignetur. de qua quidem no- „ stra studiosissima intentione ac filiali „ erga sanctitatem vestram & sanctam „ apostolicam sedem observantia & de- „ votione, supradictus noster orator, „ Franciscus Liber Baro de Turre, san- „ ctitati vestrae pleniorem fidem facere „ poterit; cui dignabitur sanctitas ve- „ stra de his & aliis rebus cum ea hu- „ militer tractaturo, interim dum al- „ ter noster orator subsequatur, be- „ nignas aures praebere, & nos quo- „ quo loco & tempore paterne & be- „ nevole commendatos habere. Da- „ tum in civitate nostra Vienna, „ die XVI. mensis januarii, anno do- „ mini M. D. LX.

„ Sanctitatis vestrae

„ Humilis & obsequens filius

„ Ferdinandus.

(*d*) Renunciatus fuerat pontifex maximus Pius IV. die 26. proxime superioris mensis.

(*e*) *Senatum* dixit, opinor, quod nunc *Consistorium*; *Cardinalium* autem *concilia*, quas *Congregationes* dicimus.

(*f*) Significatur Pii quaedam de resarciendis damnis constitutio, initio pontificatus promulgata: de qua sunt illa apud Pallavicinium libro XIV. *Histor. concil. trident.* cap. 10. num. 8. *Al fine convenuti in esso* (cardinale Giannangelo Medici) *tutti* (i cardinali) *fu egli adorato sù le sette ore della notte, che seguì dopo la festa del Natale; e volle chiamarsi Pio IV. Il card. Carrafa lo pregò ginnocchione, che perdonasse al popolo le ingiurie fatte alla sua famiglia e al tribunal dell'inquisizione: al che per alcun tempo il pontefice si fè restìo. ma, concorrendo l'intercessione del cardinal di S. Angelo e d'altri, finalmente disse, che in grazia del Carrafa si contentava; purchè risarcissero i danni, per quanto fosse possibile, a' luoghi ed alle persone oltraggiate: e in questo tenore publicò di poi una bolla.*

(*g*) Mendi notam in exemplaris nostri margine contra hunc locum Gratianus adscripsit, fortasse non *Germaniam*, sed *Germanicam* legendum esse, non injuria ratus.

reipublicae pace, Dei beneficio, terra marique confecta, tum ipsi Pio pontifici, parenti omnium optimo, tum tibi, sedis apostolicae maximo & amplissimo filio (*b*), in tanta animorum b
conjunctione divinitus reservatam spero: atque in ea & cupiditate germanicae tranquillitatis & salutis, id est dignitatis & gloriae tuae, quam in eo munere conficiendo existimo esse positam, equidem exulto ac triumpho. Quoniam vero, pro officio patrocinii (*i*) mei, proque necessitudine (*k*) florentissimae na- i k
tionis, meae sunt etiam partes niti curareque, quantum in me erit, ut amplissimorum populorum utilitati dignitatique consulatur, quantum mente, studio, labore, gratia contendere potero, certe efficiam, ut omnes intelligant, mihi, secundum Deum, quietem & incolumitatem praestantissimae gentis jucundissimam atque antiquissimam esse. quod cum propter reliquas justissimas causas video mihi necessario esse faciendum, tum vero maxime propter gravissimum jussum, summamque auctoritatem tuam; cui animum diligentiamque hac in re meam spectatam esse, incredibiliter gaudeo. mihi certe tua in me meosque omnes benignitas fuit omni tempore perspectissima; neque quicquam in mentem nobis unquam venit optare vel ad utilitatem vel ad decus, quod a tua admirabili bonitate non simus consecuti. pro quibus in me domumque meam immortalibus meritis ago & habeo tibi tantas gratias, quantas & animo maximas capere, & oratione assequi possum; polliceorque ac profiteor tibi & gloriosae austriacae familiae egregiam ac perpetuam meam & meorum omnium, quam antea semper praestitimus, observantiam, pietatem, fidem: cui & me fratremque meum,

 omnes

(*b*) Haec appellatio Galliarum regibus magis, quam romanorum imperatoribus convenit. illi enim *ecclesiae filii primogeniti*, hi autem *supremi ecclesiae advocati ac protectores* proprio quodam nomine, romanorum pontificum auctoritate & concessione, appellantur. Alibi etiam eamdem appellationem Truchsesius usurpavit, nam in epistola *Etsi scio*, die 2. mart. hujus anni ad eumdem Ferdinandum data, *Ut enim est*, inquit, *romanus imperator, secundum pontificem maximum, omnium christianae reip. principum honore & omni amplitudinis atque excellentiae genere princeps, sic ipsi Christi vicario, cujus est maximus & amplissimus filius, majorem debet obedientiae cultum*. A qua eadem appellatione ne ipsos quidem romanos pontifices perpetuo abstinuisse, video. exstant Paulli III. ad Carolum V. imperatorem celebratae illae de spirensi conventu litterae, die 24. aug. an. 1544. datae, in quibus *Noluimus*, inquit, *sane praetermittere, quin te, a Deo nobis honore & amore primogeniti commendatum, his nostris literis de tanto tuo & ecclesiae periculo admoneremus*.

(*i*) E cardinalium collegio regnorum patroni ab ipsis regibus deliguntur. gerebat autem Germaniae patrocinium, Ferdinandi imperatoris renunciatione, Truchsesius.

(*k*) Erat enim natione germanus.

omnes denique nostros trado atque commendo; & incolumitatem ac felicitatem precari non desisto. Vale. Romae. Die festo sancti Joannis Chrysostomi. VI. Kal. februarii. M.D.LX.

V.

Otho Truchses Card. Augustanus Nicolao Everardo Ingolstadiensi.

10. febr. 1560. *Claudii Guidotti honoris petitioni se non defuturum pollicetur.*

NON concedo tibi, ut Claudii Guidotti, nobilis viri, tuique amicissimi hominis, causa plus cupias, quam ego tua faciam. de quo quidem Guidotto quoniam & mihi antea coram, & postea per literas saepius declarasti quantopere laborares, ut is, si fieri posset, opera mea quadragintaviratum (a) suae civitatis (b) assequeretur, equidem omnem laborem, studium, gratiam etiam, quantacunque est, meam libenter adhibuissem, ut ad eum honorem perveniret, si ullam adhuc iniri viam, aut rationem reperiri posse intellexissem cum novo pontifice max. (c) de ea re commode sciteque agendi. nam, quod ipse pontifex aliquot habebat bononienses homines, ex quadragintavirali familia natos, veteres hospites ac clientes suos, vixdum in pontificia sede collocatus, eadem de re ab illis universis paene obsessus est: quorum tamen adhuc nemini (quod sciam) quicquam eo in genere concessit; vel quod nullus ejusmodi vacet magistratus, vel ne, si uni cuipiam promiserit eum dignitatis gradum, caeteri se ejus necessarii praeteritos ac destitutos conquerantur. quare, ne quid intempestivius & ob eam causam molestius peterem, quam ob rem non modo nos res in praesentia, sed etiam in posterum spes frustrari posset, vehementer cavi. simulac primum mihi occasio visa fuerit, quam brevi spero datum iri, non praetermittam. neque vero de Caccialupis, item bononiensibus, hospitibus & amicis meis, quibus, quadragintaviratum juste petentibus, ego deesse nullo modo possum, propter eandem causam ullum verbum feci: quibus etsi plurimum debeo, tamen, ut primum opportune rem agi posse videro, faciam, ut intelligas, me Guidotti nostri, cujus obser-van-

(a) Et heic & infra semel atque iterum exemplar nostrum *quadragintivi-ratum* exhibet. Hoc loco correxit Gratianus, aliis nos.

(b) bononiensis scilicet.

(c) Pio IV.

vantiam & summam erga me humanitatem valde diligo, aeque meminisse: quem quando etiam illo magistratu dignum, & de te deque filiis tuis optime meritum novi, incredibile est, quam cupiam mihi dari facultatem eidem, tum suo tum vero maxime tuo nomine, gratificandi. Vale. IIII. id. februarii. M. D. LX.

VI.

N. N. N. N. (*a*)

De adbibita in suis negociis diligentia gratias agit: a 10. febr. 1560.

Nihil mihi gratius aut optatius accidere potuit tuis ad me literis, quibus intellexi, te apud optimum & amplissimum virum atrebatensem episcopum (*b*) studio meo satis cupiditatique fecisse. nihil enim nec amantius nec accuratius agi poterat, quam actum est a te, tum de reliquis rebus nostris, tum vero maxime de ulciscendo iniquissimo illo nescio quo obtrectatore meo (quem suae impudentiae poenas brevi daturum spero), deque ornando fratre insigni aurei velleris. de quo quidem honoris ornamento, quoniam, qua ratione id a Philippo (*c*), rege & optimo & maximo, in Hispania facile consequi possemus, idem atrebatensis antistes nobis prudentissime praescripsit, suamque gratiam & operam, ut scribis, perbenigne detulit, primum ei de tanta illa benignitate in me meosque omnes, quae mihi quidem nova non est, sed tamen pro re & pro tempore accidit (*d*) jucundissima & maxime necessaria, velim meo nomine gratias agas immortales; deinde, quicquid in nobis est, tametsi eo jandiu jure suo uti potest, tamen ita polliceare ac deferas, ut intelligat, nihil sibi ab ullo homine tam prom-

(*a*) Neque cujus nomine neque ad quem scripta fuerit haec epistola, scire nos voluit sive Pogianus sive Gratianus, a qua omnis abest inscriptio tum in nostro codice, tum in vaticano. uterque autem in eo etiam consentiunt, quod anno 1561. eam adscribant: in quo certe peccant. etenim, quum in ea extrema de comitiis pontificiis, quae proxime fuerant, agatur, quumque eorum tarditas commemoretur, manifestum est, nihil tale februario anni illius 1561. convenire. convenit vero februario anni 1560. ad quem nos eam retulimus. Paullo enim IV. die 19. augusti anni 1559. e vivis erepto, non nisi die 26. decembris ejusdem anni Pius IV. a cardinalibus pontifex renunciatus est. Caeterum, hanc epistolam Caroli Caraffae cardinalis nomine scriptam esse, valde suspicor.

(*b*) Is erat Antonius Perenottus Granvellanus, postea mechliniensium archiepiscopus, cardinalis S. R. E. a Pio IV. die 26. febr. sequentis anni creatus.

(*c*) Philippum II. intellige.

(*d*) *accidet* exempl. Emendavi.

Digitized by Google

promptum ac paratum esse, quam studium & diligentiam meam. tibi vero, qui tuum istic tam amanter ac prudenter nobis officium & industriam praestitisti, quique optime consuluisti & utilitati & honori nostro, maximam habemus gratiam; cujus referendae facultatem nobis dari, vehementer cupimus. petimus quidem a te, uti, quam saepissime poteris, scribas ad nos, praesertim si quid erit de religione. nos certe dabimus operam, ut hanc in rescribendo moram, quam nobis & pontificis max. comitiorum tarditas, & quaedam deinceps occupationes attulerunt, posthac literarum frequentia compensemus. Vale.
e IIII. id. februarii. M. D. LX. (*e*).

(*e*) 1561. exempl. Emendavi. causam in prima adnotatione attuli.

V I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Anselmo Dandino Abbati.

18. febr. 1560.

Ad imitandas patrui cardinalis virtutes adhortatur, suaque illi ac universae illius domui officia defert.

Literis tuis vicissim meus levatus est dolor, is, quo patrui
a tui cardinalis (*a*), viri optimi, mihique & mutuis officiis & veteri familiaritate conjunctissimi hominis, morte affectus eram. magno enim hae literae sunt argumento, te, quod ejus conjunctionis, quam ille mecum habebat, quasi haereditatem quandam ad te putes pertinere; operam etiam dare, ut, quod
b a nobis (*b*) naturae & sanguinis cognationi quodammodo deberi
c videtur, id studiorum & laudis ejus imitationi (*c*) debitum jure reddatur. quare perge, ut facis, exprimere illum ipsum, cujus fratris es filius; qui te & moribus ac literis optime instituendum curavit, & illustribus industriae suae ac virtutis exemplis ad imitandum incitavit, & commodis auxit, & ornavit
d amplo ac magnifico sacerdotio (*d*). sic enim fiet, ut ii, qui illum amabant & observabant merito suo, cum in te animi & vitae

(*a*) De eo vide superiorem epist. *Ex omnibus* d. 5. jan.

(*b*) Hoc est, ab hominibus.

(*c*) Mendi notam huic voci Gratianus apposuit. Mihi vero hic locus non ille quidem mendosus, sed nimis exquisitus atque ingeniosus, & paullo obscurior videtur.

(*d*) Vide eamdem illam epist. *Ex omnibus*.

vitae ejus imaginem intuebuntur, quam ego jam nunc cum summa mea voluptate mihi videor agnoscere, omne suum in eundem te studium & benevolentiam libenter conferant. quorum quidem amicorum & patronorum tuorum tametsi magna copia est, tibi a patruo tuo relicta, tamen (quod ipsi patri tuo coram confirmavi) equidem polliceor, me cura & amore in te domumque tuam omnes facile superaturum. quod a vobis re intelligi, quam a me pluribus scribi, malo. Romae. XII. Kal. martii. M. D. LX.

VIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Friderico Truchses fratris fil. (*a*) a

Ad pietatis ac litterarum studia cohortatur. 18. febr. 1560.

Accipio omen (*b*), mi Friderice, speroque, Deum pro summa sua benignitate, qua salvi adhuc & incolumes viximus, nobis in posterum saluti futurum; quam tibi vicissim incolumitatem & salutem precamur. ac tuae quidem literae, quibus nos prosecutus es optimis ominibus, nobis tuo etiam nomine perjucundae fuerunt. scribis enim, omnia tibi istic ex sententia successisse. quod & meminisse debes quotidie, & de eo, quantas maximas potes, Deo gratias agere. nulla enim re magis divini numinis gratiam aut nobis conciliamus aut retinemus, quam assidua ac pia tum recordatione ejus erga nos meritorum, tum actione gratiarum, quae religionis integritate & vitae innocentia nitatur. cui te officio, quo christiani hominis officium continetur, & jam facere confido, & posthac satis esse facturum. Quod praeterea scribis, te duobus mensibus tantum in gallico sermone profecisse, ut eam linguam intelligas, & eadem animi cogitata jam eloqui possis, amo & laudo ingenium ac diligentiam tuam. est enim multarum, praesertim vero nobilium, intelligentia linguarum cum omni homine digna, tum maxime eo, cui, propter generis amplitudinem & claritatem suam, cum multis neque ejusdem linguae neque nationis

(*a*) Vide inferius epist. *Ea est fortuna*, ad hunc eumdem Fridericum die 2. mart. datam.

(*b*) Dederat nimirum ad patruum litteras Fridericus, quibus illi ineuntem annum faustum ac felicem, quemadmodum in urbano more hodie quoque positum est, auguratus comprecatusque fuerat.

Digitized by Google

tionis hominibus agendum eſt. ſed majorem etiam curam, quam in iſto adhibeas, in latino ſermone ponas velim, qui & c pluris eſt, & ob eam cauſam (*c*) difficilior, quam gallicus. quanquam tibi, pro tuo ingenio ac ſtudio, facilis erit, ſi, ma- d giſtro tuo (*d*) & interprete & adjutore latine & loquendi & ſcribendi, Ciceronem, Caeſarem ac Terentium doctores adhibueris. ſunt enim hi aut ſoli, aut certe maxime probati latinitatis auctores. quare, cum duplex ſit cognitio, altera verborum, artis altera, latina verba a tribus illis potiſſimum ſcriptoribus tibi ſumenda cenſeo; a quibus tamen non impedio, quominus etiam artem cognoſcas, praeſertim a Cicerone, qui tam multos diviuitus ſcriptos reliquit libros de ratione dicendi. ſed de artibus, deque iis, qui eas praeclare tractaverunt, alias, ſi res poſtularit, ad te fortaſſe pluribus. nunc, quod mihi jam bene maturum videtur utrique te & diſſerendi & dicendi rationi operam dare, tantum putavi admonendum, ut in rhetoricis & dialecticis Ariſtotele, & eo graeco, doctore utaris. nam is unus omnium optima via & ratione ſcripſit: quod tamen ſcribendi artificium in ipſius latinis libris vix, aut ne vix quidem, apparet; quinetiam, ſi ipſe reviviſcat Ariſtoteles, ſuos ejuſmodi libros ne intellecturum quidem, puto. quo magis tibi auctor ſum, ut cum latino Cicerone graecum conjungas Ariſtotelem, & iſtis itineribus, quibus omnes iverunt adoleſcentes doctrinae & eloquentiae laude praeſtantes, ad literarum gloriam contendas. qua in re ſpero, cupio quidem certe, praeceptorem tuum tibi facultate ac diligentia ſatisfacere. quod cum melius ex te ſciero, tum tota de re ſubtilius ad te ſcribam, & ad ſtudiorum tuorum rationem literas meas accommodabo. Si quid eſt, quod a nobis velis, quando nos omnia tua cauſa velle non ignoras, e ſcribito. nihil te fruſtra ſcripſiſſe, intelliges. Vale. Romae. XII. (*e*) Kal. martii. M. D. LX.

IX.

(*c*) Mallem, hoc totum *ob eam cauſam* abeſſet. neque enim verum eſt, ideo latinam linguam difficiliorem, quam vernaculas, eſſe, quia *pluris eſt*: illud potius, ideo, quia difficilior eſt, pluris eſſe.

(*d*) Is erat Joannes Spazius. vide epiſt. *Qui tibi* d.30. jul.1561.

(*e*) VI. cod. vat.

Digitized by Google

I X.

Julius Pogianus Anſelmo Dandino.

Quod illum in latine ſcribendi ſtudio atque exercitatione adjuvare non poſſit, ſe diligenter excuſat. 18. febr. 1560.

GRatulatio tua honeſti hujus laboris mei (*a*), mihi cognito etiam ſine literis animo in me tuo, ſane jucunda fuit; praeſertim cum eam gratulationem latine ſis perſecutus. quod quidem ſcribendi ſtudium ut retineri a te, gaudeo, ſic doleo, adjuvari a me non ita poſſe, ut & tu cupere videris, & ego conſtantiae meae (*b*) cauſa exoptarem. vix enim, mihi crede, quicquam habeo vacui temporis; & totum fere tempus mihi conſumendum eſt in ſtudiorum & ſcriptionis genere, longe diſſimili ſuperioris rationis & inſtituti mei. in quo equidem cum neceſſario voluntati alienae, tum vero etiam libenter cupiditati meae ſervire incipio. quandiu enim me inane hoc verborum aucupium delectabit? in quo pudet interdum, piget certe, tantum otii, tantum ſtudii poſuiſſe. aetas, ſalutis cura, neceſſitas operae & officii mei aliud ſtudium, aliam ſcribendi exercitationem poſtulant. quare, quemadmodum dixi, ſerius equidem, quam vellem, ſed tamen aliquando, ad ſenſum meum, non ſolum ad alterius auctoritatem, commutavi ſtudiorum ſcribendique rationem; ac Ciceroni tuo multam ſalutem dixi (*c*): quem tu, quod adoleſcens es, & adoleſcens naturae ac fortunae bonis ornatiſſimus, & amare, &, ne tibi in tantis ornamentis iſtud deſit orationis ornamentum, in ſcribendo imitari debes. quod eo facilius conſequère, quod jandiu es in iſto curſu laudis; & docto-

(*a*) Operam, quam cardinali Truchſeſio in latinis litteris ſcribendis dare ineunte hoc anno 1560. coeperat, de quaque gratulatus illi Dandinius fuerat, ſignificat.

(*b*) Similem operam card. Hieronymo Dandinio, Anſelmi hujus patruo, totum fere triennium Pogianus proxime dederat: quo tempore latine ad Anſelmum, patrui nomine, ſeptimo quoque die fere ſcripſerat, & ab eo latine item ſcriptas litteras exegerat, &, ſi quid in iis peccatum deprehendiſſet, libere, docendi adoleſcentis cauſa, reprehenderat. in qua nunc ſcribendi exercitatione atque doctrina cupere ſe quidem manere, ſed per occupationes ſuas verſari non poſſe, dicit.

(*c*) Hoc vero ne jurato quidem crediderís. certe, in tantis ſcribendi alieno arbitratu occupationibus, quantis ex hoc tempore ad extremum uſque vitae ſpatium diſtineri Pogianus coepit, non potuit illi tam familiaris eſſe Cicero, quam adhuc minus occupato fuerat. verum, ab illius familiaritate ac conſuetudine numquam ſeſe penitus removiſſe, hominis reliqua haec ſcripta declarant, ac propemodum clamant.

d e f g doctorem (*d*) habes, cujus domi ista nascuntur; & potes, immo vero debes, saepius regustare literas (*e*) patrui tui, cardinalis amplissimi, quae meo judicio tibi in scribendo non parum afferent adjumenti. quo minus (*f*) fuerit, ut ea in re desideres operam meam: qui si, quod petis a me, praestare non possum (quod non posse me, tua magis quam mea causa moleste fero), certe, quod possum, tibi semper cumulate praestabo: tuque a me omnia tuo jure & postules & expectes licebit. Othoni, cardinali augustano, reddidi tuas literas: quas & libenter legit, & ad eas rescripsit (*g*): quem scito tui, patris, totius familiae vestrae cupidissimum esse. Vale. Roma. XII. Kal. martii. M. D. LX.

(*d*) Sebastianum, opinor, Regulum, Bononiae per haec tempora humaniores litteras profitentem, in cujus disciplinam Anselmum hunc Hieronymus patruus ante aliquot annos tradiderat. ad eum Pogiani nostri aliquot exstant epistolae: in quarum una hoc hominis ingenio atque doctrinae testimonium datur: *Ac de cardinali* (Dandinio) *quidem ipso, pro ejusdem & virtutis atque optimarum artium studio, & amore erga doctos & bonos viros, illud tibi affirmo, habere te neminem, in quo majorem honoris aut commodorum spem collocare queas. cujus quidem cardinalis tantum abest, ut, quod vereris, opinionem fefelleris, ut expectationem superaris. lumen vero ingenii & doctrinae tuae non modo clarissima ipsius luce non obscuratum est, ut etiam illud ipsum, quasi speculum soli oppositum, illustrius apparuerit.*

(*e*) Has litteras scripsit ipse Pogianus, cardinalis illius nomine: quas easdem ubi ediderimus, non minus, quam huic Anselmo futurae fuisse hoc loco dicuntur, caeteris item latinae linguae studiosis adolescentibus adjumento eas fore, speramus.

(*f*) Haec eadem est codicis etiam vaticani lectio. Ferri certe potest. sed aliter fortasse Pogianus scripsit.

(*g*) Significatur profecto superior Truchsesii epistola *Literis tuis vicissim*.

X.

a Julius Pogianus Anselmo Dandino. (*a*)

De litterarum infrequentia minime laborandum esse, seque illi in benevolentia atque officiis mutuo respondere, affirmat.

SErius ad tuas literas respondeo, quia serius mihi redditae sunt, quam debebant. sed tamen, quando nihil in illis fuit, praeter summam humanitatis declarationem & amoris erga me tui, mihi vero jandiu notum est, me amari abs te, & eundem te

(*a*) Sequebatur haec epistola in exemplari nostro, itemque in codice vaticano, superiorem *Gratulatio*. ideo eam illi subjeci, non quod non persuasum habeam, ad alium posteriorem mensem, ac fortasse etiam annum, eamdem pertinere.

te esse omnium humanissimum, non magni refert, tardius esse perlatas. Quod vereris, ne te accusem de infrequentia literarum, omitte timorem. neque enim ullus est tui accusandi locus, qui mihi in eo plus etiam tribuas, quam quantum aut ipse postulem, aut tibi liceat per occupationes tuas. verum agnosco benevolentiam ac diligentiam Andreae nostri, qui, quoniam mei in te officii ac studii singularis est maxime conscius, te, ut aliquid ad me literarum dares, est cohortatus. Ego te cardinalibus iis, quibus opus esse video, merito tuo commendare non desisto; apud quos, non magis quia a me commendatus es, quam quia magnam ipse tui fecisti expectationem, magna etiam te in gratia esse, scito. nec vero dubito, quin omnium de te judicio respondeas. illud quidem vehementer & opto & precor, mihi ut aliquando praesenti tibi, rebus omnibus ornato, operam aliquam dare liceat, qua mirificum studium & observantiam meam, qua virum amplissimum patruum tuum colui, tibi praestare possim. Vale. Romae.

X I.

Otho Truchses Card. Augustanus Episcopo Bambergensi.

Pii quarti praeclara summi pontificatus initia magnorum reip. christianae commodorum spem ostendere, significat. 2. mart. 1560.

QUem superioribus meis unis & alteris literis tibi de Pii IV. pontificis max. renunciatione (a) jucundissimum attuli nuncium, eum & tibi ipsi & bonis omnibus posthac spero jucundiorem futurum. nam incredibile est, quam is vir, & optimus, & omni tum doctrinae tum usus atque exercitationis genere regendae reipub. peritissimus, omnium de se opinioni judicioque respondeat. elucent enim ejus non modo religio ac sanctitas, sed justitia & aequitas; cujus ipsum aequi, atque humani divinique juris consultum esse, omnes intelligunt. accedit ad illas virtutes mira quaedam ejusdem patientia ac benignitas in audiendo, comitas in respondendo, in cognoscendo ac satisfaciendo commoditas & suavitas admirabilis. ac proxime

 qui-

(a) Pius IV. antea Joannes Angelus Medices, mediolanensis, renunciatus fuerat pontifex max. die 26. dec. an. 1559. Etsi autem nullus annus adscriptus sit huic epistolae neque in Gratiani neque in vaticano exemplari, ad hunc tamen, ad quem nos retulimus, eam pertinere, non est dubitandum.

b quidem Ferdinandi caesaris oratori (*b*), qui ei ipsius caesaris nomine debitum ac solemne obedientiae & gratulationis officium reddidit, ita respondit, ut nihil neque in voluntate ac studio tuendae ac propagandae apostolicae fidei ac dignitatis, pro qua vitam (si res postularit) sine ulla recusatione positurum se, affirmavit, neque in amore & charitate in caesarem cupidius aut ardentius esse posset. quare tali pontifice max. jure ac merito laetaris, maximasque Deo pro hoc ejus in christianam ecclesiam divino & immortali beneficio gratias agis. cujus rationis & consuetudinis, quae tua & spectata fidei integritate, & amplissimo tum genere tum sacerdotio dignissima est, te quotidie majores ac justiores causas habiturum, confido. Rem vero tuam actum iri spero primo quoque senatu; in qua & in omnibus, quae ad te tuamque ecclesiam pertinebunt, nunquam desiderabis operam, studium aut diligentiam meam; quibus equidem cum tantum contendero, quantum potuero, minus tamen mihi semper videbor effecisse, quam quantum tua tuorumque omnium causa cupio. Vale. Roma. VI. nonas martii.

(*b*) Fuit is comes Scipio de Arco, de quo, deque ejus hac legatione, illa sunt apud Pallavicinium *in Hist. concil. trid.* l.14.c.12.n.3. *Rendè il conte a' diciassette di febrajo ubbidienza al pontefice nel concistoro a nome di Cesare: e in riguardo sì dell'oratore, ch'era camerier maggiore di Ferdinando, e suo principal favorito, sì del principe, che con tanta prestezza e osservanza il mandava dopo i dispiaceri sofferti dal preceduto pontefice, hebbe egli insolito onore d'alloggiamento in palazzo. Dalla parte cerimoniosa passò il conte alla negoziosa, e richiese la celebrazion del concilio .... e trovò, che in questo il papa non solo gli consentiva, ma il preveniva, havendone fatta spontanea dichiarazion co' cardinali.*

X I I.

a Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero. (*a*)

a. mart. 1560. *Cromerum gnesnensi archiepiscopo in legationis ad Ferdinandum caesarem munere a Sigismundo Poloniae rege collegam adjunctum esse, gratulatur. Stanislaum Hosium, varmiensium episcopum, ad eumdem caesarem a Pio IV. nuncium apostolicum designatum esse, significat.*

TAmetsi studium & amorem erga me tuum ita cognitum ac perspectum habui semper ex eo die, quo te, Augustae cum esses, ad amicitiam meam contulisti, ut res literarum confirma-

(*a*) Manifestum nostri exemplaris & vaticani codicis errorem, ad an. 1562. hanc epistolam in ejusdem calce referentium, correxi ac sustuli. agitur in ea de

firmatione non egeat, tamen, quando iſtud etiam officium ab eadem tua ſingulari humanitate profectum eſt, quae te mihi tum mirum in modum adjunxit, ſane mihi tuae literae jucundae fuerunt; praeſertim cum me docuerint, te, in praeclari iſtius officii munere Viennae retentum, gneſnenſi archiepiſcopo (*b*), praeſtanti b viro, collegam adhibitum eſſe. etenim maximi iſtius negotii procuratio digniſſima eſt virtute, prudentia ac facultate tua; quae probata regi, ſpectata omnibus in re ampliſſima, ſummis chriſtianae reip. principibus grata, multis utilis, tibi honorifica, vel honeſtum otium requirere vix debet. erit vero tibi iſta manſio ob eam etiam cauſam quavis deceſſione jucundior, quod duorum ampliſſimorum tibique amiciſſimorum virorum ſermone & conſuetudine fruaris (*c*): quae, mihi crede, animorum & c conſiliorum conjunctio ac familiaritas inſtar vitae habenda eſt. ac varmienſis quidem epiſcopi, mihi omnibus nominibus chariſſimi hominis, religionem, probitatem, Romae ſcito eſſe in ore & amore omnium. quamobrem Pius quartus pontifex max. prudentiſſimus & optimus virtutis aeſtimator, omnibus ejus judicium approbantibus & collaudantibus, unum illum delegit, quem & tanto muneri utiliter & ſalutariter gerendo accommodatiſſimum, & caeſari probatiſſimum intelligeret. ſalvum & incolumem illum germanis populis conſervet Deus. neque enim dubi-

de Hoſio, epiſcopo varmienſi, nondum cardinale: quo honore auctus fuit die 26. febr. an. 1561. ad quem annum ne pertinere quidem ea, ſiquidem eſt poſt februarium ſcripta, poteſt. ante annum autem 1560. nullas Pogianus noſter cardinalis auguſtani nomine litteras ſcripſit. reliquum eſt igitur, ut ad hunc ipſum annum 1560. pertineat. Mirandum eſt, quum plurimae ad Martinum Cromerum in noſtro exemplari, eaedemque in vaticano etiam codice, reperiantur epiſtolae, in earum pleriſque mendoſe annum, quemadmodum in hac, fuiſſe adſcriptum: id quod, ad ſingulas quum venerimus, planum faciemus. Porro Cromerus, polonorum eruditiſſimus (quod ejus tam multa, quae edita ſunt, opera teſtantur, illud praeſertim *de origine ac rebus geſtis polonorum*), legatione Sigiſmundi II. Poloniae regis, apud caeſarem hoc tempore fungebatur; eratque Hoſii amiciſſimus; cui etiam in varmienſi epiſcopatu (cujus primum adminiſtrator, deinde adjutor, Hoſio vivente, fuerat) eo Romae mortuo an. 1579. ſucceſſit. plura de eo vide, ſis, in Treteri opere *de epiſcopis eccleſiae varmienſis*, & in *Vita cardinalis Hoſii*, a Stanislao Reſcio conſcripta, & Romae anno 1587. vulgata, lib. II. cap. XXXIV. pag. 215.

(*b*) Is ſerat Praerembius: namque ita in epiſtola *Hoſium tuum*, infra recenſenda, a Truchſeſio nominatur. Viennae cum Cromero Poloniae regis legationem obibat. ad eum non unas card. auguſtani litteras ſuis locis daturi ſumus.

(*c*) Legendum ſuſpicor, *fruêris*. nam nondum Hoſius Viennam venerat, immo necdum Roma, haec cum ſcribebantur, diſceſſerat. Quod ſi *fruaris* retinemus, tum pro *frui poſſis* accipiendum eſt.

dubitandum est, quin is, pontifice max. ac caesare, Dei benignitate, consentientibus & conspirantibus ad communem ecclesiae catholicae utilitatem dignitatemque tuendam atque amplificandam, florentissimae provinciae maximum afferre possit adjumentum. quo minus vereri debes (d), mi Cromere, ne homini, externo & absenti, propter ambitionem ab ejus obtrectatoribus paretur invidia. primum enim quis ejus vitae, fidei catholicae, eruditioni, integritati velit aut possit obtrectare? deinde non tam multi hic sunt alienae laudis hostes, aut honoris invidi, quam excellentium virorum, varmiensisque nostri similium, fautores & amatores. tum, si etiam aliqui sint, quorum aciem animi tanti viri splendor praestringat, hujusmodi homines, in summa & pontificis max. justitia ac vigilantia, & amplissimorum praeterea virorum cura ac studio, vel sanctissimam ipsius existimationem tentare non audebunt, vel, si quid moliti fuerint, statim opprimentur. in iis, qui pro varmiensis fama & gloria propugnabunt, profiteor, me semper voluntate & labore principem fore. qui quidem varmiensis etsi mihi, quam sit merito suo, commendatior esse non potest, tamen, nescio quomodo (e), accessit cumulus commendationis tuae. quinetiam, quod eum a te unice diligi video, tui ipsius, cujus causa omnia cupio propter tuum in illum ipsum studium & amorem, factus sum amantior ac studiosior. quamobrem a te peto, ut, si quid erit, in quo me tibi usui esse posse intelligas, id a me tuo jure fidenter postules. Vale. Romae. VI. non. martii. M. D. LX. (f)

XIII.

(d) Idem vereri se, Cromerus ad cardinalem Puteum scripsit, atque hoc ab eo responsum accepit in litteris, die 20. hujus mensis datis: *Quod autem vereris, ne absentis Hosii existimatio aliquorum obtrectationibus atque invidia laedatur, jubeo, te de ea re bono esse animo. ita enim summo pontifici universoque cardinalium collegio admirabilis Hosii virtus & probitas, cum summa eruditione & pietate conjuncta, nota jampridem & spectata est, ut nullis unquam hominum improborum studiis fieri posse arbitrer, ut de illius egregia apud nos existimatione quidquam detrahatur. curabo ego tamen diligentissime semper . . . . ut omnes intelligant, neque meliore fide me, neque majore voluntate atque intentione unquam in mea ipsius dignitate aut tuenda, aut augenda laborasse, quam in unius Hosii defendenda atque ornanda laborarim antehac semper, atque in posterum sim laboraturus &c.*

(e) Omnino heic aliquid desideratur. scripsisse Pogianum puto: *nescio quomodo mihi factus est commendatior, quod accessit &c.*

(f) 1562. exempl.& cod. vat. Emendavi, & emendationis causas in prima adnotatione attuli.

XIII.

Otho Truchses Card. Augustanus N. Truchses fratris filio. (a)

Ad studia cum pietatis, tum litterarum cohortatur.

a

fort. 2. martii 1560.

EA est fortuna nobilitatis, nullum ut in illo splendore non factum modo, sed ne dictum quidem, in utranque partem obscurius esse posse videatur. quam sane conditionem & quasi legem quandam amplitudinis generis ac familiae nobilibus hominibus constitutam videmus, ut in oculis & ore omnium fere sint. quare etiam de eorum vitae ratione multorum & literae & (b) nuncii longissime perferuntur. quod quoniam mihi nunc in te usu venit, quem & bene valentem esse, & virtuti ac literis diligenter studere percrebrescit, cum hujus & bonae de te famae & laetitiae nostrae te certiorem faciendum (c) putavi, tum ita esse valde sum laetatus. non enim dubito, quin, quod domesticis exemplis, natura & voluntate tua libenter facis, facturus etiam sis libentius, cum laudem tuam Romae bonorum sermone celebrari intelliges: praeclara enim ingenia ad virtutem gloria magis incitari solent. quamobrem tibi magnopere auctor sum, ut urgeas studium & institutum recte vivendi tuum, operamque des, ut quotidie & hominum opinio & meum de te gaudium duplicetur. quod facile consequere, si, & ex qua familia ortus sis, saepius tecum reputaris, & majorum tuorum laudibus tibi necessario respondendum censueris; & (quod caput est) fide, spe, charitate, tanquam triplici quodam & indissolubili nodo, fretus, omnes & cogitationes & actiones tuas ad

b

c

(a) In exempl. haec erat hujus epistolae inscriptio, *Nepoti in Gallias*. Quinque omnino fuisse cardinali augustano fratris sive fratrum filios ex variis hujus voluminis litteris didici, Fridericum, Gebhardum, Carolum, Georgium, Christophorum: ex quibus Fridericum, in Gallias studiorum causa missum, Biturigibus aliquamdiu vixisse, ex iisdem litteris constat. ad eum igitur datam hanc epistolam, credibile est. De tempore multa mecum meditatus, & alias litteras ad hunc eumdem Fridericum a card. augustano datas, & certa die notatas, inter se comparans, statui, hanc ineunte mense martio anni 1560. datam. Vide superiorem epist. *Accipio omen* d. 18. febr.

(b) Omittit exempl.

(c) In exempl. sic legitur: *Faciendum putavi. non enim dubito quin quod domesticis exemplis natura, tum ita esse valde sum laetatus & voluntate &c.* contra quem locum Gratianus mendi notam in margine adscripserat: quod mendum nos, transpositis aliquot verbis, feliciter videmur sustulisse.

ad Deum direxeris. de me certe tantum tibi pollicebere, quantum a tui amantissimo patruo jure tuo potes & debes expectare; qui te etiam, si quid tibi in Gallia opus fuerit, & Guisio (*d*) coram (*e*), & per eum Lotharingio (*f*), cardinalibus amplissimis nostrique studiosissimis, ita commendavi, ut, quicquid ad eos retuleris, intellecturus sis, meam apud ipsos commendationem maximum pondus habuisse. Vale. Roma.

(*d*) Ludovico, sive, ut eum Gratianus in opere *de casibus virorum illustrium* appellat, Aloysio, Claudii (non, ut idem Gratianus ibidem ait, Caroli), primi Guisiae ducis, filio. crearat eum cardinalem Julius III. die 22. dec. an. 1553.

(*e*) Ideo *coram*, quia Romae proxime fuerat hic Guisius, iisque comitiis interfuerat, quibus Pius IV. pontifex maximus renunciatus est die 26. dec. an. 1559.

(*f*) Carolo, Ludovici illius fratri majori: quem Paullus III. die 27. jul. 1547. cardinalem crearat. Is vero comitiis illis non interfuerat.

XIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

2. mart. 1560.

Sententiam suam, de obedientiae, caesaris nomine pontifici max. praestitae, formula, declarat.

Etsi scio, te, & oratoris tui (*a*) & aliorum literis, quomodo res acta sit de obedientiae formula, cognovisse, tamen, quod ipse nullam in partem non solum ejus deliberationis aut consilii, sed ne communicationis aut cognitionis quidem, sum adhibitus (quod sane, pro ea, quam mihi habere voluisti, fide rerum tuarum, proque mea meorumque omnium perpetua fidelitate ac pietate erga te, mihi mirandum accidit) pro mei officii ratione & hoc ipsum, & quae mea de eo sententia sit, meis etiam literis tibi significandum putavi. neque vero,

(*a*) Scipionis comitis de Arco: de quo legando Ferdinandus ipse hisce verbis ad Pium IV. die 16. jan. hujus anni scripserat: *Porro, licet hoc triduo vel quatriduo hinc profecturus sit solennis noster orator, cui munus sanctitati vestrae, nomine nostro, qua par est submissione, congratulandi, debitumque & solitum reverentiae ac devotionis officium, more dominorum praedecessorum nostrorum electorum romanorum imperatorum, praestandi imposuimus, tamen, cum is non possit istuc pervenire tam brevi, quam nos vellemus, equidem teneri non potuimus, quin hasce litteras nostras praemitteremus, quibus saltem possit quadamtenus satisfieri ardentissimo nostro desiderio sanctitati vestrae animi nostri candorem quam primum contestandi .... De qua quidem nostra studiosissima intentione ac filiali erga sanctitatem vestram & sanctam apostolicam sedem observantia & devotione &c.*

vero, si quid ad me relatum fuisset, suasissem, aliter esse dicendum in oratione, quam dictum est; quinetiam, ratione commotus, adductus praeterea consuetudine ac testimoniis superiorum imperatorum, quorum eo in genere extant exempla permulta, maxime autem conscius religionis ac pietatis tuae erga pontificem max. & hanc sanctam sedem, censuissem utendum esse claris & illustribus *obedientiae* nominibus (*b*), quae, quo plus humilitatis summissionisque declarant, eo plus tibi afferunt dignitatis & gloriae. ut enim est christianus ac romanus imperator secundum pontificem max. omnium christianae reip. principum honore, & omni amplitudinis atque excellentiae genere princeps, sic ipsi Christi vicario, cujus est maximus & amplissimus filius, majorem debet obedientiae cultum; quo tribuendo non modo aliis, sed se ipso etiam quodammodo major & amplior & est & habetur. tali te animo ac mente semper fuisse, nemini, in vitam ac mores tuos intuenti, dubium esse potest; mihi certe exploratum est. quare, cum etiam nemini concedam, qui existimationem tuam & laudem chariorem habeat, quam ego, cumque eam potissimum contineri intelligam perpetuitate religionis, & constantia observantiae atque obedientiae erga sedem apostolicam, etiamsi nemo mecum de iis, quae ad hoc oratoris tui officium pertinerent (quod, ut dixi, equidem demiror), nisi perfecta re, contulit, tamen & mihi ipse persuadeo, & praedico apud omnes, te plus pontifici max. re semper esse praestiturum, quam quantum in verbo *obedientiae* desiderari potuisset; & reliqua verba majorem, aut certe eandem, ejus (*c*) animo vim ac significationem habuisse. itaque omnipotentem ac beneficentissimum Deum ex animo precor, ut omnibus optatis tuis de te, deque christiana ecclesia respondeat. caete-

(*b*) Apparet ex hoc loco, Ferdinandi imperatoris legatum Scipionem de Arco in sua nomine caesaris oratione, quam ad Pium IV. die 17. febr. habuerat, a concepto receptoque *obedientiae* verbo abstinuisse; & in ea re neque cardinali augustano, neque fortasse aliis ecclesiae romanae principibus satisfecisse. Tale quidquam ab illo legato commissum, negare videtur Pallavicinius in *hist. concil. trid.* lib. XIV. c. 12. n. 2. Sed ex hac Truchsesii epistola manifestum est, *obedientiae* vocabulum adhibitum ab oratore non fuisse, idque vulgo desideratum esse; de cujus praetermissione admonendum a se hisce litteris Ferdinandum, idem Truchsesius existimavit. At vero in binis orationibus, quas ad eumdem Pium quartum Pogianus noster per haec ipsa tempora habuit, alteram Sebastiani, Lusitaniae regis, alteram equitum rhodiorum nomine, *obedientiae* illa vox adhibita disertim est. Utramque autem post martii mensis epistolas legendam infra exhibebimus.

(*c*) Mendi notam Gratianus adscripsit. Fortasse legendum est *in ejus* (scilicet *oratoris*) *animo &c.* Vaticanus codex cum nostro exemplari concordat.

d caeterum (*d*) enim & mihi ipse & caeteris polliceor omnibus, te fide, obedientia omnique officii & observantiae genere in pontificem max. omnium omnis memoriae imperatorum laudi-
e bus responsurum. Vale. Romae. VI. non. martii. M. D. LX.(*e*)

(*d*) Positum videtur pro *reliqua*, hac sententia: Reliqua enim, te nempe fide &c. omnium imperatorum laudibus responsurum, & mihi ipse & caeteris omnibus polliceor.

(*e*) Omittit cod. vat.

X V.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. imperatori.

18. martii 1560. *De Pii IV. propenso erga Germaniae salutem animo. De varmiensium episcopi ad caesarem profectione.*

COmmodum ad te proximas literas dederam, cum mihi literae redditae sunt, multo tristiores, quam illae superiores fuissent, de motu ac tumultu Germaniae nostrae, deque perniciosis haereticorum consiliis & insidiis, quas catholicis principibus compararent. continuo rem detuli ad pontificem max. eumque oravi & obsecravi, ut in florentissimam istam ecclesiae partem, quae in tanto ruinae periculo versaretur, patriam suam curam potissimum conferret: qui nullum omnino precibus meis locum reliquit, seque ita mihi patefecit, ut ejus animum promptum & alacrem perspicerem ad tuendam religionem, ad te fovendum & ornandum, ad catholicos principes, quacunque re posset, adjuvandos. quam sententiam etsi antea semper aperuit, ut nemini dubium esse posset, quin ei quies & incolumitas reip. praesertim vero Germaniae nostrae, hoc ejus gravissimo tempore, maximae curae esset, tamen nunquam fortasse pluribus aut luculentioribus verbis exposuit. egi ei gratias, quantas maximas potui, in primis tuo nomine; in quem nullum signum praetermittit declarandi studii atque amoris sui. quae quidem omnia a viro optimo & homine doctissimo, quo
a is utitur internuncio, episcopo varmiensi, qui cras (*a*) proficisce-

(*a*) Profectum tamen non postridie, sed tertio post die, Roma Hosium didi[c]i ex cardinalis Putei litteris ad Cromerum, die 20. hujus mensis datis: *Ad proximas*, inquit, *litteras tuas* ... *ideo serius respondi, quam forte cuperes, quod Stanislaus Hosius tuus, idemque noster, ita jam se ad iter parat* (fort. *parabat* vel *pararat*), *ut in singulas pene horas suspicari possem, illum profecturum: qui tamen ante hunc diem profectionis consilium explicare non potuit.*

ciscetur, coram melius cognosces. Vale. Roma. xv. Kal. aprilis. M. D. LX. (b) b

(b) Vaticanus codex anno 1563. hanc epistolam adscribit: barberinianus autem anno 1559. uterque sane mendose.

XVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

Roma Viennam profectum Hosium faustis ominibus prosequitur. 23. martii 1560.

QUam mihi saepenumero dari cuperem facultatem salutandi tui, oblatam hoc tempore non praetermittam. nactus igitur hanc occasionem tabellarii, quem ad te mittit Carolus cardinalis Borromaeus cum capitibus & commentario publicarum actionum tuarum, tribus his versiculis mihi te & salutandum, & optimis ominibus prosequendum putavi. te vero quaeso, ut, quod commodo tuo facere possis, nos de progressu interdum tuo facias certiores. ego interea & Tobilium (a) urgebo, & reliquas facultates legationis tuae; &, ut tota haec ratio expediatur, operam dabo. tibi quidem facile ac felix iter precamur; speramusque, viae ducem tibi futurum Deum, cujus in tantam causam, tantis & animi & ingenii facultatibus instructus, summa bonorum voluntate, proficisceris. Vale. (b) x. Kalend. aprilis. M. D. LX.

 XVII.

(a) Mendi notam contra hanc vocem adscripsit in exemplaris nostri margine Gratianus: & est sane mendosa vox illa *Tobilium*. Ego *jobilaeum* sive *jobelaeum* legendum puto. nam, tale aliquid impetrari sibi a pontifice max. per card. augustanum, Roma proficiscentem Hosium voluisse, credibile est. Non levi argumento illa esse possunt ex card. Putei ad eumdem Hosium litteris, XI. Kal. maji datis: *Scribis, te in itinere quotidie anxium expectasse a nobis litteras cum mandatis, facultate, & indulgentia ... putoque jam ad te missas* (facultates) *una cum indulgentia*.

(b) Etsi nulla in exemplari nostro loci, unde data est haec epistola, mentio fiat, tamen Roma datam nemo non videt.

XVII.

N. N. Comiti Tarnovio. (a)

23. martii.

Sua studia atque officia commemorat.

FAcit summus amor meus & incredibilis in te observantia, ut, cum tot meis literis italice scriptis schedulam adhuc a te elicere non potui, eam ut aliquando exprimam, magno meo & labore & dolore latine scribam. neque vero latinam epistolam plus ponderis apud te habituram arbitror, quam literas italo sermone conscriptas, qui, propter excellens ingenium, omnium nobilissimarum linguarum habes intelligentiam. sed ideo feci, ut nihil praetermitterem, quo fides & pietas mea, quam domi, foris, terra, mari, omnibus & locis & temporibus tibi praestiti, constet etiam magis, cum, me novo hoc & laborioso scribendi genere usum esse, videris. Si quid accedere potest ad meum in te studium, quod cumulatissimum mihi semper visum est, hac nostra locorum diuturna disjunctione accessit. utinam de tuo in me animo nihil detractum sit! quo nihil mihi gravius aut molestius posset accidere. vellem quidem certe italorum principum amicitias coluisses. tantum enim, meo judicio, profecisses, ut Poloniae rex tua opera Barii (b) possessionem retineret. quod si tecum colloqui possem, tibi verissimis ratio-

(a) Nullam habebat in exemplari haec epistola anni notam. De morte ejus, ad quem scribitur, extat consolatio cardinalis Truchsesii ad Jo. Christophorum, Joannis filium, in ejus litteris die 26. jul. an. 1560. Roma, itemque altera cardinalis Putei ad eumdem, in litteris, die 19. ejusdem mensis atque anni indidem datis. itaque, non ante hunc annum datam esse hanc nostram, necesse est. Quo autem? Certi statuere nihil possum. ei tamen hunc locum dedi, siquidem aliquem debebam dare, non aliam ob causam, nisi quod superiorem card. Truchsesii ad Hosium eodem die Roma datam animadverti; quo potuit etiam haec eidem illi tabellario, qui in ea significatur, extra ordinem in Germaniam misso, ad Tarnovium in Poloniam sive perferenda sive transmittenda dari. nam, si diem, quo Roma in Poloniam litterae certis atque ordinariis tabellariis tum dabantur, sequi voluissem, revocare hanc epistolam ad annum 1555. debuissem: quo anno in illum diem decimus Kalendarum aprilis, quo die haec data est, incidit. Sed habui probabiles causas, cur ab eo anno discederem: cur autem easdem non heic afferrem, praesertim ad alia properans, nullam habere satis probabilem mihi sum visus.

(b) Quam facultatem retinendae Barii possessionis ac laudem anonymus hic noster Tarnovio tribuit, eamdem a Stanislao Clodinio alteri polono Petro Baraio tributam animadverti in litteris ad Hosium die 15. dec. 1565. datis, & in

Digitized by Google

rationibus ita esse demonstrarem. sed de mea erga te perpetua benevolentia & observantia nihil attinet plura scribere; siquidem nullo scripto, quanta res est, exprimi potest. tantum dicam, me operam dare, ut, quacunque re possum, polonis omnibus gratificer tua causa. etsi Joannes Zaboroschius (c) in me adeo ingratus fuit, ut non modo non solverit, quos a me Bononiae mutuatus est, centum aureos nummos, ea lege, ut tertio mense redderet (sic enim testata res est ejus chirographo), sed ne ad literas quidem meas rescripserit. quamobrem a te peto atque conten-

in *Tabul. eccl. rom.* pag.400. relatis: *Multa*, inquit, *alia praeclara in animum induxerat* (Pius IV. pont.max.); *sed immatura mors obstitit, & bariense negotium fortasse ejus opera confectum fuisset, si Petrus Barsi eo vivente huc missus fuerat*. Sed neuter adhibitus ad hoc negocium fuit; nec, si fuisset, quidquam, opinor, profecisset: quod quidem negocium hujusmodi fuit. Sigismundi Augusti, Poloniae regis, de quo in nostra hac epistola agitur, mater fuerat Bona Sfortia, Joannis Galeatii Sfortiae, mediolanensium ducis, & Isabellae aragoniae, Alphonsi II. neapolitanorum regis, neptis, filia, ac Sigismundi I. Poloniae item regis, conjux. Huic Bonae, praeter rosciaensem in Calabria principatum, bariensis etiam in Apulia ducatus parentum hereditate pervenerat. cum autem, exstincto viro anno 1548. (non 1554. quod Gratianus libro XVIII. *de scriptis invita Minerva* falso prodidit: quem nos errorem in illius operis florentina editione curanda non animadvertimus) Sigismundus Augustus filius contra matris voluntatem Barbaram Radgivillam uxorem duxisset; Bona filii factum contumeliam suam rata, ab eoque incredibiliter abalienata, non modo e Polonia extremo anno 1555. excessit, in Italiamque se ac Barium mense majo insequentis anni recepit, sed & rosciaensis principatus, & bariensis ducatus non filium, sed Philippum II. hispanorum neapolitanorumque regem, heredem mense novembri an.1557. moriens reliquit. Sigismundus, re cognita, Joannem Visoczskium, qui tum sua apud Paulum IV. pont. max. legatione fungebatur, Neapolim confestim ire jussit, & maternam hereditatem illam, tamquam sibi debitam, ex jure petere instituit. Res, diu multumque privatis litium actionibus agitata, quum convenire tamen non posset, tandem tum ipsius Sigismundi tum Philippi voluntate ad Ferdinandum caesarem, tamquam ejus disceptatorem atque arbitrum, delata est; qui, adhibitis juris peritissimis viris, Thoma praesertim Anellio salernitano, litem ad extremum Philippo adjudicavit. Sigismundo tamen aliqua hereditatis illius sextula fuisse videtur adspersa. ex hujus enim voluminis non unis litteris intelligimus, aliquot illi aureorum millia a Philippo rege ex suis regni neapolitani reditibus, singulis annis coepisse persolvi. Vide Truchsesii epistolam *Cum ab optimis* 18. oct.1560. & alteram *Adductus sum* 6.mart.1563.in qua, praeter caetera, illa sunt: *De pecunia autem, quae illi* (Sigismundo Augusto) *a Philippo rege debetur, ita laboravi ... ut egerim de ea re vehementer & coram & per literas cum Philippi regis legatis ... ut negotium confici posset. Est aliquando* (*Deo sit gratia*) *confectum; conventique inter ipsos reges, ut tribus pensionibus pars ejus pecuniae regi vestro* (Sigismundo) *solvatur. ac pensio prima, ut opinor, jam soluta est. reliquae sunt duae, altera mensis maji, augusti altera*.

(c) Fort. *Zborovvskyus*.

Digitized by Google

contendo, ut jubeas, mihi ab illo satisfieri, vel, si ita tibi videtur, ut de re nullum praeterea verbum faciam, id mihi significes. idem enim & sum, & ero posthac, qui fui, cum totum me contuli ad arbitrium ac voluntatem tuam. Vale. Romae. x. Kal. aprilis.

Nunc, quod polliciti sumus in adnotatione 2. ad epist. *Etsi scio*, die 2. martii mensis datam, exhibituros nos binas Pogiani orationes, ad Pium quartum alieno nomine per haec ipsa tempora habitas, jam praestandum est.

Julii Pogiani ad Pium IV. Pont. Max. Oratio I. Regis Lusitaniae nomine.

SI, Pie pontifex maxime, laetitiae voluptatem eam, quam ex pontificatus tui optatissimo nuncio omnes christiani nominis reges ac principes tulisse, frequenti ex hoc loco praedicatione celebratum est, religionis ac pietatis laude metiri voles, Sebastianus (*a*), Lusitaniae atque Algarbiorum rex, principem sibi ejus laetitiae locum suo jure vindicabit. quod Laurentius Pirez, regius orator, vir & regis sui & regum omnium existimatione ornatissimus, ita praedicat, ut mihi, vesperi recusanti hoc dicendi munus propter angustias temporis, necessitatem brevitatis meae, non excusationem modo, sed jucunditatem habituram, affirmaret. nam hujusce rei testes, & sua conscientia fretus, & tua atque amplissimorum patrum approbatione confisus, tantummodo se meo ore dicebat allegaturum ad te, christianae fidei ac religionis ducem & principem, fidem ac religionem ipsas, quae se ab Portugalliae regno ac (*b*) regibus summo tum studio susceptas, tum honore atque observantia perpetuo cultas jam inde a prima sui memoria, sine ulla unquam impietatis aut superstitionis offensione, testarentur: quae se inde deductas in ultimas austri atque orientis solis partes, eodem commemorarent clarissimum solis justitiae lumen intulisse: quae regiis classibus, sanctissimae Petri navis quasi fidelissimis ministris, innumerabiles gentes, turbulentissimis errorum fluctibus ac procellis agitatas, in hunc salutis portum transtulisse narrarent. is igitur, brevi oratione mea, lusitanorum regum atque

(*a*) Alphonsi & Joannae, Caroli quinti caesaris filiae, filius, Joannis tertii, Lusitaniae regis, nepos, regnum anno 1557. vixdum quinquennis adeptus. De eo, ac potissimum de infelici ejus, in africana contra Eumonucum expeditione anno 1578. suscepta, exitu vide Gratianum libro v. *de script. invita Min.* sub ipsum initium.

(*b*) *a* exempl. Emendavi: *ac* proxime addidi ex ingenio *testes*.

Digitized by Google

atque hominum fide ac religione constituta ante oculos tuos, teque ad veritatis (c) memoriam revocato, sperat tibi (d) facile fidem factam praecipui ejus gaudii, quo in pontificio tuo honore rex ipse, regnumque Lusitaniae completum est. non enim dubitat, quin tibi persuadeas, id quod verissimum est, hoc laetissimo nuncio tantas in Lusitania Deo optimo & gratulationes factas, & actas gratias, quantae maximae aut ab ullis gentibus tali in re, aut ab illa ipsa gente ullo unquam tempore fuerint. nimirum intellectum est, singulare istud patrum de te judicium divino numine mirabiliter comprobatum fuisse, cum sub illud ipsum tempus, quo pontifex max. creatus es, reipublicae pace (e) firmata, tanta sit facta significatio Dei placationis, & in nos benignitatis. quibus initiis fore confidunt, ut reliqua consentiant. neque enim in tot tantisque virtutibus tuis, quae novum novis deinceps oratoribus dicendi de te dabunt argumentum, locus esse potest de tua voluntate dubitandi. nam, qui velle te omnia christianae reipublicae causa, impeditis etiam reipublicae temporibus, libere professus es, nunc, cum tantum potes, quantum semper voluisti, profecto eandem voluntatem in summa facultate praestabis. qua spe & opinione ductus regius hic legatus, vir omni & religionis & belli ac pacis laude cumulatus, optimi ac praestantissimi regis sui nomine, qui puerili aetate (f), sed virili animo jam nunc ad summam majorum suorum gloriam contendit, sanctitati tuae & debitum ac solemne hoc obedientiae atque observantiae officium praestat, & regias opes ac facultates singulari studio pollicetur ac defert. quem tu, Pie pontifex maxime, regem cum singularibus his praecipuis de causis, sicuti optimum atque amplissimum filium, charissimum habere debes, tum propterea etiam eximia quadam gratia & charitate complecti, quod istam pietatem, nomine pontificatui, re aetati tuae aequalem (g), a majoribus suis tum re tum nomine (h) usurpatam, sibique traditam, mirifice colit & ob-

(c) An potius *vetustatis*? Sed ne sic quidem satis curationis loco, non in hac tantum parte fortasse saucio, afferretur.

(d) *sibi* exempl. Emendavi.

(e) Illam pacem significat, quae, post atrox diuturnumque bellum, die 3. apr. an. 1559. inter Philippum II. Hispaniarum, & Henricum II. Galliarum reges, Cameraci conciliata est.

(f) Agebat tum Sebastianus aetatis annum circiter octavum.

(g) Pietatem pontificatui Pii quarti *nomine aequalem* dicit ob eam rem, quod, quum ante pontificatum *Joannes Angelus* vocaretur, inito pontificatu *Pius* dici est coeptus. rursus eamdem pietatem aetati ipsius *re aequalem* dicit. quod is pietatem omni aetatis suae tempore factis vitaque coluerit.

(h) Pietatem a Sebastiani regis majoribus *re usurpatam* quid sit, omnes intelligunt: *nomine* vero *usurpatam* quid

& observat. Lusitaniae vero regnum, & illos homines, catholicae fidei atque hujus apostolicae sedis in primis colentes & observantes, tua admirabili benignitate fovendos & ornandos putabis: qui, quoniam, propter summam religionis constantiam, qua in tanta locorum disjunctione cum hoc sanctissimo capite nobilis illa ecclesiae pars conjunctissima semper fuit, interdum existimant, principis illius apostolorum preces (i) de perpetua hujus urbis fidei integritate a Deo auditas, ad se quoque pertinuisse, digni videntur esse, in quos voluntas propensior sit Christi vicariorum. etenim divinitus plane factum est, ut, qui homines, navalis belli disciplina atque opportunitate praestantes, tot nationes a nobis non magis vastissimo atque immenso mari separatas, quam religione & institutis differentes, aut armis superaturi, aut rationibus ab illa vitae confusione (k) ad verum pietatis cultum perducturi essent, christianae etiam fidei gloria semper excellerent. quo magis, pater beatissime, perspectae illius gentis cum in omnes pontifices maximos, tum vero maxime in te pietati tuam tribues gratiam. quod regius orator, regis sui nomine diuturnam tibi & vitam & incolumitatem precatus, a te summis precibus orat atque contendit.

quid sit, equidem non intelligo. intelligerem autem, si majores illi aut *Pii*, aut etiam *Sebastiani* (in qua voce, si ad graecam originem referamus, pietatis significatio inesse potest) appellati umquam fuissent. nunc lusitanorum regum nemo cognomento *Pius*, nemo, ante hunc Alphonsi filium, nomine *Sebastianus* est dictus.

(i) Nisi *principis apostolorum* appellatione Christum dominum designare Pogianus, valde id ille quidem nove neque satis castigate, voluit, manifestum est, de sancto Petro minime vere hoc dici. neque enim Petri illae preces, sed Christi de Petro fuerunt apud Lucam in *Euangelio* cap.22. v.32. *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*

(k) Cicero *de nat. deor.* lib.I. c.3. *In specie fictae simulationis, sicut reliquae virtutes, ita pietas inesse non potest; cum qua simul & sanctitatem & religionem tolli necesse est: quibus sublatis, perturbatio vitae sequitur & magna confusio.*

Julii Pogiani pro Equitibus Rhodiis ad Pium IV. Pont. Max. Oratio II. (a)

SI, quid hujus officii munus aut causa postulat, spectare voluissem, equidem, Pie pontifex maxime, supersedissem hoc apud sanctitatem tuam; difficili in primis labore dicendi. intellige-

(a) Hanc orationem non nisi in uno barberinianae bibliothecae codice 3389. reperi, scriptam mendosissime. quas mendas ex ea, editionis causa, sustuli (sustu-

ſigebam enim, & eam laetitiam, quam ex pontificatus tui renunciatione rhodii equites praecipuam tulerunt, deſiderare aliquod ſingulare genus orationis, & dignitatem tuam, aequalem honori, parem dicendi facultatem requirere. a qua eloquentiae laude cum mihi eſſem conſcius, me abeſſe plurimum, non commiſiſſem, ut infantia mea tantum de veritate detractum eſſe videretur. ſed mihi hanc dubitationem non nihil ſuſtulit ornatiſſimi ordinis cognita ſpes, maxime vero perſpecta ratio pudoris tui. etenim tu, tametſi publicas tuas privataſque actiones ita laus occupavit, ut eodem proceſſu tuos proſecuta honorum gradus, quo jam progredi poſſit vix habere videatur, tamen, quia virtutis fructum tua actione, non aliena praedicatione definis, dicendi difficultatem ſublevas verecundia audiendi. hi, quod ex iſto optatiſſimo nuncio ea ſunt affecti voluptate, quam hac gratulantium frequentia atque alacritate praeſeferunt, quicquid oratione mea minus expeditum fuerit, id ex his animorum ſuorum expreſſis imaginibus perſpectum iri, confidunt. itaque, cum Joannes Valletius, clariſſimae ſocietatis magiſter, vir cum admirabili prudentia atque animi magnitudine, tum religione ac pietate ſingulari, quod ipſe, propter comparationem & curam belli tripolitani, obedientiae munus obire non potuit, ad hunc Petrum Montium, rhodiorum claſſis praefectum, hominem & florentem honoribus, & ſpectata fide atque obſer-

(ſuſtuli autem non niſi quae minima litterularum mutatione corrigi poterant), de iis lectores deinceps monebo, codicis lectionem ipſam ex conſuetudine mea prodens. In orationis inſcriptione nihil mutavi; etſi mihi, non *pro equitibus rhodiis*, ſed *equitum rhodiorum nomine*, inſcribenda videatur. neque enim equitum illorum eſt haec apud Pium quartum aliqua defenſio, ſed eorum nomine ad eumdem gratulatio. Verum Paullus Manutius in epiſtola 9. libri V. ita Pogianum & hanc ipſam ejus orationem laudat, ut à priori illa inſcriptionis formula non abſtineat. ait enim: *Tua me ſcripta, in quibus excellentem quandam eloquentiae praeſtantiam elucere vidi, maxime vero praeclara illa pro illuſtri rhodiorum equitum ſocietate ad pontificem habita oratio, quam efferre laudibus nunquam deſino, in hanc ſententiam facile perduxit*. Porro illuſtris haec atque adeo illuſtriſſima rhodiorum equitum ſocietas, primum Hieroſolymis, ad excipiendos, qui eo religionis cauſa accedebant, peregrinos, ſaeculo duodecimo ineunte inſtituta, & S. Joannis hieroſolymitani atque Hoſpitalariorum nomine inſignita, Rhodum anno 1310. translata eſt, ex eoque rhodiorum equitum appellationem nacta, inde a Solimano, turcarum imperatore, anno 1522. cum Philippo Liladamo, ſocietatis magiſtro, pulſa, Melitae, Caroli V. romanorum imperatoris conceſſu, anno, non 1530. quemadmodum Muſantius in ſua *Face chronologica* ait, ſed 1526. conſedit. quo ex domicilio ac principatu equites *melitenſes* potius, quam *rhodii* conſequentibus aetatibus audierunt.

b obſervantia in ſanctam ſedem ampliſſimum (*b*), delegavit. is nunc mihi hanc neceſſitatem impoſuit exponendae legationis ſuae. quare, quod me legatus, quod caeteri equites, lectiſſimi viri, qui, te, Jeſu Chriſti vicarium, coram venerati, debitum ac ſolemne hoc ſanctitati tuae obedientiae officium deferunt, & magiſtri ſui & univerſae ſocietatis nomine facere voluerunt, de altiſſimo iſto dignitatis gradu ſimul tibi & Chriſti eccleſiae gratulabor. neque enim jandiu fuit chriſtianis hominibus major aut juſtior cauſa bene de communi utilitate ſperandi. ſiquidem antea ad conſtituendam rempublicam pontifices maximi ſaepe temporibus, pontificibus maximis ſaepiſſime tempora defuerunt. nunc, iſto ſingularis virtutis ac ſapientiae tuae praemio ampliſſimo, tibi ad hanc diem reſervato, in tantis animi
c atque ingenii tui facultatibus nulla praeterea facultas (*c*) deeſſe poteſt, tibi enim data eſt ea pax, ea tranquillitas, cujus magna libertate ſemper auctor, ſemper ſuaſor extitiſti: tibi praeſto ſunt ſtudia regum & principum chriſtiani nominis, quibus ad tuum
d arbitrium conſpirantibus (*d*), poteſtas item data eſt agendi Chriſti cauſam, & chriſtianae religionis ex tua atque ex ampliſſimi conſilii ſententia & auctoritate moderandae. huic ergo piorum
e omnium gratulationi ac profeſſioni ſe (*e*) nunc ſacri equites ſtudio & voluntate principes obtulerunt; qui, quoniam ſic perſuaſum habent, te vitae innocentia ad exemplum religionis, ſcientia ad diſciplinam, rerum uſu ad prudentiam pontificem maximum conſtitutum, & Dei in te immortali beneficio, & ſingulari patrum ampliſſimorum de te judicio reſponſurum, quod in tale tuum ac reipublicae optatum tempus inciderint, Deo, quantas maximas poſſunt, pia ac memori mente gratias agunt. nam
f ex eo tempore, quo clariſſimo religionis propugnaculo (*f*) cede-
g re coacti ſunt, noſtris poſtea hominibus (*g*) in civilem diſcordiam perniciemque converſis, ſoli paene relicti, ſoli oppoſiti efferveſcentibus atque erumpentibus in noſtra littora ponticis fluctibus; ſoli turcarum ac piratarum claſsibus appetiti atque oppugnati, caeleſti modo ſuſtentati praeſidio, non afflicti, non oppreſſi ſunt; ut primum in tuo ac piae pacis jucundiſſimo nomine rhodiorum virtus recreata videatur. itaque, pacatis jam tranquilliſque Chri-

(*b*) *ampliſſimam* cod. barber.

(*c*) conſtituendae nempe reipublicae.

(*d*) *conſperantibus* cod. barber.

(*e*) *ſi* idem.

(*f*) Rhodum ſignificat, anno, ut ſupra dictum eſt, 1522. a Solimano, poſt diuturnam obſidionem, die 25. decembris captam, & rhodios equites ejus inſulae poſſeſſione deturbatos.

(*g*) Chriſtianos populos, ac potiſſimum atrox illud ac diuturnum inter Carolum V. imper. & Franciſcum I. Galliarum regem, bellum intellige.

Christi populis, belloque translato in Africam, atque in visce-
ribus impiorum latronum excitato, sperant, se, regibus adju-
vantibus, auctore te, rem christianam ex sententia gesturos es-
se. non enim ignorant fortissimi equites, eam illustribus, cui
sunt initiati, crucis insignibus inesse ad deterrendum (*b*) vim, *b*
ut ipsam non minus aspectabiles religionis hostes, quam perdi-
tae inferorum mentes perhorrescant. & quidem res est testata
victoriis, celebrata monumentis; nullusque est christianae fidei
hostis in quavis ora maritima intra oceani ostium, cujus oculos
non caelestis ille fulgor praestrinxerit, non sacer aspectus vires
debilitarit. Religiosa militum cohors, vel ducum potius fortis-
simorum! praeclarae reliquiae quasi veteris fidei atque constan-
tiae! quae nullis unquam promissis adductae sunt, nullis coa-
ctae periculis, ut quicquam remitterent de studio defendendae
religionis, aut mentes ad impiorum dominorum jussa pre-
cesve (*i*) flecterent; sed aeque in sententia perstiterunt (*k*) vel *i k*
tuendae consuetudinis, vel animam in causa cum dignitate pro-
fundendi. quare sunt semper in speculis, atque in vigilia ac
praesidiis reipublicae vitam agunt. qui nunc ex clarissimis si-
gnis, quae in tuo honore observaverunt, ex summa omnium
generum atque ordinum cupiditate, firmaque opinione pontifi-
catus tui, ex patrum amplissimorum memorabilis illius no-
ctis (*l*) subita consensione, ex mirabili illa conjunctione, quod *l*
Christi natali die, quod summa reipublicae pace natus es Pius
pontifex maximus, intelligunt idem, quod caeteri, Deum tibi
propitium, nobis aliquando placatum, omnem spem commu-
nis salutis & incolumitatis ad pietatem ac sapientiam tuam con-
tulisse. qua in re licet eandem paene rationem patres amplis-
simi, in te pontifice maximo declarando, & reliqui omnes in
exoptando secuti sint, quod in singulis honorum tuorum gra-
dibus temperantiam domi, justitiam foris, prudentiam utrobi-
que, cum lenitate ac mansuetudine conjunctam, viderunt, ta-
men debes existimare, aliam quandam fuisse laudem, quae po-
puli cupiditatem, Dei in te studium maxime incenderit. boni-

 tas

(*b*) *deterrendam* cod. barber.

(*i*) *praecisire* idem.

(*k*) *praestiterunt* idem.

(*l*) *Persolutis*, inquit in *Vita Pii IV.* Ciacconius, *Paulo IV. pontifici novendialibus exequiis . . . cardinalibus* (corrige, *cardinales*) *quadraginta quatuor conclave in vaticano ingressi, post diuturnam quatuor mensium, ob varias dissensiones, pontificatus vacationem,* VII. *Kalendas januarii, hora inter septimam & octavam, quoe natalem Christi diem sequuta est, anno ineunte* 1560. *Joannem Angelum Medicem, cardinalem tituli S. Priscae, summum totius ecclesiae pontificem elegerunt.*

m tas ac beneficentia (*m*) tua, Pie pontifex maxime, qua tot hominum egestatem mendicitatemque sustentasti, tot Christi imagines, tot obsides nostrae erga illum pietatis salvos conservasti, illa primum te Deo commendavit; illius, illius fuit maxima suffragatio honoris tui; illi nos hilaritatem publicam, tu divi-
n num in te beneficium acceptum referre debes. nam te sacra (*n*) orbitas virginum ac puerorum, quae tua in primis vixit misericordia, te viduitas, te solitudo, te reliqua multitudo egen-
o tium (*o*), quam durissimis urbis temporibus aluisti, illa, inquam, te pontificem maximum, tutorem, parentem assiduis precibus impetravit. quorum incolumitatis & vitae subsidia quo provisa
p essent (*p*) in posterum, tibi Deus, in summa ista benigne faciendi voluntate, parem modo facultatem dedit. quamobrem beneficia tua, quibus ipse divinis honoribus auctus & ornatus es, augebis & ornabis in dies magis; maximumque inde & uberrimum capies laetitiae fructum, cum innumerabiles homines, quibus victum praebueris, non timore expressis, aut intermortuis, sed amore emissis, & clarissimis vocibus tibi vitam, tibi in-
q columitatem precantes exaudies. id tu, quoties (*q*) prodiisti in publicum, sentire potuisti, nos quotidie audimus; iidemque in-
r telligimus, ex animo amari te (*r*), coli, haerere in medullis tuorum, atque adeo Christi populorum, nimirum quos ipse diligis, charos habes, quorum incolumitati ac securitati consulis. Ergo, Pie pontifex maxime, in communi reipublicae triumpho jure

(*m*) *Prono*, inquit Onuphrius Panvinius in *Pii IV. vita*, vitis pontificum rom. a Platina scriptis subnexa, *ad misericordiam ingenio tum ex consuetudine ac sermone, tum ex rebus, quas gessit, semper habitus est. nam, praeter occultas largitiones, publice etiam quotidie omnibus inopia laborantibus & ostiatim victum quaerentibus, tantum ad sublevandas eorum miserias distribuebat, quantum pro diurno victu satis iis esse posset: ex quo pater pauperum vulgo vocari coepit: sed tum praecipue, quum urbe Tiberis inundatione, Paulo quarto, fame vexata, quicquid in horreis ad familiae suae annuum usum condiderat, liberaliter ad egenae plebis sustentationem primis mensibus deprompsit. Quum fraternam haereditatem adiisset, veritus, ne fratris causa, qui variis praefuerat bellis, aliqui bonorum suorum jacturam fecissent, reditum annuum aureorum mille ex fraterno censu magnae mediolanensium domui pauperum hospitali assignavit.*

(*n*) Adjunctum hoc *sacra* virginum ac puerorum *orbitati* tributum a Pogiano esse, non puto: neque tamen habeo aliud, quod ejus loco reponendum suggeram.

(*o*) *gentium* cod. barber.

(*p*) *essent, in posterum tibi &c.* idem.

(*q*) *quotiens* heic, & infra *totiens* idem.

(*r*) Panvinius in eadem Vita, *Pontifex*, inquit, *maximus creatus est omnium cardinalium suffragiis . . . tanta mortalium omnium, qui adfuerant, laetitia, quanta paucissimos antea ad ejusdem sacerdotii dignitatem pervenisse constat.*

Digitized by Google

jure tuo triumphas, & ex illuſtri omnium in te pietate ſolidam conſequeris gloriam, & jam nunc gaudia praecipis aeternae ſalutis. quo non magis tuo, quam praeſtanti eccleſiae bono, tum tibi tum eccleſiae gratulatur honeſtiſſimus, idemque hoſpitaliſſimus ordo equitum rhodiorum. At vero reliquae duae laudes, quae gubernationem reipublicae, & pontificatus maximi procurationem attingunt, quia teſtatae ſunt & illuſtres, idcirco ad te divinitus eſt delata materia, ubi expromeres & explicares illa maximarum inſtrumenta virtutum, quae natura donata, doctrina exculta, uſu perfecta haberes. non enim tu contendiſti ad honores, tranſitis (ſ), fortunae vi aut principum gratia, mediis gradibus, ſed, aſcenſu (t) a progreſſione virtutis & induſtriae facto, gradatim acceſſiſti; qui ex optima pueritiae diſciplina te ad gubernatricem orbis terrarum legum ſcientiam (u), & ad graviſſimarum artium ſtudia contuliſti (x); inde ad actionem publicorum munerum accerſitus, & ornatus a pontifice, omnium, quos ſuperior aetas viderit, & prudentiſſimo & maximo (y), bello ac pace, in omni genere negotiorum & urbanorum & provincialium floruiſti; nulla ut tibi, ne in iſto quidem altiſſimo dignitatis loco, nova aut inopinata forma rerum offerri poſſe videatur. perceptas enim & pertractatas habes omnes adminiſtrandi rationes: noſti cauſam pontificatus maximi, tenes eccleſiae diſciplinam, ſenatoriam conſuetudinem, morem epiſcopalem, ſacerdotum officia: regum denique ac principum, rerumque publicarum jura, pactiones, foedera, cognoſcendo ac ſtatuendo didiciſti. quare, quam in ſingulis reipublicae partibus, tanquam in membris ſalutariter curandis, prudentiam & gubernandi ſcientiam adeptus es, eam ut in toto corpore, & in hoc ſanctiſſimo imperii capite tuendo & conſervando adhiberes, tibi ſummam reipublicae patres ampliſſimi conſenſu incredibili commiſerunt. ergo

(ſ) id eſt, praeteritis.

(t) *aſcenſum* cod. barber. Feci *aſcenſu*, & infra addidi *facto*. ſed ſacramento non contenderem, ita plane Pogianum ſcripſiſſe.

(u) *ſcientia* idem.

(x) *Parentum cura liberalibus diſciplinis ab ineunte aetate imbutus, cum adoleviſſet, Papiae & Bononiae logicae, philoſophiae & medicinae ſtudiis primum, deinde juri operam dedit; ubi etiam Ruino praeceptore uſus doctoratus inſignia conſecutus eſt. poſtea in patriam reverſus & in juriſperitorum collegium cooptatus, aliquandiu induſtriae forenſi ſe dedit.* Panvinius.

(y) *Pontificatum*, inquit idem Panvinius, *Paulus III. adeptus, quum ejus viri* (Joannis Angeli Medicii) *non mediocrem in rebus gerendis dexteritatem noviſſet, multis eum publicis muneribus honeſtavit &c.* Vide apud eum reliqua de plurimis reip. partibus ab Joanne Angelo ante pontificatum maximum ſapienter ac feliciter domi foriſque adminiſtratis.

ergo singularem sapientiam tuam, animumque, in reipublicae
salute defixum, separatim antea cognitum, universi recognoscunt;
cum eos, pro tua excellenti memoria ac benignitate,
agnoscis, admittis, audis, laetos alacresque dimittis; cum, revocata
necessaria negotiorum cognitione & explicatione, quae,
diu intermissa ac propemodum abjecta, misere requirebatur, continuo
pontifex maximus rebus pariter & hominibus lucem affers;
z cum annonam levas, judicia dirigis; cum faves ingeniis (z);
cum studiis prospicis literarum; cum denique privatis singulorum,
& communibus omnium rationibus provides. Jam vero,
qui res humanas prudenter ac sapienter curas, quanta fide ac
religione divinas administras? ea, quae pontifice, & Pio pontifice
maximo, digna est, ea, quam temporum & morum ratio,
quam bonorum expectatio postulat. duxisti enim initium
purgandae ecclesiae, & constituendae religionis a disciplina sacerdotum.
qua in re praeclare tu quidem a capite orsus es, ut,
curante ac medente te, ad male affectas corporis partes salutare
remedium recte atque ordine permanaret. in istam te curam
& cogitationem incumbentem certatim reges ac principes
animis, opibus, copiis prosequentur: quorum in te pietas, &
flagrans studium propagandae religionis, quanquam apparet &
elucet, non solum ex frequentia atque amplitudine legationum,
sed ex singulorum professione voluntatis, atque honore verborum,
tamen eorum nemini cedit flos & robur hoc christianae
aa nobilitatis (*aa*), vel potius, quanto se intelligunt religionis necessitudine
sanctitati tuae conjunctiores esse, quam caeteros,
tanto cupidius ac studiosius praestantissimi equites universam vim
& corporis & animi & facultatum suarum ad arbitrium ac voluntatem
tuam conferunt; ac, si pontificibus maximis omni
obedientiae ac pietatis munere satis antea semper fecerunt, idem
sibi officium in sanctitate tua, quacunque re possunt, necessario
cumulandum putant, tum veteri memoria, tum majore etiam
spe tuorum in se meritorum. quamobrem ad jussum tuum illa
erit parata classis, illa prompta arma, illi equites expediti: qui
cum multa habeant pignora tuae erga se voluntatis, & recor-
bb dentur (*bb*), se non modo patrocinio ac beneficio tuo adjutos
& or-

(z) Etiam ante pontificatum fautor doctorum virorum fuerat. *Delectabatur*, inquit Panvinius, *in cardinalatu viris egregiis, literatis praesertim, eorumque consuetudine libentissime usus est, ita ut ejus mensa doctorum virorum quasi quoddam gymnasium esse videretur. quod ego, qui non semel interfui, meo ipse testimonio possum confirmare.*

(*aa*) Rhodios equites intellige.

(*bb*) *recordetur* cod. barber.

& ornatos, ſed etiam cognitione ac judicio, Julio III. ponti-
fice (*cc*) maximo, ex difficillima & graviſſima cauſa ereptos ac *cc*
ſervatos fuiſſe, jure, quantum tibi ad honorem, & ad prome-
rendi facultatem adjunctum vident, tantum (*dd*), pro tua ad- *dd*
mirabili benignitate, ſibi ad praeſidium & ornamentum acceſ-
ſiſſe, ſperant. quinetiam, quod duorum pontificum maximorum,
Pii iſtius nominis ſecundi, & Clementis Medicis, aucti ac de-
corati ſunt & muneribus & ornamentis, jucunda modo ducti opi-
nione felicis & nominis & ominis tui, in te, & Pio & Medice,
pontifice maximo, ſummam bonorum & commodorum ſuorum
ſpem collocaverunt. non enim dubitant, quin Chriſti militum
ſoboles, quos (*ee*) omnibus Chriſti vicariis religio ipſa foven- *ee*
dos (*ff*), ac beneficiis augendos tradidiſſet, tibi ſit & religionis *ff*
gratia ac paene voce, & ampliſſimorum patronorum ſtudio ac
diligentia commendatior; quique fortiſſimi viri (*gg*), in illa cu- *gg*
ſtodia reipublicae divinitus objecti nefariis (*hh*) chriſtiani nomi- *hh*
nis hoſtibus, toties eorum impetum a communi peſte prohibue-
runt, iiſdem ea jura, tua liberalitate, retinere liceat, quae ſunt
illuſtribus & glorioſis laboribus conſecuti. Haec eſt, Pie pontifex
maxime, ſumma tum gratulatio, tum expectatio pontificatus
tui; quem cum & ex tanto (*ii*) Dei in te beneficio, & ex vir- *ii*
tute tua, & ex temporum ratione, & ex his initiis conſiderant
fortiſſimi equites, magnopere confidunt, ex tantis tenebris ac pro-
cellis eſſe aliquando reipublicae lucem ac tranquillitatem reſti-
tutam. quamobrem, in communi omnium gaudio, ſingulari
quadam laetitia affecti ad eam etiam ſpem efferuntur, ut non
ſolum ad recipiendam Tripolim, cujus ſuſceptam oppugnatio-
nem, accepto pontificatus tui laetiſſimo nuncio, inſtructiſſima
claſſe vehementius perſequi coeperunt, ſed ad propagandos
deinceps eccleſiae fines, alicujus momenti felicitatem, maxi-
mi ponderis moderationem ac prudentiam tuam fore, arbi-
trentur. (*kk*) *kk*

XVIII.

(*cc*) *pontifici* id.
(*dd*) *tantam* id.
(*ee*) *quanti* id.
(*ff*) *fovendo ac ben ... augendo* id.
(*gg*) *juri* id.
(*hh*) *nefarii* id.
(*ii*) *tanti* id.
(*kk*) Aliquid omnino deſiderari videtur.

XVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

6. apr. 1560. *Quod litteras ex itinere ad se dederit, gratias agit: &, ut commodo valetudinis iter reliquum faciat, hortatur.*

EGO vero gratulor non minus Christophoro Madrutio, cardinali amplissimo, qui te, praestantissimum operarium, in amplissimam Jesu Christi messem summa omnium bonorum approbatione proficiscentem, ista lecticae opportunitate prosecutus sit, quam tibi, qui hoc incommodo anni tempore de commoditate illius ac (*a*) benignitate satis commode adhuc iter feceris. ac tibi quidem ipsi maximas de eo gratias ago, qui, ut primum Florentiam venisti, me de tuarum rerum statu tam diligenter atque amanter feceris certiorem. neque vero tibi, viro humanissimo, meique amantissimo homini, concesserim hoc amoris officium, ut prius tu me de tuis rationibus ex itinere docueris, quam ego te in itinere meis literis salutandum putaverim, qui (*b*) x. Kal. aprilis ad eundem te missurus diceretur cum commentario legationis tuae. quae res quamobrem postea refrixerit, nescio. illud quidem certo scio, pontificem max. tantum doctrinae, virtuti ac prudentiae tuae tribuere, ut nullis

(*a*) Addidi ex ingenio voculam *ac*. atque ita fortasse locum emendavi, contra quem mendi notam Gratianus in exemplaris margine adscripserat. Poterat etiam aliter locus emendari, vocem *commoditate* delendo, ut fieret *de illius benignitate satis commode &c.* Eam scripsisse Pogianum, credibile est, sed animadvertentem deinde, vocem *commode* sequuturam, respuisse, ac *benignitate* subdentem expungere tamen *commoditate* fuisse oblitum.

(*b*) Multo mendosior est hic locus in exemplari, quam superior: nec Gratianus mendi consuetam notam apponere praetermisit. Aliquid omnino desideratur, a librario per negligentiam praeteritum, quale hoc est: *quam ego te in itinere meis literis salutandum putaverim, qui statim post tuum ex urbe discessum* (contigerat autem is die 20. mensis martii) *ad te scripserim, literasque Carolo Borromaeo cardinali tradiderim, ut eas ad te perferendas curaret per eum tabellarium, quem* x. *Kal. aprilis ad eundem te missurus diceretur &c.* Videor mihi si non Pogiani verba, at certe cardinalis Truchsesii sententiam assequutus. significari autem puto superiorem epistolam *Quam mihi saepenumero*, die 23. mart. datam, quae scripta quidem fuerit, &, ut ad Hosium mitteretur, cardinali Borromaeo tradita, sed, propter tabellarii moram, vel non missa, vel serius, quam facto opus esset, missa. A vaticano codice in hac emendatione nihil adjutus sum. in mendum enim is cum nostro exemplari conjurarat.

nullis praeterea literis censuerit te esse docendum de ratione actionum tuarum, neque instruenda consilia tua; quae ea sunt, ut nullius admonitioni aut diligentiae locum relinquant. literas quidem pontificias, quae legationi tuae fidem & auctoritatem afferant, cum amplissimis legationis facultatibus, brevi habebis. tu vero commodo valetudinis tuae iter facies, & satis mature te ad caesarem perventurum existimabis, si salvus eo veneris. tua cautio, rei etiam cautio fuerit. hoc & probatum omnibus, & ipsi pontifici max. maxime ratum & gratum erit; ad quem postulatum tuum detulissem: sed mihi nonis aprilis vesperi, cum, dimisso senatu, domum rediissem, tua epistola reddita est. cras ad VII. id. aprilis (nam VIII. has ad te dedi) in sacris pontificiis mandatum tuum curabo diligenter, & a pontifice, ut tibi, ubi commodius fuerit, proximos festos dies secunda ejus voluntate agere liceat, spero, facile consequar. Vale. Roma. VIII. id. aprilis. M. D. LX. (c) c

(c) Omitt. cod. vat. totam hanc anni notationem.

X I X.

N. N. Ferdinando Imperatori. (a) a

Michaëlem Tridentinum commendat. 6. apr. 1560.

Viderer mihi deesse officio & pietati in te meae, si eos, qui austriacae familiae fidelem & honorificam operam navarunt, ubi usus venit, tibi non commendarem. itaque, cum Michaël Tridentinus, qui aliquot annos Cosmae, florentinorum duci, ita inservivit, ut Populoniae contra turcas, Marchiani contra gallos, egregiam suam virtutem & fortitudinem ostenderit, nunc vero ejusdem ducis stipatoribus praesit; cumque idem antea & in Saxonia, & in omnibus praeterea bellis, quaecunque austriaci principes gesserunt, magna cum laude interfuerit, accedente jam aetate graviori, aliquod commodum consequi cupiat, quo vitam, militaribus laboribus exercitam, honorifice traducere possit, egit mecum, ut se tibi commendarem. quamobrem vehementer a te peto atque contendo, ut spectatam fidelis hujus ducis operam & virtutem amplecti velis, ipsum-

(a) Contuli in hunc annum hanc epistolam, quae quo scripta sit, ignoratur, ea re modo ductus, quod Saturni dies, quo Viennam Roma litterae illa aetate publice mittebantur, in octavum iduum aprilis hoc ipso anno incidit. Cardinalis autem augustani nomine eam scriptam esse, vel exemplari nostro & codice vaticano tacentibus, pronum est suspicari.

Digitized by Google

ipſumque Michaëlem ad eorum numerum adſcribere, quibus annuum ſtipendium perſolvi jubes. erit idem Michaël ſemper paratus ad nutum tuum: cui etiam gratiſſimum fuerit vitam, actam in bellis & praeliis auſtriaci nominis, in ejuſdem obſequio ac ſervitute profundere. Deum precor, ut omnibus optatis tuis de te deque eccleſia chriſtiana reſpondeat. Roma. VIII. idus aprilis.

X X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Epiſcopo Varmienſi.

20. apr. 1560. *Rei familiaris anguſtias pontificis max. liberalitate ſublevatum iri, pollicetur.*

SI, ut abſentem te ac legationis tuae rationes aſſidua cogitatione complector, ſic tibi, quemadmodum & meus in te amor, & tua ac rei dignitas poſtulat, poſſem conſulere, non eſſem ſollicitus de moleſtiis iſtis ac difficultatibus, quae mihi, pro eo quanti te facio, magnum dolorem attulerunt. ſed me tamen conſolatur non modo magnitudo animi tui, qui, infixus in Deo atque in ſalute ſociorum, nullis incommodis frangi aut inflecti poteſt, ſed magna praeterea ſpes, tibi hinc ad omnia, praeſertim ad res vitae neceſſarias, me agente, ſuppeditatum iri; quo liber & vacuus a reliquis curis impoſitum tibi graviſſimum munus ex dignitate ſanctae ſedis, & ex tua virtute adminiſtres. incumbet enim, ſpero, in iſtam rem pontifex max. cui maximum (*a*) negotium tuum, cui te ipſum magnae curae eſſe, video; quam adjuvabit optimus atque ampliſſimus quiſque. ego certe non deero cupiditati tuae, id eſt officio meo, qui, in magna copia tui ſtudioſorum hominum, facultatem multis gratificandi tibi, voluntatem nemini concedo. ergo, ſi quid adhuc impedivit, Deo approbante, brevi expedietur. te quidem ipſi pontifici max. (etſi nihil opus eſſe exiſtimo) tamen, ut ſcribis, excuſabo, ad quem literarum exemplum, quas dediſti, legi libentiſſime: mihique vehementer probata eſt, credo item pontifici, ratio congreſſus & colloquii tui cum reginis (*b*) ac principibus illius ampliſſimi comitatus (*c*). fuit enim illa oratio prudentia,

(*a*) Fortaſſe legendum eſt *maximae*.

(*b*) De his in ſequenti adnotatione dicam.

(*c*) Tyrolenſem comitatum profecto intelligit, per quem iter Hoſio, Viennam petenti, fuerat. Provinciae hujus prin-

dentia, religione, doctrina tua, denique te ipso dignissima. fuit etiam jucundissima responsio (*d*) nomine reginarum; in quibus expressam imaginem patriae fidei ac pietatis summa mea cum voluptate mihi videor agnoscere. Febriculam (*e*) jam te depulisse, quippe quae ex gravedine orta sit, fretus diligentia ac temperantia tua confido, ut valentem & integrum Viennam pervenisse existimem (*f*). Vale, &, si quid hic erit, quod tua causa curari velis, ad me fidenter deferes. Roma. XII. Kal. maji. M. D. LX.

F 2 XXI.

princeps urbs Oenipons sive Oenipontum (incolis *Inspruch*), sic dicta a ponte, quo ibi Oenus fluvius jungitur. Oeniponte autem domicilium tum erat quinque Ferdinandi caesaris filiarum, Magdalenae, Margaretae, Helenae, Joannae & Barbarae. Hae, ut item reliquae sex sorores (nam undecim omnino Ferdinando filiae fuerunt) *reginarum* titulo honestabantur. Ac de quinque his, Oeniponte tum degentibus, illud non praeteribo (est enim memoris ac grati, qualem me esse profiteor, aliorum erga se suosque merita nullo non loco commemorare), quod Ignatius Agricola in decade III. historiae suae ad an. 1561. memoriae prodidit: *His*, inquit, *cum Societatis viri*, *Oeniponto in Italiam*, *rursusque inde in Germaniam transeuntes*, *ex crebro alloquio innotuissent*, *ita placuere*, *ut patrem imperatorem crebris literis rogarent*, *maturare vellet executionem consilii*, *quod ab aliquot jam annis de fundando Oeniponti collegio cepisset*: *sic enim fore*, *ut & ipsae opportunitatem nanciscerentur explendi decreti*, *quo deliberatum sibi esset e Societate deligere*, *qui a confessionibus foret*.

(*d*) Attulerat, credo, Hosius pontificis max. litteras ad has reginas; quarum rogatu ac nomine iisdem litteris ipse responderat: responsionis autem exemplum ad card. augustanum miserat, qui ea valde se delectatum esse, significat, & Ferdinandi patris fidei ac pietatis imaginem in filiabus agnovisse. De qua reginarum pietate sunt illa in litteris cardinalis Putei ad Hosium datis die 21. hujus & mensis & anni: *Quod addidisti de reginis & regentibus*, *fuit id mihi certe gratissimum*, *cum privatim illorum salutis*, *tum publici etiam commodi causa*. *Deus det illis constantem mentem in bono*, *faciatque*, *ut ipsarum exemplo multi in veritatis salutisque via permaneant*.

(*e*) Hoc etiam viennensis itineris incommodum in iisdem litteris Puteus fortasse significat: *Quae tibi*, inquit, *incommoda in itinere acciderunt*, *fuerunt mihi certe molestissima &c.*

(*f*) Ac vere quidem existimabat. namque Hosius, qui Roma profectus fuerat die 20. martii, & Monachii apud Albertum, Bavariae ducem, paschatis festos dies egerat (incidit autem hoc anno 1560. pascha in diem 14. apr.) paullo post, certe ante diem ejusdem mensis vicesimum, Viennam pervenerat. quae res, mihi admodum explorata, fecit, ut pro XII. *Kal. aprilis*, quemadmodum huic epistolae tum in Gratiani tum in vaticano codice adscribitur, XII. *Kal. maji* sine dubitatione reposuerim; eamque hoc loco collocarim.

XXI.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

20. apr. 1560. *Pro societatis Jesu, sibi a caesare commendatae, commodis & ornamentis diligentissime se apud pontificem max. acturum, confirmat.*

IN omnibus tuis ad me literis mirabiliter elucet & pietas & charitas tua, digna nomine, digna genere, digna summo christiani imperii gradu, in quo es Dei benignitate collocatus. quae quanquam mihi nova non sunt, qui praestantissimas virtutes tuas omnes, in primis vero singulare studium & curam de religione ac de religiosis viris cum magna mea voluptate jandiu habeo spectatam & cognitam, tamen novum quendam ac paene incredibilem jucunditatis fructum cepi ex iis literis, quibus romanam jesuitarum sodalitatem mihi commendas; ut, qui erga sanctam societatem, refertam virorum vitae & sacrae doctrinae laude praestantium, magis affectus esse non possem, tuo nunc & exemplo & hortatu, admirabili cupiditate exardeam (a) de seminario illo christianae religionis, quacunque re possum, bene promerendi. cui enim generi hominum mihi magis enitendum est, ut prosim, quam iis, qui Jesum Christum, non minus in eorum medullis ac visceribus haerentem, quam inscriptum in scholis & sacris aedibus, nullis aut incommodis debilitati, aut deterriti periculis, quotidie impertiunt vel ultimis nationibus; & in eas terras, unde sol nobis oritur, verum justitiae solem inferre conantur? quod si omnes sacrae familiae socios tueri & ornare debemus, nullius tantum potest esse beneficium in romanam hanc societatem, quo ejus meritum expleatur; quae tanquam vitis salutaris, Christi satu Romae defixa, ita sese profudit ac propagavit, ut ad orbis terrarum consitionem ex ea traduces omnibus ac surculi praebeantur. qua in re si ego tantum possem, quantum & eorum causa cupio, & ob id ipsum etiam debeo, quod tantae illos ipsos curae tibi esse intel-

(a) Mallem, *ardeam*, aut saltem *exardescam*, Pogianus scripsisset. nam *exardere* pro *exardescere* vereor ut satis latinum sit. *exarsit* autem, quod certe & latinum & usitatum est, ab *exardesco*, non ab *exardeo*, derivatum puto.

intelligo, minus multis indigerent. nunc, quod possum, & ipse cupis, agam equidem cum pontifice max. & orabo eum pro utilitate & ornamento optimae sodalitatis; in quam ipse adeo propensus est, ut de ejus commodis & praemiis saepissime & cogitet & loquatur. de quo magnam habeo tibi gratiam, qui, duobus amplissimis jesuitarum sodalium collegiis (*b*) institutis & plane constitutis, & mihi & omnibus proposuisti exemplum verae & christianae pietatis. cujus rei & laudem tibi tribuo maximam, & spero, Deum, pro summo isto ardore religionis, tibi nullo loco defuturum; cui felicitatem assidue precor. Vale. Roma. XII. Kal. maji. (*c*) M. D. LX.

(*b*) Viennense alterum, alterum pragense significat, quibus deinde oenipontanum pius ac munificus imperator adjunxit. Vide Orlandinium *hist. Soc. Jesu* lib. X. num. 103. & lib. XI. num. 41. & lib. XV. num. 21. & Sacchinium in *Laiuio* lib. V. num. 170. qui quidem Sacchinius num. 113. ejusdem libri illam ipsam Ferdinandi imperatoris epistolam, ad quam haec est Truchsesii nostri responsio, inter alias, ad alios pro societate Jesu datas, significat: *Nec ullam rem*, inquit, *qua posset* (Ferdinandus) *vel in Germania, vel in aliis oris ad suos oratores ac varios principes scribens* (*nam & in Galliam ad regem & ad cardinalem Lotharingum, & Romam ad pontificem Pium, cardinalesque Moronum & Augustanum, & ad oratorem suum hoc ipso anno 1560. praeclaras literas dedit*) *promovere societatis conatus, intermittebat*.

(*c*) Gratiani codex, itemque vaticanus hoc loco *aprilis* exhibent. sed, quum alia exstet card. augustani ad Ferdinandum epistola, XV. Kal. aprilis data, non est credibile, utramque tantulo intervallo esse datam. credidi, in hac quoque ita esse peccatum, quemadmodum in proxima *Si ut absentem*, & pro *maji* fuisse ab oscitante librario scriptum *aprilis*: quum praesertim in XII. *Kal. aprilis* dies Mercurii, in XII. vero *Kal. maji* Saturni dies hoc anno inciderit. itaque eam ad aprilis hunc diem vicesimum retuli.

XXII.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

Germaniae archiepiscoporum & episcoporum causam commendat. 27. apr. 1560.

NON potui deesse procuratoribus archiepiscoporum, & episcoporum, qui mecum una omnes vehementer egerunt, ut a te peterem, ut causam suam pontifici max. ex rei aequitate commendares. quae res quomodo se habeat, ex eorum commentariis intelliges: quorum postulatum mihi aequissimum visum est; qui petant, ne quid, sua ratione inaudita, decernatur, &, re dili-

Digitized by Google

a diligenter cognita, se (*a*) & pontificis & tuam sententiam judiciumque libentissime secuturos, affirment. quare, quantum caussae bonitas postulat, tantum eos tibi commendo. Heri mane car-
b dinalis tridentinus (*b*) Neapolim proficiscens, clarissimum virum
c legatum tuum (*c*) secum duxit. ego, si quid interea hic esse in-
d telligam, quod te (*d*) scire tua putem interesse, faciam, quod & officii mei ratio, & animi in te propensa voluntas requirit: cui felicitatem & salutem precor. v. Kal. maji. M. D. LX.

(*a*) *sed* exempl. Emendavi.

(*b*) Christophorus Madruccius, Ludovici patruus, a Pio IV. insequenti anno in cardinalium collegium cooptati.

(*c*) Significari puto Scipionem de Arco. Vide epistolam *Quem superioribus*, & epist. *Etsi scio*, die 2. superioris mensis datas.

(*d*) Voculam *te* addidi ex ingenio, tamquam necessariam. certe in epist. *His diebus*, die 3. sequentis mensis ad eumdem Ferdinandum data, ita legitur: *nihil actum est, de quo putem tua referre, te a me certiorem fieri.*

XXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Friderico Truchses fratris fil.

2. maji 1560.

Ad virtutis ac doctrinae studia cohortatur.

Sunt aliquot menses, cum ad te binas literas misi diversis temporibus datas; ut mirer, te nihildum mihi ad eas rescripsisse, simulque verear, ne aut illae redditae non sint, aut tibi aliquid acciderit, quominus potueris respondere. qua in re auget timorem meum motus ac tumultus, qui istinc nunciantur. haec igitur & tibi putavi scribenda, & exempla mittenda superiorum literarum, monendumque praeterea te, id, quod antea feci, ut de omni metu, aut suspicione tua, aut de quacunque re tibi opus esse intelliges, referas ad amplissimos car-
a dinales Lotharingium (*a*) aut Guisium, qui se de te benigne obtulerunt. Ad virtutem vero te in primisque ad religionem & ad literarum studia, quanquam minus intelligo esse cohortandum, quod tua sponte, &, si quid ad rem pertinet, duabus epistolis meis satis incensum esse spero, tamen, quia tenet nos
b magna quaedam (*b*) in te laudis aviditas propter summum amorem, non possum facere, quin in omnibus meis ad te literis hunc

(*a*) *Lothoringium* exempl. De Lotharingo hoc, itemque de Guisio vide epist. *Ea est fortuna* d. 2. mart. 1560.

(*b*) Fort. legendum *quaedam tuae laudis aviditas propter summum in te amorem, &c.*

hunc ipsum amorem hac etiam ratione testificer. quam sane sedulitatem cohortandi meam tibi, cum ob id ipsum, tum ob eam praeterea causam, jucundissimam fore puto, quod, cum abunde satisfacias & officio tuo & cupiditati meae, singulas cohortationes singula tuae laudis & gloriae testimonia judicabis (*c*). c
mea vero etsi tua sunt omnia, ut nihil opus sit admonere te, ut illis utare tuo arbitratu, tamen a te etiam atque etiam peto, ut, si quid opus fuerit, id a nobis sine dubitatione postules. Saluta doctorem tuum; cujus literas & libentissime legi, & avidissime expecto. Literas vestras ad nos gallis potius dabitis & regiis tabellariis, quam germanis. nam ab illis & certius & citius perferuntur. Vale. Romae. VI. non. maji. M.D.LX.

(*c*) *indicabis* exempl.

XXIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

Germaniae episcoporum causam iterum commendat. 3. maj. 1560.

HIS diebus, quibus ab urbe absuit legatus tuus (*a*), nihil actum est, de quo putem tua referre, te a me certiorem a
fieri; cujus absentia si longior fuerit, praestabo hoc ego tibi, ut debeo, officium literarum. Mitto ad te orationem, habitam heri ad pontificem max. pro rege Galliae in officio praestandae obedientiae. Procuratores electoris coloniensis & reliquorum episcoporum commentarium suae causae, quod eos tibi ex ipsorum sermone scripseram (*b*) esse missuros, mittendum modo b
mihi dederunt, a meque vehementer petierunt, ut causae bonitatem tibi, quod antea feci, commendarem; praesertim cum id in primis ad officium meum pertineat (*c*). quod equidem facio; c
& oro te, ut rem pro ejus aequitate complectare: qua ex ipsorum argumentis & rationibus perspecta & explorata, quid de ea agi velis, ad legatum tuum, vel ad me, si ita placuerit, perscribi jubeas. Vale. Romae. V. (*d*) non. maji. M.D.LX. d

XXV.

(*a*) Vide epist. *Non potui*, die 27. superioris mensis datam.
(*b*) Vide eamdem epistolam.
(*c*) Gerebat enim Romae Truchsesius Germaniae patrocinium.
(*d*) IV. cod. barber.

Digitized by Google

XXV.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi. (a)

4. maj. 1560.

Hosii litteras desiderat.

NEque nihil, propter literarum tuarum desiderium, neque multa sine tuis literis possum ad te scribere. tantum igitur, quid desiderem, scribam. tuas avidissime expecto; tibique gratulor, ac mihi gaudeo, quod proximis festis diebus cum optimo ac praestantissimo principe Bavariae duce vixisti. Vale. Roma. IV. non. maji.

(a) Etsi annus huic epistolae nullus in Gratiani exemplari, neque in cod. vatic. adscribatur, eam tamen ad hunc 1560. sine dubitatione retuli. constat enim, Hosium, ad viennensem legationem suam mense martio hujus anni profectum, per Bavariam iter instituisse, & Monachii paullisper substitisse, dum christianorum paschatis dies festos apud Albertum, Bavariae ducem, ageret. Vide in *Tabul. eccl. rom.* pag.76. cardinalis Borromaei ad Hosium litteras, die 18. maji datas. Sed & cardinalis Puteus die 21. apr. scribit, egisse Hosium Oeniponte Palmarum diem, & *Paschae festum Bataväe Vindelicorum celebraturum*: cujus rei facultatem cardinalis augustanus impetraturum se Hosio a pontifice max. litteris *Ego vero gratulor*, die 6. apr. datis, quas supra retulimus, pollicitus fuerat. Manifesto igitur tenetur barberiniani codicis error, qui huic epistolae annum 1564. adscribit; quo quidem toto anno pedem e Polonia Hosius non extulit. Sed & nostrum exemplar non quidem in adscriptione, verum in inscriptione peccavit, in qua Hosius *cardinalis* nuncupatur, qui tum non nisi episcopus erat. quod idem mendum vaticano & barberiniano codicibus adhaesit.

XXVI.

Cardinalis Cornelius (a) Decurionibus Bergomatibus.

4. maj. 1560.

Gratulationi de suo episcopatu respondet.

INcommoda valetudo mea, in quam inciderunt literae vestrae, mihi ob eam caussam molestior fuit, quod coactus sum serius, quam vellem, mei amantissimorum, mihique omnibus de causis

(a) Cornelius cognomine, Aloysius nomine, venetus, ab Julio III. creatus cardinalis die 20. dec. ann. 1551. a Pio autem IV. ad bergomatium episcopatum admotus die 13. mart. an. 1560. ut auctor est Oldoinius in *Vit. pontt. & cardd.* Quae quidem temporis notatio fecit, ut, ad quem annum, qui nullus neque huic neque sequenti epistolae adscribitur, utraque pertineret, scire potuerim.

causis charissimorum hominum gratulationi respondere. ac publicae quidem cupiditatis singularisque laetitiae de hoc honore meo, etsi eam ex vestro omnium in me animo, antea semper spectato, vel sine literis cognitam habebam, tamen summa haec significatio literarum mihi jucundissima fuit. quae sane literae, plenissimae amoris atque (*b*) humanitatis, tantum mihi tribuerunt, quantum praecipue optandum esse intelligo, ut mihi a Deo impositum munus pro rei dignitate, proque summo studio meo administrare possim. sed aderit, spero, divina benignitas optatis ac precibus meis; non deerit amori & charitati erga vos. amavi enim semper nobilissimam & bene moratam civitatem vestram, cum sua causa, tum propter egregiam ejus ac perpetuam fidem & pietatem in amplissimam remp. nostram, perspectamque mihi in me meosque omnes benevolentiam & observantiam. quare & antea magnopere semper cupivi, mihi dari tempus, quo cives istos & publice & privatim non vulgari aliquo officii genere complecti possem, & proxime, cum duae mihi darentur optiones, optavi vos, & majorem amoris & propensae voluntatis meae, quam splendoris cujusdam archiepiscopalis, aut commodorum rationem habui. itaque, ne in tanta quidem animorum alacritate vobis concedo, ut vehementius aut gavisi sitis, me episcopum vestrum creatum (*c*) esse, aut adventum meum desideretis, quam ego. Deus consilium & rem approbet. caetera & absentes & praesentes brevi facile cognoscetis. vos interea, pro vestro & officio & in me studio, quicquid intelligetis, istic ad Dei gloriam, ad salutem animarum, mihi commissarum, ad omnium dignitatem utilitatemque pertinere, quod quidem muneris mei sit, facite me, quaeso, diligenter de omnibus certiorem. agnoscetis enim fraternum, paternum, & plane, quantum praestare potero, episcopalem in omnes animum & charitatem. det modo beneficentissimus Deus, ut ex communi hoc meo civitatisque vestrae & gaudio & officio caelestis gaudii fructum percipere possimus. quod quisque pro sua parte eniti & assidue precari debet. Valete. Roma. IIII. nonas maji.

(*b*) Aberat vox *atque* ab exemplari. Addidi, quod librarii culpa abesse putarim.

(*c*) *Creatum* se *episcopum* dicit. Nescio, cur Oldoinius *adlectum bergomensis episcopatus administratorem* dicat: nisi forte idem putavit esse *episcopatus administratorem*, atque *episcopum*. quod equidem, an recte putarit, haud scio. Idem Oldoinius affirmat, Aloysium *bergomensem ecclesiam breviori mora administrasse*, eamque *in Federicum nepotem transtulisse*. Hunc postea Fridericum, Aloysii fratris filium, Sixtus V. die 17. dec. an. 1585. cardinalibus aggregavit.

XXVII.

Cardinalis Cornelius Sacerdotibus Bergomatibus.

4. maj. 1560. *Idem argumentum.*

LAEtitiam vestram, in hac accessione honoris mei, & gratulationis studium facile perspexi, utrunque ex benevolentia & observantia erga me vestra; quae & mihi gratissima est, &, eam meo in vos amori respondere, mirabiliter gaudeo. neque enim ut clarissimae civitatis, sic ornatissimi collegii vestri studiosior aut amantior quisquam esse potest, quam ego semper fuerim, & privatis & publicis nominibus. cui necessitudini hoc nunc divinitus accessit, ut ad voluntatem, quam ad singulos & universos vos merito vestro contulissem, sancta haec paterni officii necessitas adjungeretur. quod equidem munus quoniam, majoribus etiam posthabitis commodis, libentissime suscepi, quo illud tueri possim, confido, vos, pro vestra virtute ac religione, partes quoque vestras suscepturos esse, summumque studium meum omnibus viribus adjuturos. nostra enim consitio est, vestrae sunt irrigationes, Dei est omnis praeclari operis propagatio; cujus benignitatem sic animatis & paratis nobis spero nullo loco defuturam. qua in spe vicissim vobis ego etiam gratulor de sacra hac conjunctione nostra: quod multo quidem antea fecissem, si mihi per valetudinem licuisset. sed aliquando, quod vehementer cupio, praesens sarciam. a vobis quidem peto, ut pro communi & officio & salute Deo preces saepissime pieque faciatis. Valete. Romae. IIII. non. maji.

XXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo (a) Varmiensi.

21. maj. 1560. *Mirifice delectatum esse pontificem max. iis, quae de Maximiliani, Bohemiae regis, catholicae fidei professione ad se Hosius scripsisset.*

AGnosco simul prudentiam & benevolentiam in me tuam, qui aliquot dierum expectationem desiderii mei expleris multitudine & jucunditate literarum: in quibus quidem literis mihi

(a) In exemplari nostro, itemque in cod. vatic. inscripta erat haec epistola *Stanislao Hosio cardinali Varmiensi*, & praeterea anno 1562. data in utro-

mihi jucundissima fuit testificatio tua religionis ac pietatis optimi principis, Bavariae ducis, summaque ejus significatio studii (*b*) b
& amoris erga me sui: ad quem divertisse te, & ea, quae scribis, & cum eo collocutum esse & ab eo cognovisse, multum, spero, valebit ad reliqua, & admodum placet pontifici max. cui cum optatissimum illum etiam nuncium de Maximiliano rege pertulissem, quomodo res acta sit, brevi cognosce. sedebat is tum in sella; qui, ut primum rem accepit, repente sic est animo affectus, ut inde desiliens, ac vim profundens lacrymarum, genibus niteretur, sublatisque manibus Deo clarissima voce gratias ageret, eumque imploraret, ut ea in re divinum aliquod numen & auxilium ostenderet, sibique ut id concederet in summi beneficii & gratiae loco. aderat tum forte Jacobus Puteus cardinalis, cujus animo, sicut & meo, obversata (*c*) est ea religio, ut vehementer commoveremur, collacry- c
maremus, ea subito diceremus, quae nulla meditatione assequi possum.

utroque notabatur. sed datam an. 1560. ad episcopum Hosium, necdum cardinalem, mihi plane exploratum est. itaque utrumque mendum sine dubitatione correxi. Ac, ne ulla cuiquam dubitatio relinquatur, & ut aliquot hujus epistolae paullo obscuriores loci illustrentur, non gravabor quaedam ex literis cardinalis Putei, hoc ipso mensis maji undecimo die anni 1560. Roma ad eumdem Hosium datis, & in *Tabul. eccl. rom.* pag. 74. relatis, describere: *Ex proximis tuis litteris, quae mihi septimo idus redditae sunt, cognovi, te incolumem firmumque Viennam pervenisse, non tamen aequo esse animo, propterea quod nulla adbuc a pontifice mandata missa essent, quae tibi necessaria existimabas fore ad probandum profectionis tuae consilium, testandamque pontificis voluntatem ... Quamquam autem ad me nihil scripsisti de Maximiliani regis egregio facinore, catbolicorum morem in communione sub una tantum specie cum tota familia secuti, cum tamen ex tuis litteris, me praesente ac res tuas procurante, reverendiss. card. Augustanus eam rem pontifici recitaret, non minore gaudio sum affectus, quam quo ipse summus pontifex affectum se esse summa cum voluptate declaravit ... Sed, ut ad res tuas redeam, actum est a nobis cum summo pontifice de mandatis, nummisque tibi curandis. is utriusque rei perficiendae munus reverendiss. Morono delegavit. quare curabit apud eum Augustanus, ut tibi postbac suppeditentur menstruae pensiones, & mandata mittantur: quae tamen pontifex non valde necessaria putabat esse, quum nibil in iis futurum sit, praeter duo illa summa capita, quorum id est primum, ut Caesarem borteris, ut pro sua pietate in summo catbolicae religionis periculo praebeat se talem, qualem anteacta ipsius vita postulat, atque imminens christianae reip. discrimen: alterum vero, ut ipsius pontificis totiusque senatus amplissimi eam sciat esse sententiam & votum, ut primo quoque tempore ea praecipua sit principum omnium cura & cogitatio, ut undique ex orbe cbristiano episcopi ad oecumenicum concilium conveniant ... Haec ipsa per te curari & perfici omnia prudentissime posse existimavit summus pontifex, eaque de causa de mandatis mittendis nibil fuit sollicitus. &c.*

(*b*) *fidei* exempl. Emendandum putavi.

(*c*) *versata* exempl. Emendavi.

possum. multus sermo pontificis max. de ea re nobiscum fuit; plenissimus humanitatis & patriae cujusdam charitatis: qui mox ad te conversus, quanti te faceret, quantumque, singulari tua virtute, probitate, doctrina fretus, de Germaniae salute tibi polliceretur, facile declaravit. hic ego, nactus opportunitatem loquendi de rationibus tuis, exposui difficultates pecuniae ac mandatorum legationis tuae. quo loco pontifex tibi propterea, inquit, se non censuisse danda capita, aut ullum commentarium publicarum actionum tuarum, quia, id, quod etiam antea tibi scripsi, te existimaret satis per te instructum rebus omnibus. quod si tibi id etiam opus esset, instrumentum legationis missurum ad te: daturum praeterea negotium Joanni Morono cardinali, ut tibi pecuniam curandam curet; cum quo uti suo nomine de eo agerem, mecum egit. hominem igitur & rem urgebo. sed, quoniam non contentus expositione mea, tuas pontifex literas requirebat, & sua magis literarum lectione, quam aliena vel narratione vel recitatione delectari videtur, te, pro meo in te amore, de eo admonendum putavi, ut, si quid sit, de quo mecum liberius loquendum putes, id ne ponas in literis, sed separatim in libello scribas, literis incluso, quem vel solus, vel cum quibus volueris, legam. verendum enim est, ne, quae interdum a te, pro tua libertate (*d*), vere & ingenue scribuntur, secus alii (*e*) interpretentur: cujus vel scriptionis vel periculi facilis cautio est. Vale, & me atque opera mea utere tuo arbitratu. Romae. v. (*f*) idus maji. M.D.LX.

(*d*) *liberalitate* exempl. a quo non temere mihi videor recessisse.

(*e*) *ab aliis* exempl. Correxit Gratianus.

(*f*) XI. cod. vat.

XXIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

15. maj. 1560.

Hosii commoda sibi curae fore, pollicetur.

NON sum passus, Jacobum Zimermanum, juvenem tui amantissimum, rebusque omnibus ornatum, istuc euntem, sine meis ad te literis proficisci; quas praesertim ipse, mei in te amoris conscius, requirebat. quibus equidem literis, quoniam proxima epistola persolvi proximis tuis, tantum tibi salutem & dicam & precabor. Studium & officium meum in tuis ratio-

rationibus nullo loco desiderabis; qui si tantum possem, quantum tua causa & volo, &, pro tua dignitate in meque benevolentia, me debere intelligo, jampridem tuis, id est publicis commodis consultum esset. sed propediem, spero, optime consuletur. Vale. idibus maji, M. D. LX. (a) a

(a) Neque exemplari nostro, neque vaticano codici, anno 1561. hanc epistolam notantibus, obtemperare potui; qui, ex voce *episcopo*, inscriptioni inserta, ex ipsaque ejus sententia, ad annum 1560. eam pertinere, deprehenderim. De Jacobo Zimermano vide epistolam *Quam tu* d.21. dec.1560.

XXX.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

Joannem Baptistam Fagnanum, homicidii reum, commendat. 15.maj. 1560.

CUM Joannes Baptista Fagnanus (a), Donati filius, mediolanensis, adolescens nobilissimus, Caroli cardinalis Borromaei propinquus, proxime Vesuntionem de suis negotiis venisset, id nescio quo casu accidit, in quo summa tua & aequitate & benignitate indiget. nam, cum forte a quodam alio mediolanensi homine non modo jurgiis ac maledictis insolentius lacessitus, sed colapho etiam affectus esset, juvenili iracundia, ac nobili quodam & plane justo dolore permotus, pugione illum vulneravit; quo is ex vulnere mortuus est. quare, cum in ejus urbis templum Joannes Baptista confugisset, ibidem comprehensus, est conjectus in carcerem. quamobrem Borromaeus cardinalis, cui ego plurimum debeo, ~~me quoque interprete~~, in adolescentis affinis sui periculo, ad te uti voluit. quare a te omnibus precibus oro atque contendo, ut, cum, pro admirabili tua & sapientia & bonitate, tum impotentis animi motus, ac propemodum justae irae nobilissimi juvenis, tum juris etiam sacrorum locorum, ubi is comprehensus est, rationem habueris, des hoc praeterea mihi in summi beneficii & gratiae loco, ut ipsum Joannem Baptistam, eripi jussum ex custodia ab ejus loci magistratu, meae summae ac perpetuae in te observantiae ac pietati condones. nam ad tot tantaque tua in me meosqne merita maximus hoc beneficio cumulus accedet. non enim de homine necessario meo magis laborarem, quam laborem de hoc adolescente, de quo ipsum Borromaeum cardinalem tantopere sollicitum esse video. Vale. Romae. idibus maji. M. D. LX.

XXXI.

(a) *Fagnianus* exempl. Emendavi heic & alibi.

XXXI.

Otho Truchses Card. Augustanus Archiepiscopo Bisuntino. (a)

15.maj. 1560.

Idem argumentum:

NEque in conventu augustano, quantum in me fuit, defui rationibus tuis, neque deero, ubi tibi operam aut studium meum opus esse intelligam. qua re fit, ut hac in te fretus animi mei propensione & voluntate non dubitem a te petere id, quod mihi necessario petendum est. res igitur sic se habet. Joannes Baptista Fagnanus, mediolanensis, juvenis nobilissimus, est affinis Caroli Borromaei cardinalis; qui quidem cardinalis est Pii pontificis max. sororis filius. is Fagnanus cum Vesuntionem, missu patris, negotii causa, venisset, accidit, ut eum nescio quis, item mediolanensis homo, & contumeliosius appellaret, & pugno percuteret. quo facto, adolescens, insuetus injuriae, ingenuo quodam dolore commotus, pugionem homini inflixit; qua ex plaga is est mortuus. at Fagnanus, qui se in templum receperat, inde vi extractus, traditus est in carcerem. quare cardinalis Borromaeus, de affinis sui casu sollicitus, mecum vehementer egit, ut adolescentem, & verbis & verberibus graviter offensum, progressum ad id facinus generosa quadam animi nobilis impotentia, tibi commendarem; praesertim cum ea in re tua agatur existimatio, quod in templo ac sacro loco, cujus jus ad te pertinet, juvenis comprehensus est. quamobrem a te etiam atque etiam peto, ut hunc Joannem Baptistam, exemptum e vinculis atque e manu ejus magistratus, penes quem est, ad te, cujus est potestas, traducendum cures, & omnino ex ista molestia liberandum: quo beneficio non solum me in perpetuum devinxeris, sed cardinalem ipsum Borromaeum, cujus summa est & benignitas & gratia & auctoritas, tibi adjunxeris. Vale. Romae. idibus maji. M. D. LX.

XXXII.

(a) Fort. *Vesuntino*, vel *Vesontino*.

XXXII.

Otho Truchses Card. Augustanus Consulibus & Senatui Civitatis Bisuntii. (a)

Idem argumentum. 15. maj. 1560.

JOannem Baptistam Fagnanum, mediolanensem, juvenem in primis nobilem, Carolo cardinali Borromaeo affinitate conjunctum, in manu vestra esse audio; pro quo me deprecatorem & interpretem idem Borromaeus, cujus causa plurimum & cupio & debeo, apud vos esse voluit. itaque non utar excusatione neque aetatis, neque nobilitatis, neque justi doloris, cui ab aequis judicibus venia dari solet: tantum a vobis vehementer petam, ut juvenem, eo prolapsum infamiae timore, & studio tuendae existimationis, meae in vos benevolentiae, & summae cupiditati gratificandi vobis condonetis ac remittatis. quod si mihi concesseritis, cum me magno beneficio affeceritis, tum vero ipsum cardinalem Borromaeum, Pii pontificis max. sororis filium, juvenem omnibus rebus amplissimum, vobis perpetuo devinctum habebitis. Roma. idibus maji. M. D. LX.

(a) Usitatius *Vesontionis* diceretur. vulgo *Besanzon* in Burgundia.

XXXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero Regis Poloniae apud Caesarem Oratori.

Hosii & Praerembii consuetudinem Cromero propemodum invidere se, profitetur. 18. maj. 1560.

HOsium tuum, immo nostrum, habes: cujus doctissimo sermone, humanissimaque consuetudine Viennam tibi multo amabiliorem esse gaudeo, vel, ut verius loquar, in eo tibi paulum invideo; non quod te, cui paene, quam mihi, malo omnia, eo viro carere cupiam, sine quo isto & loco & munere libenter, ut scribis, caruisses, sed quod particeps ego quoque fieri velim congressuum & colloquiorum vestrorum, quorum fructum urbano splendori facile interdum anteponerem; ac Praerembio quidem archiepiscopo una vobiscum fruerer, viro omnibus rebus ornatissimo: quem cum ex singulari ejus virtute cogno-

gnoscam, & tuis literis, & multorum sermone celebrata, non etiam, quod vehementer opto, de facie noverim, erit tuae humanitatis me apud eum ponere in gratia (*a*), mihique tantum boni conciliare, ut ex literis quoque, quoquomodo (*b*) ejus fieri possit, habeam cognitum. vides, quo provehar talium hominum cupiditate; cui, quaeso, cupiditati ignosce & obsequere. Redeo ad Hosium, quem, ut par pro pari referam, a te mihi hic commendatum, vicissim istic tibi commendo. Vale, &, utrum Viennae nactus sis hospitam eruditam, augustanae similem, quae tecum de concilii habendi ratione disputet, facies me, cum erit commodum, certiorem. Hosio ac Praerembio salutem. Roma. xv. (*c*) Kal. junii. M. D. LX.

(*a*) *gratiam* exempl. manifesto librarii errore.

(*b*) *quod quomodo* exempl. Gratianus correxit, ut edidi; sed haud scio, an satis bene. sic mihi legendum videtur: *ut ex literis quoque ejus, quoquo modo fieri possit, &c.*

(*c*) Adscripta erat huic epistolae tum in exempl. nostro, tum in codice vatic. dies XII. *Kal. aprilis*, nempe postridie, quam Roma profectus Hosius fuerat; quem tamen pervenisse jam Viennam, haec cum scriberentur, Romae cognitum erat: id, quod vel ipsum initium epistolae *Hosium tuum, immo nostrum, habes &c.* satis declarat. Reposui XV. *Kal. junii*: qui dies hoc anno in Saturni diem incidit: quo quidem ipso die aliam quamdam cardinalis Putei epistolam ad Hosium datam vidi.

XXXIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

18. maj. 1560.

Quae pontifex max. ex Hosii ad eum litteris statuerit, significat.

POstridie (*a*) ejus diei, quam tuas accepi literas, Kalend. maji Vienna datas, sanctissimus D. N. concilium habuit duodecim cardinalium, quo ego ab eo accersitus, propter infirmitatem valetudinis jam aliquot dierum, lectica deferri necesse habui. ibi omnem tuarum ad se literarum sententiam exposuit; se jussisse dixit, omnibus audientibus, ut tibi ab Olgiatis mercatoribus menstrua pecunia, vel (*b*) repraesentatione, curaretur: facultа-

(*a*) XVI. *Kal. jun. postridie* cod. vat.

(*b*) Haud alia est exemplaris nostri lectio. si nihil desideratur, vox illa *vel* pro *etiam* capienda est. De eadem re sunt illa in litteris cardinalis Putei, ad Hosium hoc ipso die datis: *Ego heri cum reverendiss. Morono multis verbis egi, ut causam tuam tueretur, atque ille mihi jam omnia curata esse, confirmavit, nec mandata tantum esse missa, sed etiam de pecunia menstrua numeranda transactum hic cum Olgiatis mercatoribus, quorum opera tibi sine mora istic repraesentabitur.*

cultates legationis tuae tibi jam missas, adjunxit; neque, quando ita velles, praetermissurum mandatorum rationem. omnino & quanti te faceret praesetulit, & quantopere secunda tua valetudine laetaretur. Sed, quaeso, fama de Maximiliano rege num percrebrescit (c)? num verum est, quod a Cromero acceperas? c
incredibile enim est, quam cupiam, laetitiam tum pontificis max. tum omnium nostrum, ac praesertim meam, de ipso rege deque ejus familia saepius confirmari. itaque jam aliquid de illo expectamus & subtilius & planius. ego vero scire aveo, quae sit istic concilii cupiditas; quam propensi animi ad eam curam & cogitationem; denique, quomodo tota haec ratio istic accipiatur, valde cupio cognoscere. Sunt in manibus duae orationes tuae, quarum exempla misisti ad pontificem max. utraque est & doctrinae singularis testis, & index (d) summae religionis d
tuae. Equidem, cum licet per valetudinem, nullum finem facio per me agendi cum quibus opus esse intelligo de rationibus tuis; cum non licet, per meos. quae cura de commodis ac dignitate tua quanquam cum multis mihi communis est, tamen studii ac diligentiae semper appetam principatum. xv. Kal. junii. M.D.LX.

(c) Vide epist. *Agnosco* d. 11. maj. 1560. (d) *iudex* exempl. Emendavi.

XXXV.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

Epistola commendaticia.

19. maj. 1560.

FAbius Vicecomes ~~Borromaeus, mediolanensis,~~ cum intelligeret, qua & tu me gratia ac benignitate complecti soleres, & ego fide atque observantia te colerem, vehementer mecum egit, ut se tibi literis meis commendarem. nam, cum is se tibi totum jandiu dicaverit, valde etiam cupit sibi licere honestam & gratam aliquam eidem tibi operam dare. quem vero honorem assequi cupiat, quibusve conditionibus, ea nominatim exposuit in suo libello, quem in his literis inclusi. ac Fabius quidem ipse, praeter generis summam nobilitatem, animumque ejus tibi addictum & obstrictum, est praeterea & per se ita clarus & honoratus, & forma corporis ita magnifica ac generosa, ut vel ipsa specie, quae virtutem animi facile ostendit, dignus esse videatur, qui tibi potissimum inserviat. hoc ego non modo meum, sed paene omnium, de Fabio testimonium tibi dandum putavi; quod apud te plurimum valere spe-

ro. commendatio autem mea, qua is multum confidit; opto & precor, ut tantum habeat apud te ponderis, quantum pro singulari tua bonitate, & in me amore habere solent ea, quae ad meum commodum honoremque pertinere intelligis. de quo habebo equidem tibi praecipuam ac singularem gratiam: quem & valentem & florentem diutissime esse cupio. Roma. XIIII. (a) Kal. junii. M. D. LX.

(a) XVIII. *Kal. jun.* LXO. cod. vat.

XXXVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Roberto a Berges (a) Episcopo Leodiensi.

29. maj. 1560.

Honoris accessionem, multis nominibus illi debitam, se curaturum apud pontificem max. pollicetur; a quo etiam internuncium ad Philippum regem de belgicorum episcopatuum divisione mitti, significat.

UT excellens dignitas tua facit, ut tibi bonorum omnium judicio amplissimus quisque honoris gradus debeatur, sic te spectata probitas & religio facile liberat ab omni suspicione cupi-

(a) Convenit leodiensium hunc episcopum Jo. Franciscus Commendonus in sua, quam proximo anno obivit ad Germaniae principes, concilii causa, legatione; de eoque haec in litteris, ad card. Borromaeum Kalendis junii an. 1561. Aquisgrano datis, quarum exempla apud me sunt, commemorat; *Monsignor di Liege è stato gravemente infermo, & di tale infermità, che lo deve tenere in continuo suspetto di nuovo accidente: perciochè i medici giudicano, che sia stata epilepsia. nondimeno si mostra prontissimo d'obbedire a nostro signore. Havea sua signoria fatto venire in Hui, dove io lo ritrovai, il preposito di Liege & uno degli archidiaconi, acciochè udissero la mia proposta, & potessero riferirla al capitolo ... Mi racccontò poi prudentemente molti bisogni de la sua chiesa, & quanto conveniva usar diligentia per conservarla da questa peste de l'heresia & di molti altri incommodi. Et veramente io ho inteso da molti, & conosciuto ancora per più vie, che questo prelato regge molto bene & christianamente la sua provincia non solo come principe, ma come vescovo. egli è delle prime case di questo paese, fratello del marchese di Berga, & prelato di gran chiesa, & principe d'imperio. fa egli stesso tutti gli officii richiesti a prelato, i quali per lo più altrove si fanno da gli suffraganei. par molto ben litterato, & sopra tutto religioso. porta somma riverentia a la sede apostolica, & specialmente a nostro signore, al quale si tiene per molte gratie obligato.* Ex quodam autem Antonii Mariae Gratiani, qui Commendonum in illa legatione comitatus fuit, itinerario didici, hunc episcopum egisse tum aetatis suae annum tertium supra tricesimum.

cupiditatis & popularis cujusdam ambitionis (*b*). a qua levitate b
quo es alienior, & quo magis in ea cura & cogitatione defixus,
quomodo tibi a Deo creditum & commissum munus tueri & ornare possis, ad quam facultatem haec honoris accessio maxime
pertinet, eo magis etiam incendit optimi cujusque animum ad
studium tuae amplitudinis, & ipsum pontificem max. propensiorem reddit ad hujus officii voluntatem: qui quidem pontifex,
cum magna semper commemoratione praestantium laudum tuarum, quotidie se (*c*) optime animatum ostendit, & prolixe pol- c
licetur, habiturum se esse rationem tantae tuae dignitatis. ego
vero, qui & tuorum praestantia meritorum quanta sit, quam
qui optime, novi, & quantum intersit non modo istorum populorum, sed totius ecclesiae Dei, ad singularia tua ornamenta
hoc quoque ornamentum accedere, facio, quod pro summo meo
in te amore, pro mutua & pari tua (*d*) in me, mihi perspecta, d
benevolentia, pro officii ratione, praetermittere non debeo: cujus operae ac diligentiae neminem ex iis, qui gratia, qui auctoritate valent, fautorem & adjutorem desidero. De compensatione
incommodorum, quae latura sit nova divisio episcopatuum (*e*), e

(*b*) Apparet, episcopum hunc aliquid cum Truchsesio de desiderio suo cardinalatus adipiscendi communicasse. in quo non modo non reprehenditur, sed etiam commendatur, quod non inanem nescio quam gloriam in ea re, sed populorum, qui suae curae commissi essent, ingentes quasdam utilitates sequeretur: eique spes consequendi, quod optabat, ostentatur, & opera ad id a pontifice max. impetrandum defertur.

(*c*) *se optime* exempl. Gratianus expunxit *se*, ego retinui; sed post vocem *optime* addidi ex ingenio *animatum*.

(*d*) *ejusdem* exempl. Gratianus emendavit.

(*e*) De hac episcopatuum divisione illa sunt apud Famianum Stradam *de bello belg.* dec. 1. l. 1. lucem huic loco magnam afferentia. *Septemdecim, quas memoravi, provinciis* (Belgii), *populorum multitudine confertissimis, quoniam quatuor episcopi* (*neque enim plures tunc erant*) *nequaquam sufficere videbantur, augendum sibi rex* (Philippus II.) *statuit illorum numerum .... itaque rex, ubi primum a bello nactus est otium, Francisco Sonnio, lovaniensium theologo, ... misso in urbem, ut cum Francisco Varga, regio legato, consilium suum Paulo quarto pontifici aperiret, post aliquot menses, quibus in coetu septem cardinalium agitata res est, uti optaverat, impetravit omnia .... Belgarum urbes, in quibus sacrae novorum antistitum praefecturae figerentur, definitae sunt* (mense majo an. 1559.) *numero quatuordecim, additaeque ad quatuor antiquas. ac, tribus earum archiepiscopatus praerogativa exornatis, videlicet Cameraco, Trajecto ad Rhenum, atque Mechlinia, hanc caeteris praeferri placuit, rogatu regis, qui urbem, in media sitam Brabantia, Bruxellisque atque adeo principi proximam, destinaverat Antonio Perenotto Granvellano, ex atrebatensi ecclesia idcirco ad eam translato, quod, non procul a regia hominem abesse, e re publica videretur. Conceptum hac ratione diploma pontificum nun-*

Digitized by Google

f ac (*f*) de rationibus ecclesiae leodiensis locutus sum accurate multis verbis cum pontifice; quem habui aequissimum. datum est igitur negotium
g tarracinensium (*g*) episcopo, quo pontifex utitur interprete & internuncio ad Philippum regem, ut ipsius pontificis nomine ea de re cum ipso rege studiose ac vehementer agat: quem episcopum ita docuit de tota negotii ac
h temporis ratione Laevinus (*h*) noster, ut, si ipsa res loqueretur,
i melius quid in re (*i*) esset, explicare non posset: cujus quidem Torrentii diligentiam & studium in persequendis omnibus mandatis tuis nulla equidem orationis diligentia assequi possim. De me vero tibi polliceor omnia, quaecunque ab amicissimo homine petenda & expectanda sunt. Romae. XIIII. Kal. junii. M. D. LX.

XXXVII.

nuncio suo Salvatori, episcopo elusino, & Francisco Sonnio, in Belgium proficiscentibus, tradit, qui, quae decreta erant, exequerentur; in aliis rebus, ad jurisdictionis terminos censumque pertinentibus, pro sua ipsi prudentia e re consilium capesserent. Et Philippus, accepta facultate, nihil moratus, quaesitissimo delectu viros ad novas infulas nominat... negotium definiendi novis ecclesiis certos limites, dotemque singulis attribuendi, Granvellano Sonnioque committit. In hac nova tot episcopatuum institutione, veteribus quattuor valde contrahi terminos necesse fuit. ac leodiensi quidem plurimum detractum est, aequissimo id animo Roberto episcopo ferente; de quo in Commendoni litteris, supra commemoratis, illa sunt: *Quanto a l'erettione de le nuove chiese di Fiandra, benchè sua signoria perda grandissima parte de la sua diocesi, m'ha però detto due volte di credere, che ciò debba essere con molto servitio di Dio, quando questi vescovi eletti facessero il loro debito, come sperava.*

(*f*) Particula *ac* abest ab exempl. Mihi necessario addenda visa est.

(*g*) *Taracinensium* exempl. Potuit etiam *terratinensium* scribi. nam, quae olim *Anxur*, *Tarracina* deinde & *Terracina* dici coepta est. De hac hujus episcopi extra ordinem legatione Pallavicinius in *Histor. concil. trident.* l. 14. c. 13. n. 1. ad an. 1560. his agit: *Deputò (Pio IV.) al re Filippo per nunzio speciale sopra que' fatti il Revetta, vescovo di Terracina, stimato da se pe'l valor dell' huomo, accetto per l'identità della patria &c.* Ad regis alloquium Revettam admissum Kalendis aprilis, idem Pallavicinius ibidem affirmat. is iterum insequente anno 1561. ad Philippum missus est nuncius ordinarius; quem Roma per dispositos equos die 23. maji profectum, cardinalis Borromaeus ad Hosium postridie scripsit. Vide *Tabul. eccl. rom.* p. 268.

(*h*) Laevinus Torrentius, leodiensium episcopi hoc tempore Romae procurator, vir doctissimus, leodiensis ecclesiae archidiaconus, postea antuerpiensis episcopus. de eo multae, ad eum plures tum card. Truchsesii, tum Pogiani litterae infra suis locis reperientur.

(*i*) *rem* exempl. a quo ne nimis recederem, pro *rem* scripsi *re*. sed pro *re* maluissem *se*.

XXXVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

De Maximiliani regis erga catholicam fidem studio non esse desperandum. In pontifice max. in caesare, in ipso Hosio certam spem constituendae religionis ostendi. 1. jun. 1560.

DOleo equidem & vehementer doleo, Maximilianum (a) regem spem nostram fefellisse. sed tamen eam spem non desperatissimam puto. quo enim res deteriore statu sunt, ut multis perditae ac deploratae videantur, eo magis Deo fidendum est, qui, pro sua admirabili misericordia ac benignitate, saepe aegrotis ac desperatis hominum animis salutare remedium afferre solet: quae quidem Dei misericordia assiduis ac piis omnium precibus incitanda est. erigit etiam animum meum pontifex max. quem incumbentem video ad voluntatem constituendae religionis. recreat me consensus, spero, regum omnium christiani nominis, in agenda ac tuenda Jesu Christi causa, maxime vero caesaris (b), quem daturum operam esse confido, uti

(a) Vocibus *Maximilianum regem* lineolam Gratianus subscripsit; qua videtur voluisse eas ab exemplari expunctas. De Maximiliani autem re vide epist. *Agnosco* d. 11. maji 1560.

(b) Ferdinandi caesaris singulare studium retinendae in Germania catholicae religionis praecipue declaratum est hoc ipso tempore, cum ad eum pontificius nuncius Hosius venisset; de quo Stanislaus Rescius haec in ejusdem *Hosii Vita* lib. 1. c. 24. memoriae prodidit: *Cum Viennam pervenisset, susceptus est ab imperatore Ferdinando humanissime. ad quem cum pontificis nomine de catholicae religionis veritate, de haereticarum fabularum vanitate, de ecclesiae auctoritate, de pontificis studio, de imperatoris officio ... & ornate & copiose, semotis arbitris, verba fecisset (sicut in exemplo ejusdem sermonis vidimus), summa cum attentione audiebat omnia pius imperator, ita ut ex ore dicentis pendere videretur. &, cum sermonem institutum absolvisset, imperator, velut alter Constantinus, qui se Athanasium, ut virum Dei, allocutum esse ad alexandrinos scribens gloriatur, e sua cathedra surgens, atque in caput Hosii incumbens, Gratia, inquit, spiritus sancti vobiscum est: spiritum domini labia vestra moventem video: vera sunt omnia, quae dicitis, & ita credo & sentio, ut dicitis. Ac ita prorupit in lacrymas, & aliquandiu vocem continuit. cum se recollegisset, dixit, semel tantum se, uxore sua mortua, flevisse; ex eo tempore non vidisse quenquam se flentem; nil sibi in vita acerbius accidisse, quam quod post magnos labores suos, post adhibitum omne a se studium in subditis imperii sui in fide ecclesiae catholicae continendis, nil tamen profecisse videretur. Sed orate, ait, pro me dominum, ut nobis det posse, quod volumus; & istis vestris salutaribus consiliis juvare nos non desinite.*

uti suum totiusque austriacae familiae clarissimum catholicae fidei & christianae pietatis lumen a nemine obscurari unquam possit. in tua certe virtute ac prudentia tantum pono, ut mihi persuadeam, fore, ut, te fungente officio & apostolici legati & plane euangelistae, tum tibi tum piis omnibus fructus constet uberrimus legationis tuae. quam tibi legationem (quod ad pecuniam attinet) minus aliquanto difficilem redditam esse, mirabiliter gaudeo; praesertim cum in eo admonitiones precesque meae non omnino inanes fuerint. de quo agam & ipse pontifici gratias. Quorum tibi sex capitum potestatem permitti cupis, ea & planius atque uberius describenda, & expedienda curabo. qua in re, ut in caeteris omnibus, studium ac diligentiam meam agnosces. Quod scribis, te fusius scripsisse de omnibus ad pontificem max. quae mecum ab eo fortasse communicabuntur; ita est: nam adhuc semper adhibitus sum, quoties per valetudinem adesse potui, & in recitatione tuarum ad se literarum, & in reliquis, quae ad germanicum negotium pertinerent. Valetudinem tuam cura; qua (*c*) ut quamdiutissime bona & firma uti possis, & opto & precor. Prima junii. M. D. LX.

(*c*) *quam* exempl.

XXXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

2. jun. 1560.

Bituntinorum episcopum commendat.

ETSI nihil necesse est Cornelium (*a*), episcopum bituntinum, tibi commendare, qui etsi, quod a pontifice max. missus, & cum Marco Empsio, viro clarissimo, profectus, & ipse

(*a*) De hujus episcopi legatione agit Pallavicinius *Hist.concil.trid.*l.14.c.13. n.7. his verbis. *A Cesare dunque per titolo di cortesia fu inviato dal papa Marco Sitico de' conti d'Altemps, cavalier tedesco, suo nipote, a cui diede egli la chiesa di Cassano, vacata per la sua creazione, e in altro tempo la porpora. Ma sopra i negozii della religione gli fu aggiunto per compagno frà Cornelio Mussi, vescovo di Bitonto, spesso da noi lodato; recondo egli a tutti i principi della famiglia cesarea doni preziosi insieme e divoti. Il primiero intento all'andata del Musso fu il racquisto alla religione del rè di Boemia; il quale pareva tanto quanto spruzzato de' nuovi errori, massimamente intorno alla necessità della comunione sotto l'una e l'altra spezie. Ed a questa impresa*

ipse theologus ac verbi Dei praedicator nobilissimus, omnibus his nominibus eidem tibi satis est commendatus, tamen viderer mihi & admirabili tuae in me benignitati & officio meo deesse, nisi optimum hunc virum hominemque doctissimum, perveterem amicum meum, non jam commendatione, qua nihil eum egere intelligo, sed testimonio judicii mei prosequerer. quamobrem oro te, ut, cum talem virum, tantis de causis, quibus videtur tibi commendatior esse non posse (*b*), tua gra- b
tia complexus fueris, nonnihil etiam in illo tribuas meae in te perpetuae observantiae ac pietati. qua in re aequales fortasse possum, superiorem neminem habere possum. ita mihi semper liceat te & incolumem & florentem videre. IIII. non. junii. M.D.LX.

presa parve mirabilmente adattato il Musso, per l'unione in lui della dottrina e dell'eloquenza &c. Affirmat autem idem Pallavicinius infra n.9. Hosium, episcopum varmiensem, ad caesarem *paullo post* Mussum a pontifice fuisse legatum. immo *aliquanto ante* dici oportuit. nam, Roma Hosium die 20. martii profectum pervenisse Viennam circiter diem 20. aprilis, supra vidimus: & infra card. augustani epistolam, hoc ipso die 2. jun. datam, Mussum, nondum Roma profectum, Hosio, Viennae jam degenti, commendantis, videbimus.

(*b*) Ita ex *posset* Gratianus correxit.

XXXIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo (*a*) Varmiensi. a

Eumdem episcopum commendat. 2. jun. 1560.

QUam vellem mihi ex media theologica vestra eloquentia verba suppeterent, quibus Cornelium, episcopum bituntinum, virum & sacerdotii honore & divinarum humanarumque rerum scientia tibi conjunctissimum, insignemque verbi Dei concionatorem, commendarem! sed, quoniam mihi illa non suppetunt (*b*), & tu, quae rei accommodata sint, ex di- b
vinis literis verba recognosces, ego tantum a te petam, ut ad eas causas, quas habes, ipsius episcopi humaniter excipiendi, & ejus, a quo (*c*), & quicum (*d*) missus est, & sua causa, adjun- c d
gas

(*a*) Duplex mendum ex epistola sustuli, alterum in inscriptione, alterum in subscriptione. nam non minus in codice vaticano, quam in nostro exemplari, & inscribebatur *cardinali*, non *episcopo*, & anno 1563. non 1560. notabatur.

(*b*) In exempl. *suppeditunt*. Gratianus *suppeditant* correxit. ego malui *suppetunt*, ut respondeat superiori *suppeterent*. & infra pro *recipiendi* scripsi *excipiendi*.

(*c*) A Pio IV. pont. max.

(*d*) Cum Marco Empsio. Vide superiorem epist. *Etsi nihil*.

gas etiam causam veteris amicitiae nostrae, quam cupio eum intelligere multum apud te valuisse. Te Deus incolumem & valentem servet. Roma. IV. non. jun. M. D. LX.

X L.

Otho Truchses Card. Augustanus Episcopo Quinqueecclesiensi. (a)

a

2. jun. 1560.

Ejusdem episcopi commendatio.

b QUI tibi reddet has literas, est Cornelius epscopus bituntinus, quem etsi (b) singularis ejus divinae & humanae scientiae & eloquentiae fama praecurrat, ut tibi non possit jam, & per se, & quod est praeterea gratissimus Pio pont. max. non esse commendatissimus, tamen, quia mihi etiam cum eo intercedit vetus amicitia, putavi, ipsum commendandum quoque literis meis, & a te petendum, ut ad amorem
c ac studium tuum, quod (c) in illum aliis de causis conferes, addas aliquid etiam mea causa: quo nihil mihi gratius facere potes. ego vero, quae tibi grata esse intelligam, studiose semper & libenter efficiam. Valetudinem tibi & salutem precor. Ro-
d mae. IV. (d) non. jun. M. D. LX.

XLI.

(a) Erat is Georgius Drascovicius, qui deinde anno 1562. medio ipso januario Tridentum ad concilium venit, caesaris, tamquam regis Hungariae, legatus: ad quem aliquot card. augustani litterae infra suis locis occurrent. Translatus deinde fuit primo ad episcopatum zagabriensem, tum ad colocensem archiepiscopatum, denique cardinalis a Sixto V. creatus die 17. dec. 1585. De hujus morte haec Oldoinius: *Antequam in urbem veniret, cardinalitium galerum suscepturus* anno 1585. die 15. *Kal. jan. seu ex Petramellario pridie Kal. febr. anno* 1587. *Viennae obiit*. In quibus illa anno 1585. sibi quid velint, sane non video. video autem, iis deceptum Vincentium Coronellium, eodem anno, immo & die, Drascovicium & cardinalem creatum & mortuum in sua *Chronologia universali* tradidisse. Sed certe Stanislaus Rescius in *Vita* cardinalis Hosii, quam anno 1586. scribebat, & anno 1587. Romae edidit, lib. II. cap. 1. de Drascovicio, tamquam etiam tum vivente, agit illis verbis: *Quam ejus* (Hosii) *cunctationem cum cognovisset Ferdinandus imperator, misit e vestigio Georgium Drascovitium, tum episcopum Quinque Ecclesiarum, nunc colocensem archiepiscopum & S. R. E. cardinalem, virum insigni in Deum pietate, & optimis consiliis abundantem &c.*

(b) Aberat *etsi* ab exempl. Gratianus addidit,

(c) In exempl. *quo*. Gratianus emendavit *quae*. ego *quod* verius putavi.

(d) In exempl. & cod. vat. VIII. *non. jun.* 1562. Sed datam eodem & die & anno, quo superiores, statui.

XLI.

Otho Truchses Card. Augustanus Rabano jurisperito.

Idem argumentum. 2. junii 1560.

VEritus sum, ne desiderares officium meum, si Cornelium, episcopum bituntinum, Marci Empsii istius germanici itineris comitem, tibi non indicarem, ut eum officio & humanitate tua complecti posses. scito igitur, ipsum episcopum non solum pontifici probatissimum esse (quod ex eo intelliges, quod sororis ejus filio, ad caesarem magnis de rebus proficiscenti, adjunctum videbis), sed praeterea (a) sacra ac saeculari eruditione excellentem, eloquentia vero tanta, ut ipsum triginta annos, idque amplius, in omnibus Italiae celeberrimis urbibus concionantem nemo non sit admiratus; tum amicum meum antiquum. itaque non potui deesse amicitiae nostrae in eo tibi episcopo commendando; quo colendo magnam & laudem ab omnibus consequere, & a me gratiam inibis. pergratum igitur mihi fuerit, si is intellexerit, te sibi mea etiam causa honorem habuisse. Vale, & me tui amantissimum esse, puta. Romae. IIII. non. junii. M. D. LX.

(a) *propterea* exempl. Emendavi.

XLII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

Litteras suas Bavariae duci reddi vult, quae de concilio tridentino celeriter instaurando agebant. 6. junii 1560.

QUas ad optimum principem, Bavariae ducem, quem Viennam venturum cognovi, dedi literas, eas a te, nempe ab homine, & utriusque nostrum amantissimo, & utrique charissimo, ei reddi cupio. quibus equidem literis ipsum oro summis precibus, ut concilii constitutionem, qua nihil est christianae reipublicae, nihil, praesertim Germaniae, utilius aut salutarius, adjuvet, urgeat, quantum in se est, ad optatum piis ac bonis omnibus exitum perduci, idest instituti, studeat. ac de concilio quidem nihil pontificem max. moratur, praeter expe-

ctationem istam: qua voluntate certa & explorata, quod ad eum attinet, ad eam rem parata & prompta sunt omnia. te vero ad incitandam concilii celeritatem minime cohortandum puto, quem unum omnium maxime ejus cupiditate flagrare, intelligo. Deus te valentem & incolumem ecclesiae suae servet. Roma. VIII. id. junii. M. D. LX.

X L I I I.

Julius Pogianus Octaviano Magio. (a)

a 8. jun. 1560.

Reditum in patriam gratulatur.

GRatulor tibi reditum tuum Venetias; neque iccirco gratulor, quia patriam, parentes tuos, multas denique tibi charissimas res longo intervallo reviseris, quarum aspectus, praesertim aliquandiu desideratus, te, propter humanitatem tuam, puto, valde delectat. ne causam quidem gratulationi affert splendor aut fructus honoris istius, qui tibi ob excellens ingenium, fidem & industriam tuam, in magno reipub. vestrae munere spectatam & cognitam, & adolescenti & absenti tributus est. quae etsi tanti aestimo, quanti sunt, id est magni, laetorque tam multis laetitiae tuae causis, tamen leviora sunt apud me, quam ut, primum hujus officii non diligentissimum, deinde etiam occupatum, in eam voluntatem possent adducere, tibi ut per literas gratularer. alia me ratio impulit, ut id facerem, nimirum opportunitas & utilitas congressus & consuetudinis cum Manutio tuo: quam equidem antepono, credo item tu, omnibus & commodis & jucunditatibus, quae patria tibi, quae domus tua suppeditare possit. itaque, pro meo in te amore, cum mirabiliter gaudeo tanta ista facultate discendi tua, tum tibi meum de ea & gaudium & judicium hac epistola declarandum putavi. felicem igitur te esse statuo, Magi, qui Manutium & Venetiis, & tui tam studiosum habeas; de quo quidem sic existimo, istius viri tum doctrinae, tum latinae linguae elegantia, paene admirabiliores esse Venetias, quam situ, quam navali-
b bus (b), quam singulari ista pulchritudine & magnificentia urbis. quare urge occasionem, & exple aliquando sitim eloquentiae tuam purissimis ejus & uberrimis fontibus. unum ex novis latinitatis auctoribus intuere & contemplare Manutium; uno illo ute-

(a) Haec epistola edita etiam est inter *epistolas clarorum virorum*.

(b) In coloniensi editione *epistolarum clarorum virorum* apud Jo. Gymnicum an. 1569. animadverti, heic legi *novalibus*, mendo sane ridiculo.

utere veterum imitationis magiſtro; in quo uno fere mihi videor agnoſcere reliquam imaginem latinae orationis, quam mirari licet omnibus, imitari paucis, aut ne paucis quidem, licet (*c*). tibi ſane licebit, qui te homini dicaviſti, qui vales ingenio, flagras ſtudio, tantam jam facultatem adeptus es, ut non tuae ſolum praeſtes aetati, ſed cum multis conferri poſſis, qui in his literis aetatem egerunt. neque vero illud de Manutio invidioſe non arbitror divulgatum, reſervare ſibi eum conſtitutas quaſdam a ſe quaſi formulas imitandi, neminique tradere intimum illud, quo excellit, ſcribendi artificium. nam, eum velle quicquam ejus generis caelatos omnes, qui tot ingenii atque induſtriae ſuae praeclara monimenta (*d*) pervulgarit, vix adduci poſſum, ut credam: cum paucis occultiora ac reconditiora quaedam communicare, & credo & probo. non enim in vulgus tribuenda ſunt latine ſcribendi myſteria; & habendum aliquid ſepoſitum, quo iis, qui tibi chariſſimi ſint, gratificere. quo te loco eſſe apud Manutium, didici cum ex ejus ad te literis, tum ex frequenti tua commemoratione ejuſdem in te beneficii. quod ille beneficium ſuum erga te, quem in ſe gratiſſimum ſuique obſervantiſſimum cognovit, tueri volet; eoque magis debebit, quod tuam laudem ad ſuam gloriam redundare intelligit. quamobrem facilius etiam carebis hac urbe; cujus cum aliquo deſiderio hinc proficiſci videbare. tibi vero judicabis Romam eſſe, ſed illam veterem, Manutii domum, non magis librorum officinam, quam virtutis & eloquentiae. Habes gratulationis meae cauſam. habe vero idem tu, quaeſo, rationem fidei tuae, ut, quae non ſolum imprudente me, ſed etiam invito, deſcripſiſti (quod te facturum pollicitus es) ~~comprimas. noſti enim, quanta~~ fuerit in iſtis tribus (*e*) orationibus (ſi modo ſunt orationes), paene neceſſitas negligentiae meae, quas coactus in quatridui curriculum, ſemper aliorum arbitratu & ſcribere & habere neceſſe habui. Roma. VI. idus junii. (*f*)

(*c*) Aliis otioſe videbitur hoc verbum iterari, aliis eleganter atque concinne.

(*d*) Hoc ex *monumenta* Gratianus fecit: nec tamen cauſam video.

(*e*) Significat certe orationes *In funere Marcelli II. De eligendo ſummo pontifice*, denique *Pro equitibus rhodiis*, nam quartam *In funere Franciſci, Guiſae ducis*, non niſi an. 1563. habuit; quintam vero *De aſcenſione domini* fortaſſe poſterius.

(*f*) Annum, quo referenda eſſet haec epiſtola, didici ex Magii litteris, editis inter *epiſtolas clar. vir.* quibus ad eam reſpondit die 22. jun. 1560.

XLIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi. (a)

8. jun. 1560.

Ad publicam religionis causam, praesertim in Germania, fortiter defendendam cohortatur.

IN tuis ad me literis, xiv. Kal. junii datis, facile elucet tua singularis & pietas in Deum, & hominum charitas. maximum sane utrunque christianae atque adeo episcopalis virtutis argumentum. neque enim in perturbatione religionis sine acerrimo sensu doloris ferre potes & Dei contemptionem, & tot exitium animarum. quamobrem vere tu quidem ea ac sapienter deploras. quod etsi minus multi faciunt, tamen id omnium est officium, qui christiani vocantur; omnium item partes (quod pie ac prudenter admones) pro viribus Dei gratiam precibus ac votis reconciliare; sed paucorum & omnino tua interest isti reipublicae parti, periculose aegrotanti, facere medicinam, quam depromas licet ex divinis artibus, id est ex doctrina ac prudentia tua; qui divino consilio a Christi vicario tantae curationi praepositus es, ut lenibus primum remediis, deinde, si minus illa prosint, urendo ac secando, vel repraesentes salutem totius corporis, vel integra membra liberes a periculo contagionis. hinc viribus, hinc consiliis juvabere, si res postulet; quibus cum nulli unquam suo vicario Christus defuerit, tum minime huic deerit, prompto & parato ad subeundum omne discrimen pro catholicae fidei dignitate. praesenti igitur animo opus est, quo te vigere intelligo; minime vero diffidendum in re Christi, quae interdum inclinata videatur, sed tum maxime resistendum adversariis, eodem illo duce, qui, quo potissimum tempore gubernatores sanctissimae navis fortunae impetum vix videntur posse sustinere, mari ac ventis moderatur. idem enim est ille fortis, ille invictus, ille misericors; de cujus (id, quod te praeclare interdum commemorantem audivi) neque potentia neque benignitate nulla est facta diminutio: qui si saepius, alienissimis imperatoribus, inimicissimis regibus, infestis populis, paucis denique episcopis, verae fidei defensoribus, hostium consilia disperdidit

(a) Haec epistola in exemplari nostro desideratur. Debet eam lector codici vaticano 3432. pag. 62. & *Tabulario eccl. rom.* pag. 88. unde eam transcripsimus.

Digitized by Google

didit ac dissipavit, quid nunc facturum sperare debemus, hoc praesertim pontifice maximo, hoc imperatore, his regibus, in ecclesiae romanae veritate tuenda & conservanda conjunctissimis? tantum nihil dissimulandum est, nulla in re connivendum, quae praeceptis ecclesiasticis & institutis adversetur, quorum auctoritas esse debet; potiusque id eligendum malum, quod bonum putes, quam id, quod certo scias esse bonum, non tuendum. sed haec tu melius, cujus domi ista nascuntur, quem Dei spiritus excitavit ad agendum istic causam suam, cuique nunc praescribet, quae agenda erunt, ut olim scribenda dictavit. quod ita esse comprobat perditorum spirituum in te concitatus furor, quorum, quot in eundem te sunt maledicta, totidem esse duxeris triumphos tuos, atque istum (*b*) quidem novum exagitatorem b legationis tuae, veterem vero & suae salutis proditorem, & desertorem alienae, est quod gaudeas, eodem tibi ore maledixisse, quo antea sancto Gregorio papae maledixerat. non enim esse potest hostis ecclesiae ac pontificum maximorum, & tibi bellum non indicere. sed istos ipsos nefarios spiritus facile patior fremere, te pontificium legatum esse, cujus opera se ex eorum animis, quos occupaverant, evellendos intelligunt. sed haec universe: illa proprie. De postulatis (*c*) synodi salisburgensis nihil c adhuc

(*b*) Significatur, opinor, Petrus Paullus Vergerius, olim justinopolitanorum episcopus (vulgo *di capo d'Istria*) a Paullo III. nuncius in Germaniam, concilii tridentini causa, missus: ubi turpiter praevaricatus, hostibus romanae ecclesiae, a qua suorum meritorum non satis haberi rationem homo arrogantissimus existimabat, sese adjunxit, romanosque pontifices atque omnes, qui in illorum fide essent, Hosium praesertim, theatinos ac jesuitas, maledicentissimis scriptis est insectatus. Tres ejus libellos adversus Pium IV. & ab eo indictum ac convocatum concilium tridentinum, italice scriptos, ac deinceps tota passim Germania Italiaque vulgatos, egregie confutavit an. 1562. ineunte, ac Venetiis apud Andream Arrivabenium edidit vir aeque doctus ac pius Hippolytus Chizzuola brixiensis, ex inclyta canonicorum regularium lateranensium societate: qui eadem opera Hosium ac reliquos, a Vergerio falsis criminibus accusatos, defendendos suscepit. De Vergerio videndus non uno in loco *Historiae concilii tridentini* Pallavicinius, libro praesertim 15. cap. 10. n. 13. & 15. Apte autem episcopo, qualis Vergerius fuit, hoc est pastori Christi ovium, sibi commissarum, a catholica religione desciscenti, card. augustani illa conveniunt *suae salutis proditorem & desertorem alienae*: quo magis de Vergerio heic agi suspicari possimus.

(*c*) Synodus haec episcoporum, ab archiepiscopo salisburgensium haud ita pridem celebrata, a Ferdinando imperatore postularat, ut eos, qui sacerdotes non essent, usu sacri calicis, sacerdotes autem connubiis in Austria, pro sua auctoritate ac religione, prohiberet. Vide Pallavicinium *Hist. concil. trid.* l. 14. c. 13. n. 18. De iis postulatis quid pontifex max. senserit, ex particula card. Borromaei ad Hosium littera-

Digitized by Google

adhuc cognovi. nam valetudine impeditus heſternum concilium,
quo eram vocatus, obire non potui. ſed eas literas miſſurum te
dixit ad me reverendus dominus Ptolemaeus. legam igitur dili-
genter, &, adhibitis, ut ſcribis, piis & eruditis viris, te eorum
d meaeque ſententiae (*d*) participem faciam. Feciſti tu humaniter,
ut omnia, qui literas meas reddideris caeſareae majeſtati; quae
cum mihi ea tribuat, quorum nihil agnoſco, praeter egregiam
voluntatem, ſuae potius dat teſtimonium benignitati, quam di-
gnitati meae. ſed omnino magnam vim habent ad meum ſtu-
dium & officium incitandum. Ivit ad me procurator tuus cum
informata facultate capitum, quae poſtularas. confecta igitur ad
e te dabuntur primo cuique tabellario. Caniſium (*e*) deſiderat res
augu-

terarum, die 20. jun. datarum, intelligimus: *Caeterum*, inquit, *quod ad congregationem ſaltzburgenſem attinet, maxime commendavit ſanctitas ſua ea, quae illi reverendiſſ. principes ſuper conjugio & communione ſentiunt, nullam majorem aeſtimans ab eis deſiderari poſſe pietatem affectionemque circa divinum cultum, ſanctaeque hujus ſedis obſequia, quam quantam oſtenderunt. quia vero eorum reverendiſſimis dominationibus tam male inde reſpondetur, unde remedium his ſcandalis adhiberi & debebat & poterat, nullum aliud eis conſilium dari poteſt, niſi ut ipſi modo fortes atque conſtantes in eorum ſancto catholicoque propoſito perſeverent; neque ullo pacto ſe induci ſinant ad aliquid concedendum contra conſtitutiones eccleſiae, donec ab concilio generali, adjuvante domino, remedium aliquod ſit inventum.*

(*d*) De hac card. auguſtani ſententia videndus idem Pallavicinius ibid. n. 19. Ptolemaeus is, de quo proxime dictum eſt, erat Pii IV. a ſecretis, martoranenſium epiſcopus, Gallius cognomine, patria Comenſis, ab eodem deinde Pio cardinalis creatus die 12. mart. 1565.

(*e*) Erat hoc tempore Viennae Ven. Petrus Caniſius e ſoc. Jeſu, magnus ille in vinea domini operarius, ab Hoſio Auguſta arceſſitus, ut cum eo multa de rebus ad catholicam religionem, valde in Germania per illa tempora laborantem, pertinentibus, communicaret. de celeri hominis ad meſſem ſuam reditu vehementer auguſtanus epiſcopus laborabat, *graviſſimo hoc*, ut ait ipſe, *ejus civitatis tempore*. Quantopere vero auguſtanae civitati utilis Caniſii praeſentia atque opera fuerit, Hippolytus ille Chizzuola, quem ſupra commemoravi, Vergerio, jeſuitis omnibus male dicenti, reſpondens pag. 169. teſtificatur his verbis: *Purchè habbia* (il Vergerio) *nominato alcuno de' noſtri* (cattolici) *con qualche villania attaccata, gli pare haver fatto un bel colpo, come fa quì con quelli, che chiama ipocritoni & diavoli: il cui nome & la cui bontà però, con la virtù inſieme, è nota a tutto il mondo, non pur quì nell'Europa, ma nell'Indie, dove con tanto gran frutto dell'anime, ad honor di Chriſto, vanno ſpargendo il divino ſeme evangelico, ſcocciando il diavolo dal cuore di quegli huomini infedeli; per la cui cagione il diavolo ſdegnato muove hora la lingua dell'heretico Vergerio, come altre volte moſſe quella de' fariſei contra Chriſto, a chiamarli diavoli. Ma ſpero, che & in Valtellina & in Germania il diavolo cederà un giorno il luogo, come fa hoggi in Auguſta, ove alle prediche di uno di tali, che quì infamor ſi penſa il Vergerio (dico il Caniſio) ſi rivolgono a miglioja gli huomini dall'hereſia luterana alla verità catolica.*

augustana, vel potius flagitat; quem, gravissimo hoc ejus civitatis tempore, si non id prorsus istic incommode fit, eodem remittas, vehementer velim. Vale. Romae. VI. idus junii. M. D. LX.

X L V.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

Catholicae fidei tuendae propositum atque constantiam laudat. 28. jun. 1560.

Utinam, quanta tua est catholicae fidei & pietatis vis, quanta etiam cupiditas mea, ut omnes christiani nominis principes tuo exemplo ad amorem ac studium tuendae religionis & communis salutis incitentur, tantum ipse possem proficere ad pium illum & plane gloriosum principum consensum, pontifice teque ducibus, conficiendum. nam in eo opere, quod, ita perturbato totius reipublicae, praesertim vero Germaniae, statu, non (*a*) nisi omnium opibus effici potest, libentissime curam omnem, laborem, vitam etiam ponerem. cujus mihi voluntatis & studii quando tu, pro tua in me benignitate, gravissimum (*b*) das testimonium, dabo equidem operam, ut hanc officii mei constantiam perpetuo probare possis. Immortaliter vero gaudeo, &, qui sparsi erant, rumores nonnullorum impii conatus (*c*) falsos fuisse, & te pontifici a me vere excusatum esse. neque vero deero, pro tuis summis in me meritis, in ulla unquam re, quam aut te velle, aut ad te pertinere arbitrabor, voluntati tuae, id est officio meo. Prosperum (*d*), comitem Ar-

(*a*) Addita particula *non*, quae aberat ab exempl. mendum mihi videor sustulisse, cujus notam contra hunc locum Gratianus adscripserat.

(*b*) Ita statui scripsisse Pogianum, non, ut est in exempl. *gratissimum*.

(*c*) Idem valere arbitror, ac *rumores de impio nonnullorum conatu*.

(*d*) Non *Prosperum*, sed *Scipionem*, Archi comitem, Ferdinandi caesaris ad Pium IV. oratorem, a Pallavicinio appellatum supra in adnotatione nostra ad epistolam *Quem superioribus die 2. mart. hujus anni datam*, vidimus. Utrum igitur card. augustanus, an Pallavicinius erravit? an utrumque nomen & Prosperi & Scipionis eidem fuit? an alius ille Archi comes, caesaris orator, de quo Pallavicinius, alius hic, de quo card.augustanus agit, existimandus? Hoc tertium verum puto; ac Scipionem quidem Romam, Ferdinandi oratorem extra ordinem prius, tum deinde Prosperum ordinarium venisse; de illo Pallavicinium, de hoc card. augustanum loquutum. Erat certe Viennae Scipio januario mense anni 1561. quo eodem tempore ejus fra-

Archi, virum clarissimum, tuum ad pontificem max. oratorem, & vidi & audivi libentissime; cui omnia mea, quae sunt omnia tua, praesto semper erunt. Te valere & omnibus rebus florere cupio. Roma (e). IV. Kal. jul. M. D. LX.

frater, hic ipse, ut opinor, Prosper, Romae caesaris oratorem agebat. Habeo exemplum litterarum, a Commendono, pontificis Pii IV. ad Ferdinandum imp. nuncio, die nono jan. ejus anni Vienna Romam ad Jo. Andream Caligarium datarum, quarum particula haec est: *Andate a visitare l'ambasciatore de l'imperatore, & ringratiatelo de l'offerte cortesi, fattemi dal signor conte Scipione suo fratello*. Immo ex card. augustani litteris, die 16. aug. 1560. datis, Viennam jam tum Roma Scipionem rediisse, infra discemus. Quis autem tum, cum Scipio Romam extra ordinem orator missus est, ordinarium caesaris oratorem apud Pium IV. ageret, docet particula litterarum, ab ipso caesare ad eumdem Pium die 16. jan. hujus anni datarum: *De qua quidem*, inquit, *nostra studiosissima intentione ac filiali erga sanctitatem vestram & sanctam apostolicam sedem observantia & devotione supradictus noster orator Franciscus liber Baro de Turre sanctitati vestrae pleniorem fidem facere poterit*.

(e) In exempl. omittitur *Roma*. Addidi; quod, indidem datam hanc epistolam, manifestum sit.

X L V I.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

28. jun. 1560. *Cromeri, ejusque collegae litteris se valde delectatum. Hosii ad caesarem legationis fructus uberes constituros.*

TU vero & literis & judicio de te meo mirabiliter respondes: neque sunt tuae vel exiguae literae inanes unquam a re aut jucunda aut fructuosa. & quidem proximae, praeter propriam, literarum collegae (a) etiam tui, viri amplissimi, singularem mihi voluptatem attulerunt. quas tu ejus humanissimas literas quando dandi ad me, pro humanitate tua, negotium suscepisti, eandem mihi humanitatem in meis illi reddendis, quaeso, praestabis. Discessum vestrum, cum melior, quam antea, rerum gerendarum spes vobis ostendatur, moleste fero. sed profecto manebitis: istamque mansionem vobis ac reipublicae christianae bene evenire & cupio, & ita futurum spero. De varmiensi episcopo (b) nostro nihil mihi exploratius esse potest, quam

(a) Praerembii, gnesnensium archiepiscopi, Poloniae regis apud caesarem una cum Cromero oratoris.

(b) Vocem *episcopo* expunxit in exempl. Gratianus: ego retinendam putavi; quum praesertim eam videam a vatic. codice non abesse.

Digitized by Google

quam cum ſibi a pontifice impoſitum munus, quantum in ſe fuerit, expleturum eſſe. Difficultates (*c*) vero quo plures quotidie & majores enaſci videntur, eo majore ſpe ſum, fore, ut nodus omnis expediatur. neque enim non fere ſolet Deus ſuis rebus, cum ab omnibus deſperatae ſunt, ſuam opem & auxilium afferre. ergo nec Germaniae nec Poloniae deerit: quod aſſiduis ab incredibili ejus benignitate precibus petere non deſiſto. Vale, optime & mihi chariſſime Cromere. IV. Kal. jul. M. D. LX. (*d*)

(*c*) Eadem res ſignificatur litteris ipſius card. auguſtani, ad Hoſium datis 12. jul. hujus anni; quarum eſt illud initium: *Magno in dolore, quo afficior iis difficultatibus, quae quotidie aliae ex aliis iſtinc afferuntur &c.* Quae ſententiae ſimilitudo non parum opinionem noſtram de anno hujus epiſtolae, infra declarandam, confirmat.

(*d*) In codice vaticano notatur haec epiſtola anno 1566. plane mendoſe: in exemplari autem noſtro minus mendoſe, ſed tamen, ut opinor, non emendate, anno 1561. Hinc factum puto, ut Gratianus vocem illam *epiſcopo*, varmienſi additam, expunxerit. nam, quum ſciret, poſt diem 26. fabruarii anni 1561. Hoſium non jam amplius varmienſem *epiſcopum*, ſed *cardinalem* appellari coepiſſe, videret autem, huic epiſtolae quartum Kalendarum julii diem ejuſdem anni adſcribi, neque homini de hujus adſcriptionis mendo ſuſpicari veniſſet in mentem, vocem illam *epiſcopo* temere inculcatam putavit, ac ſuſtulit. nos contra, vocem illam tamquam legitimam retinendam putavimus, ex eaque intelleximus, in adſcriptione annum 1561. pro 1560. temere fuiſſe ſuppoſitum. Sed, ne quidquam diſſimulem, injicit mihi ſcrupulum epiſtola *Admirabar*, infra recenſenda die 12. jul. 1560. quae ita ſcripta a card. auguſtano ad Cromerum eſt, ut diuturnam litterarum inter eos intermiſſionem praeceſſiſſe, appareat: *Admirabar*, inquit, *equidem tarditatem literarum tuarum, teque jam, incenſus earum cupiditate, quodammodo ſubaccuſabam, qui me tuo ſcribendi lepore ac ſuavitate modo voluiſſes allicere, captum ſtatim deſereres. nunc amo diligentiam & humanitatem epiſtolae tuae &c.* Qui ita ſcribit die 12. jul. non videtur idem potuiſſe die hac 28. jun. illa ſcribere: *Tu vero & literis & judicio de te meo mirabiliter reſpondes: neque ſunt tuae vel exiguae literae inanes unquam a re aut jucunda aut fructuoſa. & quidem proximae &c.* Accedit, quod dies 28. jun. non hoc anno 1560. ſed proximo 1561. in Saturni diem, quo publici tabellarii Roma Viennam proficiſcebantur, incidit. Moveor equidem his argumentis. ſed non minus eo, quod contra attuli, iiſque, quae afferre etiam plura poſſem, moveri me ſentio. hac ancipiti dubitatione diſtractus, ſic hanc epiſtolam hoc loco, tamquam in medio, relinquo, ut, ſi quis in alium transferre maluerit, non ſim valde repugnaturus. Interea conſuetudinem illam, de qua ſupra commemoravi, appellandorum cardinalium, epiſcopalis non muneris, ſed ſedis mentione facta, loco quodam litterarum cardinalis Putei, ad Hoſium die 19. jun. an. 1561. datarum, confirmabo: *De rege* (Poloniae), inquit, *quod nullam epiſcopi appellationem tibi tribuat, non video, cur eſſe ſollicitus debeas. neque enim id tibi neceſſario tribui debere, intelligis facile, ex omnium paene litteris, qui te cardinalem* VARMIENSEM *tantum, non etiam* EPISCOPUM *appellant. neque eſt, praeter te, quiſquam, qui me* ARCHIEPISCOPUM BARIENSEM *nominet, niſi ſi quid incidit, in quo archiepiſcopi auctoritas neceſſaria ſit.*

XLVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Archiepiscopo Gnesnensi.

28. jun. 1560.

Mirificam opinionem suam de Praerembii praestantia declarat, illique omnia sua officia defert.

Magnum sane argumentum est uniuscujusque virtutis famae celebritas, praesertim quam, laudatis viris approbantibus, consequare: majus vero indicium animorum est epistola, ex qua nimirum in utranque partem mores & voluntas apparet. hoc cum in plerisque, tum & antea in te, primum ex praedicatione multorum, deinde ex testimonio Cromeri, doctissimi atque optimi viri, & modo ex tuis literis, sum expertus; quae quidem literae, omnis refertae humanitatis, non solum quantum me amares, sed quantum ipse pro egregiis animi atque ingenii tui ornamentis amandus sis, facile declarant. quare & propensum istum tuum in me animum libenter amplector, & mutuum amorem ac studium meum tibi polliceor ac defero. te vero etiam, talem ac tantum virum, cum studiosissimum mei, tum singularibus praeditum virtutibus, non solum clientem recipio, sed praeterea patronum adopto; cujus vicissim res mihi nunquam minori curae erunt, quam meorum, atque adeo meae: quinetiam mihi a te beneficium datum existimabo, cum mea aut diligentia aut opera in rebus tuis utere. Studium tuum apud Poloniae regem mihi ut amplissimum, ita gratissimum semper fuerit: de quo habeo tibi gratiam singularem; cui incolumitatem & salutem exopto. IIII. Kal. jul. M. D. LX. (a)

XLVIII.

(a) Annus 1566. adscribitur huic epistolae tum in Gratiani exemplari tum in codice vaticano. sed, quum prima sit, ut ex ejus lectione apparet, quam ad Praerembium, archiepiscopum gnesnensem, card. augustanus dederit, quumque ex epistola *Cura tua*, ad Cromerum die 27. jul. hujus anni data, alias litteras ad archiepiscopum ante id tempus ab eodem cardinale fuisse datas, intelligamus, manifestum est, has non ad annum 1566. sed ad hunc 1560. pertinere. Locus autem ex epistola illa *Cura tua*, rem continens atque conficiens, est hujusmodi: *Ad amplissimum virum, collegam tuum, mihi cum suo, tum tuo etiam nomine charissimum, dedi literas, quas ei ante discessum redditas vellem, vel modo per te velim curari reddendas.*

Digitized by Google

XLVIII.

Julius Pogianus Paulo Manutio. (*a*)

Laudes; sibi a Manutio tributas, in se non agnoscit: ipsi vero Manutio universas eas jure deberi, profitetur. 30. jun. 1560.

DEbebam tibi quidem antea plurimum pro mentione, quam de me in tuis ad ornatissimum adolescentem Octa-

K 2 vium

(*a*) Haec epistola edita est inter *clarorum virorum epistolas* Venetiis 1568. apud Guerreos fratres, pag. 129.*b*.& Coloniae apud Gymnicum 1569. pag. 141.*b*. sed in hac altera editione falso inscribitur *Octaviano Magio* pro *Paulo Manutio*. continet autem responsionem ad Manutii epistolam, quae nona est libri V. inter ejusdem Manutii editas. hanc ipsam Manutii epistolam ne petere aliunde lector cogatur, praesertim magnum lumen his Pogiani litteris afferentem, subjicimus.

Julio Pogiano. Romam. Quam libenter, & quam saepe de te cogitem, Pogiane doctissime, conscius ipse mibi sum: mea vero quae sit ac fuerit semper, ubi temporis ratio tulit, de tuis virtutibus oratio, cum honestos & graves viros, iis, quibus ipse excellis, doctrinis excultos, babeam testes, non conabor tibi litteris exponere. nec tamen amori erga te meo, quem fateor impetrare a me posse omnia, tribuere quidquam in te laudando velim existimes. tua me scripta, in quibus excellentem quandam eloquentiae praestantiam elucere vidi, maxime vero praeclara illa pro illustri rhodiorum equitum societate ad pontificem babita oratio, quam efferre laudibus numquam desino, in banc sententiam facile perduxit. Accedit humanitas, probitas, opinio de me tua, nec ea significata obscure, sed aeternis ingenii tui testata atque expressa monumentis: ut, si nibil ipse, contra quam adhuc laboravi, memoria dignum praestem, me tamen ex testimonio tuo posteritas ignorare non possit; sin aliquid a me sum, tibi tamen debeam plurimum, cujus ad eam, quaecumque de me est, existimationem accedat auctoritas. quod si te antea, naturali quadam animi mei propensione, & communi erga omnes, qui optimis in artibus cum laude versantur, officio, non mediocriter diligebam, nunc, propria cum addantur in me merita, nisi totus amore flagrem ac studio tui, nisi, quam excelso in loco situm video, illustrari etiam magis omnium praeconiis tuam laudem exoptem, malam referre gratiam litteris iis, quarum consuetudine ad humanitatem excolimur, & omnino hominem ex homine videar exsuere. quamquam, mi Pogiane, non ita mei dissimilis esse possum, ut agnoscam ea, quae tu in illa omnium elegantissima epistola, ad eximiae tum indolis, tum etiam virtutis adolescentem Octavianum Magium proxime scripta, verbis amplissimis in me contulisti. scilicet ego in eloquentia magnus? quis, & qua in arte? illa quidem, ut res indicat, omnium difficillima; ipse autem vix mediocri instructus ingenio, otio certe, sine quo ne summis quidem ingeniis valde proficitur, numquam abundans, adversa etiam per annos multos modo valetudine, modo fortuna vexa-

b vium Magium literis honorificentissime feceras (*b*). qua in re quanquam intelligebam, te non tam judicii tui testimonium mihi dedisse, quam amoris in ipsum Magium, cujus opinione tibi tantopere fuissem commendatus, tamen, quia videbam, fore, ut magis, quam mihi tribuisses laudem, quam laudis causam multi spectarent, tanto tuo beneficio devinctus maximas tibi & habebam gratias & agebam apud omnes: tibi vero ipsi hoc literarum officium propterea minus reddebam, quod verebar, ne hujusmodi significatione grati animi mei tuam de me sententiam condemnarem. Sed victa est illa ratio abundantia quadam tum Magii humanitatis, tum benignitatis tuae. nam ille, ambitione lapsus in me, prodidit infantiam meam; quam tu non solum gra-

vexatus. sed absuerit nihil eorum, quae laudem in aliena lingua cupientibus requiruntur: me tamen vobis, qui Romae in ista luce, summa omnium virtutum ingeniorumque praestantia vivitis, qui pedem quotidie ponitis in vestigia clarissimorum virorum, qui spiritum ducitis e romano illo caelo, seminibus eloquentiae referto, anteponendum esse numquam duxi, fortasse, ut comparari aliquando possem, operam dedi. sed hoc quidem nondum contigit, ac vereor, ut contingat umquam. me enim in hoc studio, quo mirifice delectabar adolescens, rei familiaris occupatio non finit esse diligentem. aetas etiam nescio quo modo gloriae cupiditatem, si qua fuit in nobis, videtur exstinguere; qua sublata, non minimum languescit industria. contra vobis, ab omni cura expeditis, tibi praesertim, non aetate minus, quam ingenio florenti, quotidianum esse cum libris usum, & cum omni liberali doctrina, non ignoro. Quanti vero illud est, quo quidem nos caremus, locorum admonitu excitari ad decus? quanti etiam illud, haurire aliquid posse omnibus horis ex mutuo sermone, praecipue vero ex perennibus illis uberrimisque optimarum scientiarum fontibus, Octavio Pantagatho & Gulielmo Sirletto, familiarissimis tuis? a quibus, ut opinor, aeque diligimur; sed aeque tamen eorum doctrina frui per intervalla locorum mihi non licet. itaque tot ac tantis, quae suppetunt vobis, destitutus adjumentis, tantum abest, ut gloriosi palmam certaminis audeam sperare, ut hastas etiam non invitus abjiciam; qui praesertim facile futurum intelligam, ut ad te, quem plane in oculis fero, & a quo mutuam mihi tribui voluntatem libenter credo, primae partes in cognitione & usu romanae linguae omnium judicio deferantur. Quare primum illud te rogo, ne mihi tua praedicatione, quae tota, ut ego interpretor, ab amore proficiscitur, plus oneris imponas, quam mea sustinere possit infirmitas; existimesque, non minus me moleste ferre, si quando mihi falsa laus affingitur, quam nonnullos, cum vera detrahitur: deinde, si ego abs te in mea laude dissentio, ne propterea meum in tua judicium improbes: quod, ne si quidem ipse prorsus a me dissentias, immutare, cum multis jam patefecerim, aut velim aut possim. Vale, & Sirletto nostro, ac Pantagatho meo, vel potius utrique nostro, dic salutem meis verbis plurimam. Venetiis.

(*b*) Libro II. Manutii *epistolarum* tricesimatertia est ad Octavianum Magium, Romae tum nescio qua venetae reip. legatione fungentem, Venetiis data, cujus haec est clausula, ad quam hoc loco Pogianus respexit: *Salutem dic meo nomine exquisitae eloquentiae viro Julio Pogiano, cujus tibi amicitiam & consuetudinem valde gratulor.*

gratiae, sed constantiae tuae causa, disertissimis ad me literis eloquentiam mihi videri vis: quae si esset, nae ego illam in te renumerando, qui in me ornando vel tuis laudibus es diligentissimus, libenter expromerem. neque vero latior aut gratior campus esse posset, in quem melius vim orationis incitarem. sed plane deprehensus sum; ut mihi jam non sit integrum alterutrum crimen effugere, vel hoc ipsum infantiae, vel inhumanitatis. non rescribam tibi ad humanissimam & elegantissimam epistolam? quid hominis sim, si hanc officii vicissitudinem neglexero? respondeam? quis praestat, me, in vulgari hac mea scribendi consuetudine, a te, si minus aperto crimine, at saltem tacita existimatione reprehensum non iri? praesertim cum, si quid adhuc a me scriptum legeris, id vel tempore, vel insciente me factum esse, fortasse possit excusari; in hac epistola nullus est excusationi locus. sed officium sit antiquissimum, & χάλκεια χρυσείων (c). quae quoniam tu & liberaliter aestimas, & amice verbis extollis, quanti sint, idem tu videris. nam mihi quidem majori curae est, quemadmodum, qua possum re, gratus erga te videar, quam, quemadmodum, qua esse debeam, judicer, cum non possim. Vestra est ista paucorum, vel tua potius unius, facultas veterem in scribendo laudem hoc saeculo referendi. quod utrum naturae dono consecutus sis, an studio & industria tua, an utroque, neutram in partem necesse habeo disputare. illud quidem certe praeterire non possum, ingenium ac diligentiam, quae vix agnoscere videtur pudor tuus, mirandum in modum elucere in tuis literis; illis vero impedimentis & incommodis, quae commemoras, cumulari etiam tuam gloriam: qui si tot tantisque affectus difficultatibus eo pervenisti, quo nostra memoria nemo eorum, qui omnibus studiorum adjumentis instructi fuerint, adspiravit, ecquo te altius summa discendi facultas provehere potuit? illustrarunt igitur, mihi crede, te rerum asperita-

(c) Disertissimis Manutii litteris respondere se indisertis suis velle, significat; quod perinde erit, ac si aes pro auro reddiderit: contraquam Glaucus ille homericus (*Iliados libro* VI. *versu* 235.) fecit,

Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε,
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων:

Qui cum Tydide Diomede arma permutavit
Aurea aeneis, centum boves valentia novem boves valentibus.

Huc etiam Politianus in aureolo illo suo ad Bassum epigrammate respexit:

Carmina cum Basso deberem, carmina misi:
Rettulit ille meis carmina carminibus,
Qualia sub densis volucris nec Daulias umbris,
Eridani in ripis nec canit albus olor.
Sic sua cum Lycio donasset ahenea Glauco,
Aurea Tydides rettulit arma domum.

ritates; quas cum & fortiter tuleris, & luculenter enumeres, quanvis modeſtia virtutem & eloquentiam tuam extenues, re tamen eminent (*d*) & apparent. ac meos quidem ferit oculos decus iſtuc tuique lumen ingenii ſic, ut admirari ſatis tua ſcripta non poſſim; tantum abeſt, ut aſſequar imitando. nec vero ſentio, quid me, non omnino languentem otio, aut, quando etiam ita vis, non tardum ingenio, magnopere in ſtudio unquam adjuverit loci hujus opportunitas: contra potius, quantum mihi Roma obfuerit, intelligo. nam, cuicunque hic operam dederim, ea adhuc officii conditione dedi, ut ejus, apud quem eſſem, non meo arbitrio, & ſtudere & ſcribere cogerer. quaeris, quae ſit haec in urbe ratio ſcriptionis & lectionis meae? horrida, inculta, & plane diſſimilis ejus artis, in qua ipſe ſingulari honore verſaris. quinetiam caelum hoc, cujus affectio, te olim incola hujus urbis, eloquentiam vobis ingenerabat, neſcio quomodo eſt immutatum, & vim illam ſuam dimiſit. ne ſummorum quidem virorum imagines conſuetudinem ſervant in admonendo ſuam. prorſus mutae ſunt, ut aliis quibuſdam loquentibus modo imaginibus ſilentio gratificari videantur. reliqui ſunt Guilelmus Sirletus, & Octavius Pantagathus, duo eruditiſſimi ac ſanctiſſimi viri, quos ſi, quod mihi eſſet optatiſſimum, quamque mihi facultatem eorum concedit humanitas, frequens poſſem convenire, non me meae fortunae poeniteret. ſed tanti tamque propinqui boni fructum neceſſaria aſſiduitas operae meae me capere non ſinit. ita mecum actum eſt & agitur incommodius: qui, cum praeclara alia multa Romae cum multis deſidero, tum iſtam ornate dicentem, non ſolum pure loquentem, prudentiam, cujus cupiditate fui incenſus a puero, in his ejus ſedibus dolenter interdum requiro cum paucis: ac, luſtratis animo terris omnibus, in unis fere tuis aedibus, id eſt in ſcriptis, concluſam romanae orationis dignitatem & amo & admiror. neque vero aut ego te, ſi perinde, ut meritus es, laudare non queo, vere laudare non debeo, aut tu de tuis ornamentis exiſtimare debes ex tua verecundia, non ex communi omnium prope ſententia. quod ſi durior es in tua laude, cur indulgentior es in mea (*e*)? qui me alterum paene te fingis & pingis artis tuae coloribus. verum iſta eſt ſapientia (*f*), ſumma in te religione cum pari in

(*d*) Scilicet, virtus & eloquentia.

(*e*) *meam* exempl. Rectum putaſſem, niſi praeceſſiſſet *in tua laude*. Paullo ſupra ſcripſi *me capere*: etſi *me* ab exempl. abeſſet.

(*f*) Haec mihi videtur hujus loci, certe obſcurioris, eſſe ſententia: *Hoc demum ſapientis eſt, ſumme religioſum ac ſeverum eſſe in ſe, in alios ſumme beni-*

in me benignitate adaequanda, ferre palmam universae virtutis. quo me magis a te impetraturum confido, ut, si, quod vereor, his literis multum de judicio tuo detractum est, de amore, quo elatus tantum mihi praeconium tribuisti, nihil imminuas. nam, etsi judicium maximi (g), tamen (quia id amoris est, quo, si ejus existimationis cupidus sim, aliorum de me sustineri possit opinio) pluris facio perpetuitatem propensi in me animi tui; cui, si minus caeteris rebus, voluntate certe respondebo. A Pantagatho & Sirleto, utroque praedicatore laudum tuarum, tibi salutem plurimam refero. Vale. pridie Kal.jul. M. D. LX. Roma. g

XLIX.

benignum atque indulgentem, atque ita in omni virtute principem. Adaequaverat autem Manutius *summam in se religionem cum summa in Pogianum benignitate* in eo, quod laudes, sibi a Pogiano tributas, non agnoverat, respuratque; quas easdem tamen ipse Pogiano tribuerat.

(g) Subaudi *facio*. Sed mihi magis placeret *magni*, quam *maximi*: sequitur enim *tamen . . . pluris*. nam, qui *magni* aliquam rem *facit*, is potest *pluris* ea re aliam *facere*: qui autem *maximi* facit, is in summo judicii sui atque aestimationis gradu consistit, nec ultra summum progredi potest. Caeterum, huic quoque hujus epistolae loco nonnihil obscuritatis inesse, confitendum est. Omnino hoc habet Pogianus, ut egregias atque uberes sententias paucioribus, quam res postularet, verbis aliquando complectatur, &, quae plures orationis ambitus requirerent, unico saepe comprehendat; neque, ubi semel se ad aliquid, paullo gravius atque acutius, eloquendum incitavit, quidquam tam curet, quam ut cito eloquatur; quasi veritus, ne, si mora sit ulla interposita, ea sibi, quae cogitaverat, excidant, aut languidius atque remissius, quam animo conceperat, efferantur. qua in cura mentisque agitatione, de re magis, quam de verbis sollicitus, etsi illa non negligat, tamen neque aptissima quaeque semper, neque certe plura conquirit, quam quae prima, sibi in illa acri atque intenta cogitatione occurrentia, satis esse putat ad significandam potius, quam explicandam sententiam. hinc illae saepe orationis tenebrae. quod quidem illi magis, quam reliquis ejus aetatis, quorum scripta exstant, contingere necesse fuit, quem non scribere, sed dictare latinas epistolas suas solitum accepimus: ut non mihi mirum videatur, aliquid illi aliquando minus perspicuis verbis elatum excidisse, sed illud potius, tam paucos, qui ejus in reliquis scriptis perspicuitatem caeterasque dicendi virtutes, in tanta scribendi meditandique diligentia, assequi possent, exstitisse. equidem malim uno aut altero loco aeque obscuras, sed non minus elegantes epistolas posse dictare, quam magis ubique perspicuas, sed non aeque, atque illius sunt, elegantes scribere. Jam hujus loci sententia, paullo pluribus verbis adhibitis, sic illustratur: Etsi judicium, inquit, tuum de me magni faciam, pluris tamen amorem erga me tuum facio. nam, ut de me tam praeclare sentias, id fit abundantia quadam ipsius amoris tui. idem autem amor, si in eo permanseris, aliorum etiam bonam de eodem me opinionem mihi, si ejus forte sim cupidus, conciliabit. qui enim a viro doctissimo amer, putabunt homines, me non omnino expertem esse doctrinae. itaque amor tuus, unde & judicium de me tuum profectum est, & aliorum etiam opinio proficisci potest, pluris mihi, quam judicium ipsum, faciendus est.

XLIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Archiepiscopo Gnesnensi. (a)

a

5. jul. 1560.

Gratiarum actione in levi sua opera nihil opus fuisse.

b

QUod ad te Georgius Ticinius (b), homo & prudens & utriusque nostrum amantissimus, de meo studio scripsit, quod adhibuerim in tuis adjuvandis Romae negotiis, eo fecit, quia maxime conscius est amoris erga te mei. summam enim voluntatem meam tibi gratificandi pro tua praestanti virtute, & in me mihi perspecta benevolentia, pro facto accepit. quae facultas mihi si dabitur declarandi, quantum tua causa cupiam, faciam ut intelligas, neminem mihi in hac cupiditate praeferendum esse. non est ignotus hic meus in te animus Cromero, summo viro, illi ipsi, qui me & tui incredibili studio incenderit, & apud te tanta in gratia posuerit (c). interea tibi

(a) Is erat Joannes Praerembius: de quo vide epist. *Tametsi* d.2.mart.1560. Quo tempore creatus fuerit archiepiscopus, ex epistola cardinalis Putei, ad eum pridie Kal.aug.1559. data, intelligimus: *De negotiis*, inquit, *tuis ex sententia confectis, de litteris apostolicis expeditis, pallioque de more misso, certo scio, te ex R.Luca Podoski, qui omnia diligentissime curavit, ita esse omnia cogniturum, ut nullius in ea re diligentiam desiderare jure possis. De summi vero pontificis erga te voluntate, deque egregia expectatione virtutis & pietatis tuae, spero, audies multa, quae te magnopere moneant officii tui. quamquam quid abs te munus tibi creditum postulet, non dubito, quin multo ante diligenti cogitatione a te provisum sit. &c.*

(b) Homo polonus idemque sacerdos fuit, Sigismundi Augusti, Poloniae regis, polonaeque nationis negociorum Romae procurator: de quo frequens in reliquis deinceps epistolis incidet mentio. ejus dignitatem ac merita concilii praesides in litteris, ad card. Borromaeum die 7.jun.1563. datis, commemorarunt his verbis: *Volemo ancora pregare V.S. illustriss. che per amor nostro voglia tener memoria del signor Giorgio Ticinio, agente costì del sereniss. rè di Polonia; il qual' è dotto, buono & qualificato, com' ella sà. egli, essendo cameriero di sua santità, & corteggiano di tanti anni di cotesta corte, che hormai si può chiamare romano, può ben esser capace di alcuna di quelle ricognitioni, che sarebbono al gusto suo. & facilmente la conseguirà, se V.S. illustriss. lo piglierà a favorire. però la supplichiamo, che non gli voglia mancare del suo favore: poichè può essere certa di obbligarsi non pur lui, che le sarà sempre grato & conoscente, ma noi ancora, che per l'affettione, che li portamo, lo riceveremo a gratia particolare.*

(c) De eo Truchsesius ipse Cromerum rogarat epistola *Hosium tuum* d.18. maj. 1560. *Ac Praerembio quidem*, inquit, *archiepiscopo una vobiscum fruerer, viro amnibus rebus ornatissimo: quem cum ex singulari ejus virtute cognoscam, & tuis literis & multorum sermone celebrata, non etiam, quod vehementer opto, de facie noverim, erit tuae humanitatis me apud eum ponere in gratia, mihique tantum boni cancillare &c.*

tibi gratias ago de abundantia quadam humanitatis, qua provectus es, eximia gratiarum actione adhibenda in levi opera mea; quam ut egregia aliqua in re aliquando experiaris, vehementer & opto & a Deo precor. De religione non dubito, si, ut Pius IV. pont. max. de rep. & sentit & loquitur & meretur, ita eveniat, quin & cum capite ipso reip. & cum membris omnibus praeclare agatur. Moschum quietiorem esse cupio: quod equidem, pro meo erga regem vestrum (d) amore & observantia, a Deo precibus petere non desisto. sed ne illud quidem dubito, optimam causam Deo curae futuram. Vale. Romae. III. non. julii. M. D. LX. (e)

(d) Sigismundum Augustum, Poloniae regem.

(e) 1562. exempl. & cod. vat. Cur neutri obtemperarim, epistola ipsa, diligenter lecta, & cum reliquis, sive ad Praerembium, sive ad Gromerum scriptis, comparata, loquitur. quod si non ad annum 1560. pertinet, certe ad annum 1561. pertinebit; quo dies julii mensis quintus in Saturni diem incidit.

L.

Julius Pogianus Octaviano Magio. (a)

Excusat se, quod minus accurate rescribat. 6. jul. 1560.

EGO, Magi, caloris molestiam hic aegre sustineo, quem in dies singulos ingravescentem adjuvat auster, intempestivus multis, opinor, locis, Romae certe pestilens, praesertim hoc anni tempore, quo, praeter consuetudinem, promeridiani etiam etesiae nescio quomodo nos deficere coeperunt; & impendet (b) anniversarium incendium (c) agri suburbani, quo totam, puto, meministi, aestuare civitatem. ad hoc commune incommodum accedit domestica occupatio mea, a qua una, vel summa hyeme, possem calescere. auget molestiam discessus aliquot amicorum, qui salubritatem secuti partim necessariam, partim voluntariam, mihi jucundi sui congressus & eruditi sermonis desiderium reliquerunt. ad illos virtutis & doctrinae principes Sirletum & Pantagathum mihi vix adeundi facultas est singulis mensibus; ut videantur nonnunquam aeque longinqui, atque illi ipsi, qui

(a) Haec epistola una est e quattuor illis Pogiani, quae inter *epistolas clarorum virorum* editae circumferuntur. qua ex editione didici, eam datam die 6. jul. an. 1560. id quod in nostro exemplari non est adscriptum.

(b) *impendit* exempl.

(c) De hoc anniversario agri suburbani incendio vide infra adnotationem *b* ad epist. *Dum tu vejenti* d. 17. augusti 1560.

qui Tybur aut Vejos concesserunt. unus in hac tum inopia solatii, tum molestia negotii mihi interdum levationi est Horatius Ursinus noster, juvenis omni humanitatis genere politissimus. sed is etiam minus jam saepe mecum est, antea quam solebat. Quorsum ista? inquies. Ut mihi ignoscas, si bellissimae epistolae tuae in his difficultatibus minus accurate rescribo; quam scito
d e epistolam non solum Guilelmo (d) & Octavio (e) probatam esse, sed multorum praeterea, quibus legendam dedi, consensione laudatam; quorum unum illud est de te judicium, istuc esse curriculum ingenii & industriae tuae, in quo tantos quotidie processus efficias, ut, paucis annis, qui se tibi anteferat, fore putent neminem. quae tua facultas orationis major & admirabilior fuerit, si eam, ut scribis, instruxeris gravitate ac dignitate optimarum artium, & cum nobili, tum vero maxime christiano homine dignissimarum. Saluta mihi Manutium nostrum: cujus, amabo te, quem mihi conciliasti amorem, fove; ego, quacunque re potero, tuebor. Vale.

(d) Sirleto. (e) Pantagatho. Vide supra pag. 78.

L I.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi. (a)

a

12. Jul. 1560.

In concilii tridentini instaurandi voluntatem Pium IV. vehementer incumbere.

MAgno in dolore, quo afficior iis difficultatibus, quae quotidie aliae ex aliis istinc afferuntur, me consolatur pon-
b tificis (b) max. gravitas & altitudo animi, magnaque voluntas ejus, concilium ut habeatur. hanc sententiam cum is antea semper praesetulit, tum heri luculenter exposuit, recitatis tuis literis, tibique, summa patrum approbatione, tributo testimonio fidei, diligentiae, prudentiae singularis. praeclarae igitur literae, praeclarae actiones tuae; de quibus quominus proprie aliquid scribam, impedior officio. sed ad omnia habebis ab ipso pontifice max. cui eam mentem a Deo datam esse, tam necessario ecclesiae tempore, concilium ut haberi velit, in tantis, ut dixi, incommodis, mirifice laetor. satis enim mihi videtur esse ad rem con-

(a) Haec epistola edita etiam est in *Tabul. eccl. rom.* p. 101.

(b) *gravitas & altitudo animi sanctissimi D. N. magnaque &c.* Tabul.

Digitized by Google

conficiendam certa voluntas, neque tantopere requirenda facultas hominum in Dei causa; quam si expectamus, ecquando dabitur? quando impedimenta, morae, causae non obstabunt? an in (c) spe sumus, fore, ut, proferendo concilio, libentibus aut c
certe infirmioribus haereticis, id aliquando habeatur? utinam ne lenibus his remediis malum exulceremus, quod si mature & acriter curatum esset, sanam & salvam fortasse rempublicam haberemus. mihi quidem dubium non est, quin haec pestis tempore serpat longius, & in dies magis respuat medicinam. non hic sensus, non haec ratio fuit majorum nostrorum; quibus omnia posteriora fuerunt christianae fidei ac pietatis integritate; qui saepe armis, saepius suo sanguine, semper re ac ratione, pauci innumerabiles, inopes locupletissimos hostes fregerunt. qui si cunctati ac tergiversati essent, quomodo perniciosa illa haeresum (d) capita, tanquam acutissimis conciliorum gladiis, quibus d
septa ac munita viget ecclesia, fuissent amputata? descendebant in causam Jesu Christo (e) pleni, inanes a reliquis omnibus re- e
bus, & una fidei vi vincebant. nos instructissimi reliquis rerum adhuc adjumentis, sed minore, quam illi, fidei praesidio, nisi illorum exemplis admoniti resipiscamus, verendum est, ne brevi caetera subsidia desideremus. nam fieri nullo pacto potest, ut, perturbata fidei ratione, re vel privata vel publica incolumi diutius frui possimus. Haec ad te scripsi, quem, hoc languore multorum in tanta necessitate concilii, intimis angi sensibus, intelligo, ut agas id, quod agis, id est hortere, incites principes christiani nominis insigni tua ista pietate & facultate ad consensum concilii, hoc tam pio, tam animato, tamque, si reliqui non desint, parato duce (f): a quo quidem tibi nihil defu- f
turum esse scito, quod istic religioni necessarium aut opportunum censueris. nam ad ejus propensum animum in tuam virtutem atque prudentiam cum reliquorum cardinalium, tum mea in primis, tibi debita, diligens commendatio semper accedet. Vale. Roma. IIII. (g) idus julii. M. D. LX. g

(c) *certi sumus &c.* Tab.
(d) *haeresium* Tab.
(e) *Christi* exempl. Mendi notam adscripsit Gratianus. Correxi ex Tab.
(f) *Duce sanctissimo D.N.a &c.* Tab.
(g) *Tertio* Tab. Verius. namque is dies incidit in diem Saturni, quo die Viennam Roma litterae dabantur.

L I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Joanni Comiti Tarnovio.

12. jul. 1560. *Benevolentiam erga eum suam declarat.*

QUanti ego te, quanti, te patre dignissimum, filium tuum faciam semperque fecerim, vos ipsi estis optimi testes. quare, pro meo in vos amore, proque vestra erga me mihi perspecta benevolentia, utrunque & communibus his & propriis literis salutandum putavi. precor autem & utrique & toti domui vestrae salutem & incolumitatem: id, quod etiam saepe facio sine literis. a te vero peto, ut me de tuo statu, quod commode facere possis, interdum facias certiorem. neque enim jandiu, quomodo tecum agatur, intellexi. nihil vero mihi gratius afferri poterit, quam te tuosque omnes & valere & florere rebus omnibus. quod cum a caeteris de te libenter cognoscam, tum ex tuis literis libentissime. mecum, Dei benignitate, recte est. me vero ac rebus meis tu tuique omnes vestro arbitratu semper utimini. Vale. IIII. id. jul. M. D. LX.

L I I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Joanni Christophoro, Comitis Tarnovii filio.

12. jul. 1560. *Idem argumentum.*

CUM neque tuis neque parentis tui literis, quos & ego unice diligo, & a quibus mutuam mihi voluntatem reddi intelligo, jandiu sciam quid agatis, cogit me mea vetus erga vos benevolentia, tum vos appellare meis literis, tum vestras requirere. ac primum cupio, tibi evenire omnia, quae ipse exoptas. neque vero meis, id est tuis, de te optatis dubitandum est quin Deus responsurus sit, cum & catholicam fidem & pietatem colas. qua te laude praestantem esse pro nostra amicitia mihi gaudeo, tibi & amplissimae familiae tuae gratulor. quae autem a me in te tuosque omnes proficisci possunt, ita tibi tuisque prompta esse puta, ut a nemine sint paratiora. expecto tuas literas, quae me doceant de statu rerum vestrarum. nihil enim mihi optatius afferri poterit, quam vobiscum agi praeclare. IIII. id. julii. M. D. LX.

LIV.

Digitized by Google

L I V.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Cromeri litteris de Hosio, de nova hospita, de principum proximo adventu, respondet. 11. jul. 1560.

ADmirabar equidem tarditatem literarum tuarum, teque jam, incensus earum cupiditate, quodammodo subaccusabam, qui me tuo scribendi lepore ac suavitate modo voluisses allicere, captum statim desereres. nunc amo diligentiam & humanitatem epistolae tuae. oratori vero huic regis vestri, vel certe tabellariis, succenseo, qui sua negligentia magno me fructu privarint liberalitatis ac festivitatis tuae. In Hosio autem nostro alteri commendando (*a*) neuter nostrum peccavit; cujus a
viri vel supervacanea commendatio, in summo utriusque nostrum in illum amore, tamen habet elegantem officii certationem, utrique, opinor, mihi certe jucundissimam: cui quidem Hosio gravedinem adeo gravem esse, graviter fero. sed jam, spero, levabitur. Praerembii, collegae tui, propensa in me voluntate valde delector; in qua ei mutuo semper respondebo. Te novae hospitae (*b*) pietatem veteris eruditae cuidam impiae- b
que loquacitati praeposuisse, mihi gaudeo, tibi gratulor; praesertim cum sit illa vetus hospita monachis infensior, quibus aulicos, auctore te, cedere, vix aut ne vix quidem ferre posset. Adventus principum, ut scribis, ad vos mihi erit optatissimus, quem rebus nostris, id est religioni, accommodatum & utilem fore confido. Tu, ubicunque fueris, eris tui simillimus, id est & honoratus & catholicae religionis propugnator acerrimus, & nostri amantissimus. Vale, ac Praerembium & Hosium saluta meis verbis. Romae. IIII. id. jul. M. D. LX. (*c*) c

LV.

(*a*) In epistola *Hosium tuum*, die 18. maj. 1560. data, ita ad Cromerum card. augustanus scripserat: *Redeo ad Hosium, quem, ut par pro pari referam, a te mihi hic commendatum, vicissim istic tibi commendo.*

(*b*) In eadem epistola idem Augustanus: *Utrum*, inquit, *Viennae nactus sis hospitam eruditam, augustanae similem, quae tecum de concilii habendi ratione disputet, facies me, cum erti commodum, certiorem.*

(*c*) Adscribitur huic epistolae in codice vaticano, itemque in nostro exemplari annus 1566. pro quo Gratianus fecit 1561. sed corrigi debuisse, quemadmodum a nobis correctum est, nemo, qui modo ad quod tempus superiores adnotationes duae referantur, consideret, non videt.

L V.

Otho Truchses Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Epiſcopo Varmienſi.

19. jul. 1560. *Sollicitum de pluribus a Pio IV. Viennam ablegatis Nunciis omni cura vacuum eſſe jubet.*

HAbet pontifex max. habent omnes boni tot tantaque pignora animi, ingenii, voluntatis tuae, nihil ut tibi verendum ſit, ne, ſi deinceps iſtuc etiam multo plures mittantur
a epiſcopi (*a*), quicquam id obſit officio aut rationibus tuis. varia eſt & multiplex ratio negotiorum, multae ad caeſarem allegandi cauſae. qua tu de re legatus es, in ea nihil tibi com-
b mune cum caeteris, vel, ſi quid forte (*b*) communicandum, tu tamen adminiſtrandi negotii dux & princeps, atque adeo unus es inſtar multorum epiſcoporum. ac brevi quidem Delphinus
c epiſcopus (*c*) ad vos proficiſcetur: ſed is quoque ea lege, nihil ut agat, niſi de tuo conſilio atque ſententia. quare bono animo ſis, & effice ac ſpera, hoc pontifice maximo, iſto caeſare, te interprete, Deo approbante, memorabilem rem gerendam eſſe
d & eccleſiae ſalutarem. De ratione pecuniae (*d*) nihil adhuc confici

(*a*) Viennam paullo ante a Pio IV. ad Ferdinandum imperatorem allegati fuerant nuncii extra ordinem caſſanenſium & bituntinorum epiſcopi. de mittendo etiam tertio, nempe pharienſium epiſcopo, hoc ipſo tempore agebatur; cui non ita multo poſt quartus eſt additus Joannes Franciſcus Commendonus, zacynthiorum epiſcopus. id Hoſio, qui apud eumdem Ferdinandum ordinarii nuncii munere fungebatur, nec ſibi ſatis honorificum, & tractandis expediendiſque negociis parum accommodatum videbatur. oſtendit card. auguſtanus, nihil ea re aut exiſtimationi ordinarii nuncii detrahi, aut impedimenti negociis ejus tractandis afferri. in quam ſententiam & haec & aliae deinceps epiſtolae ab eodem ſcriptae ſunt.

(*b*) *fortaſſe* exempl. Emendavi.

(*c*) Zacharias Delphinius venetus, pharienſium epiſcopus. Eſt autem *Pharia*, adriatici maris inſula, vulgo *Leſina* vel *Lieſina*. Quibus cum mandatis Viennam miſſus Delphinius fuerit, habes apud Pallavicinium in *Hiſt. concil. trid.* l.14. c.14. n.8. & ſeqq. noſque uberius ſuo loco exponemus. Profectus eſt autem circiter Kal. ſept. hujus anni.

(*d*) Quid hoc negocii ſit, ex particula litterarum card. Borromaei, ad Hoſium die 20. jun. datarum, licet intelligere: *Quod ad pecuniam*, inquit, *victus tui attinet, taedet me dicere, mercatorem non bene intellexiſſe. ſemper enim de ſcutis ducentis, non de trecentis loquuta eſt ſanctitas ſua; quemadmodum & cardinalis Moronus & tu ipſe ſcis. ſcio, te pro tua modeſtia his ducentis contentum fore; ſaltem ne antiquus modus & conſuetudo hujus antiae*

fici potuit, agente & omnino nihil praetermittente me. sed is etiam expedietur nodus. neque vero mirandum est, parum aliquid interdum procedere in tanto concursu curarum, & multitudine negotiorum. tantum habeto, te hic in ore esse & amore pontificis ac bonorum omnium, neque commoda tua, si necessario differuntur, neglectum iri. qua in re polliceor ego tibi praecipuam operam ac diligentiam meam. Vale. Roma. XIIII. Kal. augusti (e). M. D. LX. e

lae immutetur, nunquam solitae aliis, qui istam legationem gesserunt, majorem summam attribuere. tuque remunerationem tuam in majoris momenti rebus ab sua sanctitate expectare debebis, atque haec minima contemnere. De eadem re sunt illa ex litteris card. Putei ad eumdem Hosium, die 20. julii datis: *Quod attinet*, inquit, *ad nummos, egi cum reverendiss. Morono: isque se de ea re valde sollicitum tua causa esse ostendit. quamquam summum pontificem bona fide confirmasse sibi retulit, de trecentorum numeratione Olgiatorum errore factum, seque neque tibi neque alii ulli eam pensionis menstruae summam statuisse numerari, sed ducentorum tantum. quod ego verum esse facile credo. nam non modo memini, mihi idipsum affirmatum a summo pontifice, sed etiam vetusto more ita praescriptum plane esse & scio & ex multis audivi. quare ineunda ratio est, ut ducentos coronatos sumptus non superet . . . atque pristinae tuae liberalitatis, si sapis, ad tempus obliviscere.* Nimirum majorem sibi pecuniam menstruam attribui Hosius voluisset, quo largius singulari sua erga alios, praesertim calamitosos atque egenos, liberalitate uteretur.

(e) *Septembris* exempl. Codex vat. omittit tum mensem tum annum. sed augustum septembri necessario substitui, quod hanc epistolam fuisse scriptam ante eas, quae deinceps & hoc ipso julio mense & sextili ineunte a card. augustano ad Hosium scriptae sequentur, diligenter omnes inter se comparanti manifesto appareat. Sed suspicor, in adscriptione aliter etiam esse peccatum, scriptumque XIV. pro XIII. qui fuit hoc anno dies profectionis tabellariorum viennensium Roma.

L V I.

Julius Pogianus Octaviano Magio. (a) a

Magii studiorum ardori, & ejus ad Rodulphum Pium epistolae laudem tribuit. 20. jul. 1560.

NON summa aestas, non domestica celebritas te a scribendo retardare potest? nihil tanti est, ut industriae cursum, & humanitatis studium remittas? macte. proferri enim video necesse esse laudis tuae terminos longius, quam quo caeteri fere perveniant, qui, necessario paene languore (b) hominum, in b studiis

(a) Inter *epistolas clarorum virorum* haec etiam edita reperitur.

(b) Propter nimios calores.

ſtudiis & in ſcriptione aſſiduus ſis, & ita evoles, tibi ut, iſta ingenii vi, contentione tanta, ſpatium defuturum eſſe videatur. non vis, praeſtantem in te naturam plus admirationis habere, quam curam ac diligentiam tuam; & alis quotidie latine ſcribendi conſuetudinem quaſi quodam doctrinae pabulo (*c*): utrunque ex iſtius noſtri (*d*) inſtituto, utrunque ex veteri diſciplina. perge; ſed commodo valetudinis. Epiſtolam tuam ad Rodulphum (*e*) Pium, cardinalem ampliſſimum, legi libentiſſime: de qua, quod judicium meum exquiras, tot iſtic interpoſitis doctorum & eloquentium virorum judiciis, cauſa nulla eſt. nam amorem in te mecum deſiderare non potes, prudentiam, etiamſi poſſis, nolis. Literarum (*f*), quas ad Manutium noſtrum dedi, primum illud exemplum, quaeſo, tollite. & tu, mi Magi, pro noſtra amicitia da hoc mihi, ut, in anguſtiis temporis mei, quibus nec ipſe poſſum ſcribere, nec, quae alteri dictem, probare, in benevolentia ac diligentia acquieſcam tua. Vale. XIII. Kal. auguſti. M. D. LX.

(*c*) *papulo* exempl.

(*d*) Paulli Manutii, amici communis: qui Venetiis cum Magio degebat.

(*e*) *Rodolphum* exempl. Ad hunc cardinalem Magii epiſtolam, quae hic ſignificatur, habes in eodem volumine *epiſt. clar. vir.* pag. 149. editionis colonienſis an. 1569.

(*f*) Eae ſunt, quas ſupra dedimus die 30. jun. pag. 75.

L V I I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

26. jul. 1560.

Pomponium & Lucium Cottas commendat.

Pomponius & L. Cottae fratres, juriſconſulti mediolanenſes, veteri romana nobilitate, cujus etiam nomen retinent, digniſſimi, antiquum jus ac dignitatem familiae ſuae, teſtatam & illuſtrem tum libris tum vetuſtis praeterea monumentis, a te confirmari cupiunt. rem reique cauſam & argumenta cognoſces ex eorum literis, quibus publica accedet auctoritas. ego ipſos Cottas fratres ita tibi commendo, ac ſi eſſent propinqui mei; quorum, praeter haereditariam obſervantiam, communem in omnes caeſares, eſt propria quaedam ac ſingularis erga te. & quidem uterque frater illuſtrat familiae ſuae ſplendorem eximiis omnibus & animi & ingenii ornamentis. Pomponius vero eſt duodecimvir ſacrae romanae rotae; qui honos cum per ſe

magnus

magnus & amplus eſt, tum vero, propter egregiam ejus viri & legum ſcientiam & probitatem, ampliſſimus. quare ad tot tantaque tua in me meoſque merita magnus accedet cumulus, ſi duorum fratrum, nobiliſſimorum & optimorum virorum, juſtiſſimae cupiditati quam celerrime ſatisfieri juſſeris. Ego Deum precor, ut te tueatur, mihique facultatem det tibi tantum gratificandi & inſerviendi, quantum ſummum & ſtudium & officium meum poſtulat. Vale. Romae. VII. Kal. auguſti. M. D. LX.

LVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Epiſcopo Varmienſi.

Neque de nunciorum multitudine ad caeſarem a pontifice max. miſſorum, neque de pecuniae ſubſidio ſollicitum eum eſſe debere. 26. jul. 1560.

NON tibi magis curae ſunt moleſtiae tuae, quam mihi, qui te aeque atque me diligo. ſed nolim, te ipſum tibi ſtruere ſollicitudinem. ut enim antea tibi ſcripſi (*a*), nulla muneris, nulla dignitatis tuae ſit diminutio, iſtuc euntibus epiſcopis, vel cujuſvis ordinis viris, a pontifice miſſis; qui vel alias cauſas agent, vel, ſi quid de negotio, cui tu praepoſitus es, tu tamen omnibus actionibus & intereris & praeeris. in hac voluntate eſt pontifex max. cujus in te amor ex omnibus partibus ſeſe in dies magis oſtendit. quare, in tanto uſu quietis ac tranquillitatis tuae, amove curam omnem, & ſerva animum vacuum concilio; de quo nunquam majori in ſpe fuimus, incumbente ad ejus rei voluntatem ipſo pontifice maximo. Pecuniae cauſa, quam affers, magna eſt illa quidem; ſed tamen iſti etiam incommodo ſubvenietur. ut (*b*) enim ad menſtruam penſionem nihil accedat (quod (*c*) obtineri non poteſt, adverſante conſuetudine, quaſi duriore quadam & ſeveriore lege), adhibebitur alia ratio quadrimeſtris vel ſemeſtris cujuſdam ſupplementi. omnino pontificis benignitas non deerit, tali tempore, tanto viro, tantam cauſam agenti. tu, quaeſo, tibi ne deſis. Vale. Roma. VII. Kal. auguſti. M. D. LX.

 LIX.

(*a*) Vide ſuperiorem epiſt. *Habet pontifex* d. 19. jul.

(*b*) Pro *etiamſi*.

(*c*) Nempe, ut aliquid ad menſtruam pecuniam accedat.

Digitized by Google

LIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

27. jul. 1560.

Convaluisse se morbo: ad Praerembium litteras dedisse: Hosio nullam causam esse, cur sollicitus esse debeat.

CUra tua de valetudine mea summi tui in me amoris signum est, semper illius quidem mihi perspecti, sed tamen hac etiam significatione jucundissimi; qua me valetudine usum esse scito multos dies permolesta, veruntamen, Dei munere, minime periculosa. Ad amplissimum virum collegam
a tuum, mihi tum suo, tum (*a*) tuo etiam nomine charissimum,
b dedi literas (*b*), quas ei ante discessum redditas vellem, vel modo per te velim curari reddendas. Sollicitum me habet sollicitudo praestantis viri varmiensis nostri, praesertim non magna de causa. quamobrem tu, pro tua & in illum & in me, qui illum unice diligo, benevolentia, absterge ei omnem molestiam. nam, ut ad hominem jam antea scripsi, non est, ut vereatur, ne ei quisquam in ista legatione praeferatur, aut quicquam detrahatur de ejus honore aut munere. quoquot istuc mittentur episcopi, nedum qui missi sunt adhuc, ad varmiensem referent omnia, ejus & sententia & consilio utentur. mitto, quod sunt propria quaedam & singularia interdum negotia pontificibus maximis cum summis regibus, quae certis hominibus mandari solent; ut hoc, quod Delphino episcopo, jamjam ad caesarem proficiscenti, mandatum est. accedit consuetudo.
c memini enim, Paulum (*c*) III. Julium item III. pontt. maxx. cum de magnis rebus misissent jam legatos ad caesarem viros amplissimos, summisisse episcopos alios, item alios, nullo non solum detrimento superiorum, sed ne querela quidem. sanctissimus dominus noster de varmiensi honorificentissime & sentit & loquitur;

(*a*) *cum* exempl.

(*b*) Superiores, opinor, datas die 5. jul. ad Praerembium, gnesnensium archiepiscopum; de cujus profectione ad comitia regni Poloniae agit card. Puteus in litteris ad Cromerum, die 13. jul. datis: *Quod scribis*, inquit, *de profectione archiepiscopi, fuit mihi certe gratissimum. verebar enim, quod ipse quoque prudentissime videras, ne, si absente archiepiscopo comitia haberentur, religionis causa paene deserta maneret. nunc video, nihil esse verendum, eo patrono praesente.*

(*c*) *Paulo III. Julio item III. pontif. max. &c.* exempl. Emendavi.

quitur; eum sine exceptione laudat. quare confirma, quaeso, hominem; qui, si se istinc vel commoveret, vel ostenderet, minus ista sibi probari, fortasse obtrectatoribus sermonem daret. pecuniae difficultas, quae illi praeterea mansionem istam insuavem reddit, levabitur non menstrua jam pecunia majore (usus enim, ut ajunt, ducentos aureos nummos summam obtinuit), sed quadrimestri vel semestri alia liberalitate: quod omnino curae fore polliceor sanctissimo domino nostro. Vale. Romae. VI. Kal. augusti. M. D. LX.

L X.

Otho Truchses Card. Augustanus Stephano Agricolae Augustano. (a) a

Reditum ejus ad catholicam ecclesiam gratulatur. 27. jul. 1560.

Summa caelestium gratulatio in unius salute hominis facile ostendit, qua nos laetitia efferri debeamus, cum aliquis nostrum cum Deo redit in gratiam. quantum igitur gaudere bonos & pios viros, quantum me triumphare existimas tuo isto reditu in viam salutis? & quidem ipse, ut debeo, praeter caeteros, gaudio compleor tua religione ac pietate; cujus praeclarum testimonium multi gravissimi viri apud me tibi dederunt. quare, ut tibi gratulor, te reconciliatum esse sanctissimae piorum omnium parenti ecclesiae, sic hortor te, ut ejus gratiam retineas ac tueare ea vita & iis moribus, qui christiano homine digni sunt. quod tibi constantiae officium antiquissimum fore praeterea declarat non modo votum, quo teneris, visendae hujus sacrae urbis, sed magna ejus rei (b) cupiditas, qua te audio b affectum esse. quae mihi voluntas & ratio tua ita probatur, te ut huc invitem, tibique magnopere auctor sim, ut venias ad nos (c). delectabit te loci majestas, movebit sanctitas, cohor- c tabuntur ad iter caeleste vestigia ipsa & monimenta sanctorum virorum, quorum referta est urbs; ut spectantibus etiam quodammodo amorem religionis ingenerare videantur. nec deerunt christianae pietatis excellentes ac singulares magistri. co-

M 2 ram

(a) De hoc Stephano Agricola vide adnotationem Ernesti Salomonis Cypriani ad epistolam XVI. partis III. *Tabularii eccl. rom.*

(b) Vocabulum *rei* omittit exempl. Addendum putavi.

(c) Ac Romam quidem Agricola extremo hoc anno 1560. venit. de quo adventu sunt ad Pflugium, naumburgensium episcopum, Truchsesii litterae, die 21. dec. datae, suo loco a nobis exhibendae.

ram igitur facilius de rationibus tuis consilium capiemus, adhibitis iis viris, qui te hortatu, qui praeceptis juvabunt. a me nihil, quod praestare possim, desiderabis. Vale igitur, & veni.
d Roma. VI. Kal. augusti. M. D. LX. (d)

(d) Codex vatic. adscribit huic epistolae annum 1565. plane mendose.

L X I.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

8. aug. 1560. *De Bonfii causa. De pragensi archiepiscopatu restituendo. De Staphyli opere. De pecuniae subsidio.*

GEorgii Bonfii, in primis fortis ac nobilis viri, causam tibi a tot episcopis, mihi a te commendatam, praesertim accedente voluntate caesaris, studiose complectar. Non assequar, ut scribam, quanta me voluptate afficiat ipsius caesaris consilium de restitutione pragensis archiepiscopatus (a), hoc illius provinciae tam necessario tempore, tantaque inopia episcoporum; cujus pietatem in hac liberalitate ac magnificentia satis laudare non possum, qui, istis erigendis ecclesiae afflictis membris, caput ipsum atque adeo corpus recreat universum. Staphyli opus (b), Staphylo dignum, mihi cum re ipsa gratum, tum

(a) In ea' parte *Itinerarii* Joannis Francisci Commendoni, comite Antonio Maria Gratiano, quam in adnotationibus nostris ad gratianei operis *de scriptis invita Minerva* librum XIII. ante aliquot annos edidimus, leguntur illa, locum hunc mire illustrantia: *A li 19.* (di gennaro 1561.) . . . . *a Praga: dove li due nuntii* (Delfino e Commendone) *furono alloggiati in castello da l' arciduca Ferdinando d' Austria, governatore del reame di Boemia per l'imperatore suo padre . . . . Praga anticamente era arcivescovado, fatto al tempo di Carlo quarto imperatore; ma fu dismesso per l'heresie de gli Hussiti: & haveva d' intrata 60. mila scudi, che furono occupati da diversi Baroni del regno, & dal Re. Hora si tratta di restituirlo; dovendo dare il Re d'intrata a la chiesa 6. mila fiorini per il vescovo: & monsignor illustrissimo Commendone portò la commissione di fare il processo sopra questo.* Perfecta deinde res est, & Antonio Muglitio, natione moravo, pragensis archiepiscopatus collatus: quem Muglitium, jam archiepiscopum, Ferdinandus, anno 1562. ineunte, ad concilium tridentinum, suo tamquam imperatoris romanorum nomine, oratorem allegavit. pervenisse eum Tridentum pridie Kal. febr. Pallavicinius libro XV. *Hist. concil. trident.* c. 20. n 1. tradit.

(b) De Friderici Staphyli hoc ipso opere paullo pluribus verbis agit cardinalis

tum tuo etiam nomine jucundum fuit. Accipio excusationem angustiae temporis tui, modo brevitatem literarum in otio sarcias. Pecunia tibi jussu pontificis jam attribuetur, nisi forte (c) est attributa. Vale. Roma. III. non. augusti. M.D.LX.

dinalis Puteus in suis ad Hosium litteris, die ho. mensis augusti tertio datis: *Accepi*, inquit, *a Leonardo confessionis librum, Viennae nuper impressum. nec minus etiam gratus accidit index, sive ordo & series tota cum successionis haereticorum nostri temporis, tum etiam divisionum inter se. quod ego opus Staphyli, hominis diligentissimi atque ejusce rei peritissimi, plurimi aestimo: curaboque, ut collegae mei eam ingeniosam Staphyli diligentiam perlegant*. Ad hunc Staphylum card. augustani extant litterae, die 28. febr. 1561. datae: ad quas ubi venerimus, aliquanto plura de homine, deque ejus doctrina dicemus.

(c) *fortasse* exempl. Et heic & alibi hanc vocem correximus, quam imprudenti Pogiano excidisse, persuasum habemus; qui certe non ignorabat, neque *si fortasse*, neque *nisi fortasse* dici, latinae linguae consuetudinem pati.

L X I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Quanto Cromeri litterarum desiderio teneatur. De Danubii alluvione. De fratrum simultate aucta. 5. aug. 1560.

EGO, si tabellariorum aut tarditatem incitare, aut negligentiam possem corrigere, ne ista quidem in re sumptui parcerem: ita efferor desiderio tuarum literarum; quae, ut nihil novi afferant, sunt tamen mihi jucundae, propria quadam suavitate ingenii tui. quare crebriores etiam interdum requiro. Commovit sane me vel secura significatio periculi vestri, quibus, in tanto humanitatis officio, rapidi gurgites (a), Danubii, ut ille inquit, indignatione ponte interscisso, timorem injecerunt. ago & ipse Deo maximas gratias vestro nomine, qui rapacem bonorum vim aquarum in vestro discrimine coërcuerit. Si-

(a) Inducta a nobis alia interpunctione, quam quae erat in nostro exemplari, quaeque magnam huic loco obscuritatem afferebat, haec, satis, ut opinor, perspicua, sententia elicitur: *cum Danubii indignatione pons interscissus esset, rapidi illius fluminis gurgites vobis timorem injecerunt*. Interjecit autem Pogianus, *ut inquit ille*, quo metaphoricam illam paullo, in oratione praesertim, audaciorem vocem *indignatione* mitigaret, quam a Virgilio quodammodo mutuatus esset, qui libro 8. aeneidos dixerat *pontem indignatus Araxes*. Vocat autem infra vim aquarum *rapacem bonorum*, quia eluvione illa multis, qui praedia, Danubio proxima, possidebant, bona ademta fuerant.

Digitized by Google

b Simultas (b), quam ſcribis fratrum congreſſione & colloquio auctam, magnorum eſſe poteſt conciliatrix bonorum. nihil enim

(b) Res ſaepe his litteris ſignificantur, de quibus aliquando nihil mihi dicendum puto, quod vulgo notas exiſtimem, aliquando nihil poſſum dicere, quod mihi ignotae ſint. Hujus generis eſt *ſimultas* haec, *fratrum congreſſione & colloquio aucta*, quae tamen *magnorum bonorum conciliatrix* eſſe poſſit. Neque fratres hoſce ego novi, neque de eorum ſimultate aut congreſſione quidquam audire me aut vero legere, memini. Quiddam eſt tamen, quod ſuſpicer; quo haec omnia referri poſſent. Maximilianus, rex Bohemiae, ac Ferdinandus & Carolus archiduces Auſtriae, fratres fuerunt, Ferdinandi caeſaris filii. atque ille quidem per haec tempora occulte favere lutheraniorum partibus putabatur: de quo, ut alia praeteream, illa ſuut in card. Borromaei ad Hoſium litteris, Roma Viennam datis die 20. jun. 1560. *Id tibi eadem opera dictum puta, ut idem ſerves erga ſereniſs. regem Bohemiae, & omnia ad concilii generalis voluntatem ſententiamque rejicias. interim teneri ſuam regiam majeſtatem ad obſervanda praecedentium decreta conciliorum .... qua in re ne animus regis ſubverſus exaſperetur, comiter humaniterque tibi cum eo agendum eſt, tum quia periculum eſt, quod & ipſe ſcripſiſti, ne ſe penitus lutheranum profiteatur, tum ut mos geratur caeſareae majeſtati, quae hoc deſiderare ſe, oſtendit.* Contra vero Ferdinandus archſdux mire catholicorum partes amplexabatur, romaniſque ſacris erat addictus: de quo item ad eumdem Borromaeum in hanc ſententiam Commendonus die 28. jan. 1561. Naumburgo ſcripſit: *A li 19. giungemmo a Praga .... A li 20. viſitammo il ſereniſs. arciduca Ferdinando, che ha il governo di quel regno, & io li preſentai il breve di noſtro ſignore, & la bolla del concilio, & poi le lettere di V. S. illuſtriſſima. Quanto a noſtro ſignore & a le coſe de la religione non ſi potrebbe a mio parere trovare un principe di maggior riverentia verſo ſua ſantità & la ſede apoſtolica ... Ne la partita, ſua altezza ci fece ſapere, come haveva fatto incarcerare il dì inanzi in Pardoiz, terra poco diſtante da Praga, un heretico della ſetta de' Piccardi, il quale negava apertamente, Chriſto eſſer figliuolo di Dio, & che tuttavia s'attendeva a trovare i complici di queſta maledetta opinione &c.* Nec minore ſtudio catholicam religionem Carolus, Ferdinandi hujus frater, profitebatur: de quo Commendonus in litteris, ad Borromaeum die 13. jan. 1561. Vienna datis, *Viſitai poi*, inquit, *il ſereniſs. arciduca Carlo, & gli diedi oltre il breve di noſtro ſignore la lettera di V. S. illuſtriſs. Sua altezza mi diſſe, che riceveva in molta gratia la benedittion & il breve di noſtro ſignore. poi ſoggionſe con efficaciſſime parole, come era ſtato & ſaria ſempre devotiſſimo di coteſta ſede, & de la religione catholica.* Jam fratrum tam diſſimilia in cauſa catholicae religionis ſtudia fortaſſe aliquam animorum inter eos alienationem ac ſimultatem attulerant, quae colloquio eorum aliquo atque congreſſu, ad reconciliandos animos condicto atque inſtituto, potuit non modo non tolli, verum etiam augeri. potuit rurſus haec ipſa fratrum ſimultas card. auguſtano *magnorum bonorum conciliatrix* videri, quod ſperaret, Maximilianum, ſibi ut fratrum animos placaret atque leniret, ad catholicorum partes palam ac vere acceſſurum, cum illiſque idem de religione ſenſurum. Ferdinando certe ac Carolo *glorioſum ac ſalutare* erat futurum a Maximiliano fratre euangelii cauſa diſſidere, eumque propter regnum caelorum, hoc eſt Chri-

Digitized by Google

enim est odio parentum, nedum fratrum, Dei causa suscepto, hominibus gloriosius ac (c) salutarius. Roma. III. non. augusti. M. D. LX. c

Christi ecclesiam, *odisse*. Atque haec, ut in incerta re minimeque explorata, non fortasse ad veritatem, sed certe ad veri quamdam similitudinem nobis hactenus dicta sunto.

(c) Particulam *ac* addidi ex ingenio. potui etiam *aut*. sed neutra in exemplari nostro comparebat, quum alterutra necessaria videretur.

LXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi. (a) a

Bituntinorum episcopi de habendo concilio orationem, & Hosii praeclaras legationis actiones laudat. 16. aug. 1560.

EGO nihil arbitror melius istic fieri posse, ne tempore quidem opportunius, quam ex aequo, e superiori (b) loco, b in omni congressu & colloquio principum, demonstrare ipsis quanta sit necessitas habendi concilii, quanta utilitas consecutura eam rem, quae Dei gloriam, quae salutem hominum, maxime contineat. neque vero, si ea vox aut moleste auditur ab aliquo, aut ne auditur quidem, non est libere mittenda pro Christo, & pro christianae ecclesiae dignitate. quae quidem vox, ut nunquam jucunda accidat nonnullorum auribus, grata potest accidere & utilis animis, divino interdum ad id numine conformata. praeclara igitur, ut scribis, oratio bituntini episcopi de concilio habendo; cui de eo velim meo nomine gratias agas, & virum currentem hortere, ut in tam salutari campo excellentem suam animi & ingenii vim exerceat. tu quidem pie & prudenter experiris & tentas omnia, ut cum rege (c) c colloquare: neque, propter eam causam, quam scribis, adhibere potes graviorem interpretem, quam clarissimum virum Scipionem, Archi (d) comitem: quod sane munus per eum d facile, spero, & graviter obibis. illud certe modeste de te, non etiam vere, commemoras (e), ne tempus frustra conterere e videa-

(a) Haec epistola edita est etiam in *Tabul. eccl. rom.* pag.103.
(b) *superiore* Tabul.
(c) Maximiliano, Bohemiae rege.
(d) *Archicomitem &c.* Tabul.

(e) Desiderari mihi hic aliquid videtur post *commemoras*, quale esset *facturum te id*: nempe, ut Scipionem, Archi comitem, interpretem apud Maximilianum adhibeas.

videare. scimus, nullam esse horam tui temporis inanem a sapienti vel actione, vel cogitatione officii (*f*). habet omnem laudem superior ille tuus cum rege sermo (*g*), ipso in primis praedicatore tuae laudis pontifice max. cujus sermonis occasionem si iterum nactus fueris, speramus etiam meliora. illa vero, quae me laetitia extulerunt, quanti sunt! pueros, qui privatim erudiuntur, revocata per te veteri consuetudine, & in sacris & in supplicationibus frequentes interesse; sacerdotes canonicos sanctissimum Christi corpus prosequi pristino more; nefarium sacrificulum (*h*) ex istis locis amotum esse; agere nunc de collegiis moderandis. navasti, mihi crede, operam, qui isto veneris, & jecisti, quantum in te fuit, fundamenta concilii. opus ego quidem minime despero absolutum iri. vides ex omnibus meis

(*f*) *officii tui*. Tabul.

(*g*) De quo, ut opinor, sermone, Borromaeus litteris ad Hosium die 29. jun.1560. datis, *Vehementer*, inquit, *displicet sanctissimo domino nostro durities obstinatioque serenitatis suae, cuperetque vel sanguinis proprii detrimento inivi posse rationem ejus molliendi, & in rectam semitam deducendi. sed, pro Dei servitio, proque honore & dignitate sanctae ecclesiae catholicae, aliud ei respondendum non videtur, neque concludendum, praeter id, quod ipse fecisti: inque eo in posterum perstare debebis, verbis tamen quammollissimis utens, & amore ac charitate plenissimis; ut, si fieri possit, loco ejus, quod facere vellemus, lucri, major certe jactura ne fiat.*

(*h*) Significari puto Phauserum, de quo Rescius in Hosii *Vita* lib.I. c.25. *Coepit igitur*, inquit, *Hosius tota animi, ingenii viriumque contentione de congregando concilio laborare; cujus tamen studii exitum propter Phauserum, antichristi ministrum, lutheranae doctrinae buccinatorem importunissimum, qui viennensem populum falsa doctrina imbuere contendebat, valde fore difficile judicabat. quamobrem de eo, cum de principum gratia, tum de civitate amovendo, coepit cogitare: qua animi fortitudine, quibus vigiliis, longum esset omnia recensere; & non pauci, Phauseri patroni, eadem essent ratione perstringendi. perfectum autem ad extremum est, ut Phauserus Vienna discedere juberetur, & Hosii consilia faciliores deinceps progressus & exitus acciperent.* De Phauseri hujus haereticis concionibus agunt Truchsesius noster & Canisius. ille quidem in epistola *Qui literas*, 13. nov. 1560. ad Hosium data, *Scribitur mihi*, inquit, *a nostris etiam, Phauserum jam infrequentem concionem habere: qui, ut res ire coepit, frigebit in dies magis, ac totus jacebit.* Canisius autem litteris, ad eumdem Hosium 4. dec. 1561. Augusta Tridentum datis, *Princeps*, inquit, *Bavariae fuit his diebus Neuburgae, & Phauserum audivit concionantem. Aderat uxor archiduxissa, Wirtenbergensis etiam, aliique principes nonnulli, nihil minus quam catholici. Rediit inde cum uxore non paulo ille confirmatior in veteri religione. adeo displicuerunt ritus ecclesiae vel potius synagogae, impiique conventus.* Idem Canisius alteris ad Hosium litteris, Kalendis mart. 1562. datis, *Principis Wolfgangi*, inquit, *Palatini uxor, ut dominus quoque Fuggerus affirmavit mihi, nescio quo spiritu correpta, misere divexatur, &, contemptis admonitoribus, clamitat, se, maritum, & hujus concionatores, in quibus & Phauserus est, in praesenti periculo damnationis aeternae versari.*

meis literis, plenum me (*i*) esse spei bonae, etiamsi & multi & multa adverientur. multum pono in doctrina & innocentia tua, cui consilium, cui animum non defuturum scio, non parum in caesare, plurimum in Dei vicario, totum in Deo; quem nisi confiderem causam suam (*k*), quae a quibusdam, qui tueri acerrime deberent, vel aperte oppugnatur, vel verbis modo sublevatur, defensurum esse, nihil esset, quod me in hac vita delectaret. Cytardi (*l*) pii laboris & salutaris industriae uti ratio hic aliqua habeatur, pro viribus enitar. Tuae misereor difficultatis (*m*), cujus liberalitati, nedum necessitati, liberalius subveniendum esset. sed, ut proxime scripsi ad te, pecuniam tibi decretam supplementi cujusdam nomine, quaecunque ea est,

 puto,

(*i*) Voculam *me* omittit Tabul.

(*k*) *tuam* Tabul.

(*l*) Matthias Cithardus (quem etiam *Cythardum* & *Cytardum* & *Cittardum* & *Zittardum* scriptum in his Pogiani aliisque aliorum epistolis reperio. sed ego in ejus scribendo nomine, quoties meis verbis, non alienis utar, eam orthographiam sequar, qua ipsummet usum esse in subscriptione epistolae, de qua proxime dicam, animadverti) ex ordine S. Dominici, aeque pius ac doctus vir, Ferdinandi caesaris concionator, atque a sacris etiam confessionibus fuit. Ejus insignem ad Pflugium, naumburgensium episcopum, epistolam, Oeniponte an. 1563. datam, Ernestus Salomon Cyprianus ex autographo edidit in *Tabul.eccl.rom.*pag.27. cui epistolae eruditum de ejus scriptore commentariolum subdidit. Ut est autem Cyprianus in historia non minus diligens ac cautus, quam curiosus, non plane fidenter, sed propemodum dubitantis in morem affirmat, Cithardum hunc non esse alium ab eo, de quo Rescius in Hosii *Vita* lib.I. cap.25. illa commemorat: *Scripsit ibi* (Viennae) *quoque nonnullas conciones Hosius, ad praesentem aulae caesareae civitatisque statum accommodatas; quas concionatoribus catholicis, & praesertim patri Cytardo, ordinis S. Dominici religioso, viro eloquentissimo, ex superiori loco praedicandas offerebat.* Est plane idem Cithardus hic, de quo Rescius, atque ille, de quo Cyprianus in commentariolo illo suo agit. Quod autem Cithardum Antuerpiae natum Pantaleon in *Prosopograph. illustr. german.* a Cypriano memoratus, prodidit, novum id mihi accidit. Truchsesius certe noster litteris, ad Hosium die 28. sept. hujus anni datis, aquisgranensi civitati eum adscribit: *Praeclare*, inquit, *aquisgranenses consules; qui animi robore, plane christiano, se principatu dignissimos praebent! Felix Cytardus illis & civibus & virtutis alumnis!* Denique, fueritne Cithardus Maximiliani II. imperatoris, post Ferdinandi patris obitum, a confessionibus (quod etiam Cyprianus affirmat) equidem nescio. unum mihi scire videor, id ex pragensium archiepiscopi litteris, ad quas lectorem Cyprianus rejicit, nequaquam confici; in quibus Cithardus ab novo imperatore *ecclesiastes*, hoc est habendis concionibus, non autem confessionibus audiendis, adscitus dicitur. Sed de Cithardo plura ac certiora ad epist. *Vere tu* d.28. sept.1560.dicturos nos esse, speramus.

(*m*) Scilicet, pecuniariae. Puteus die 13. jul. in litteris ad Hosium, *Recentiores*, inquit, *abs te litterae afferuntur, quae me certe vehementer perturbarunt. quid enim facerem in tanta*

tibi

puto, jam accepisti. Illud extremum, quo periculose veniendum esse scribis, non censeo defugiendum, si spes aliqua sit, rem christianam ea ratione melius agi posse; sin minus, nihil frustra, praesertim cum periculo, committendum. sed omnia pro singulari tua prudentia, pro re & pro tempore moderaberis. Vale. Roma (*n*). XVII. Kal. septembris. M. D. LX.

tibi nuper ex improviso suborta rei domesticae tuendae difficultate? auxit autem dolorem meum, quod & tibi certus modus familiae praescriptus est, & te scio pro tua fortuna ad dandum magis, quam ad servandum proclivem esse.... Tu interim forti animo fac sis, liberalitatisque exercendae consuetudinem intermitte, dum, quod familiae tuae sustinendae satis sit, non habes: cupio te non tantum verbis & consilio sed re ipsa juvare, si possim. sed nosti tenuissimum censum meum.

(*n*) *Romae*. Tabul.

LXIV.

Julius Pogianus Thomae Aldobrandino. (*a*)

f.17.aug. 1560. *De urbanis caloribus & molestiis. Reliqua, praeter extrema, sunt in aenigmatibus, quae ne Oedipus quidem intelligat.*

DUM tu vejenti amoenitate perfrueris, nos & caloribus urbanis & suburbanis (*b*) ignibus aestuamus. accedunt assiduae oculorum & aurium molestiae, quae non sinunt ne minimum

(*a*) De hoc Aldobrandinio vide adnot. 2d epist. Legebat 26. apr. 1561.

(*b*) Medio circiter sextili propterea hanc epistolam assignavi, quod illa principii verba legerim: *Dum tu vejenti amoenitate perfrueris, nos & caloribus urbanis & suburbanis ignibus aestuamus*. nam decimo fere ejus mensis die, triticea messe jam condita, incipiunt rustici toto passim romano agro facere, quod Maro lib. I. georg. v. 84. monet:

Saepe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis.

quod quidem suburbani universi agri incendium urbanos per id tempus calores vehementer auget. Mensem igitur ex hac eadem epistola, annum vero ex alia ad Franciscum Davanzathium, quam suo loco exhibebimus, die 21. dec. an. 1560. datа, deprehendi; in qua haec leguntur: *Aldobrandinus noster aestatem egit in vejenti solitudine*. In eadem autem epistola sunt etiam illa: *propterea, tute scis, in nostris congressionibus & collocutionibus inculcabam fere profectionem aut navigationem aliquam. Cretam, Cyprum atque aliam quamvis longinquam & reconditam insulam anteponebam his honorum amplissimorum & pontificatus maximi sedibus*. quae verba non modo lucem illi hujus epistolae, in qua recensenda versamur, loco afferunt *quare serva te nobis integrum, ut aliquando in onerariam* (subaudi *navem*) *conscendamus*), sed etiam, propter ejusdem rei in utraque epistola significationem, sententiam nostram de hac ad Aldobrandinium eodem, quo illa ad Davanzathium, scripta anno confirmant.

nimum quidem aut peregrinari mentem aut vobiscum interdum rusticari. neque vero ferrent animi tantam spectrorum insolentiam, nisi levati essemus proximo discessu Theodori Spintrionis; cujus adventu Heraclidae nostri, quibus scis nihil fuisse salubrius, sibi invectam pestem conqueruntur. adest autem Comma Lysiades, instar ille quidem multorum Spintrionum: sed vestro beneficio minus aliquando (c) vagus, & ob eam causam nobis minus molestus est. vobis vero maxime succenset, qui omnem ejus jucunditatem ademistis. & quidem illi Lintri tempestatem exoptat, modo salvis mercibus; in quibus oppositum sibi licitatorem esse Cyrenaicum illum locupletiorem, opinor, certe nequiorem, ferre non potest; & est propter simile factum jam antea homini inimicissimus. verum haec barbaries viderit. Audivimus, Majae filium, non illum caelestem, sed (d) paene divinum hominem, sexcentorum furtorum accusari, & agi ab accusatore, alterius cujusdam Majae filio, tabulis nescio quibus obsignatis. nos neque quicquam apud illum esse putamus, praesertim ita scite commutatis signis (e), &, si quid sit, hunc actionem non habere. illud scito, calumniatorem ipsum de furto actionis vere postulatum iri. sed iterum, haec barbaries (f). Extra jocum, extra aenigma, noster Aldobrandine, quid agis? ecquid totos dies consumis in literis? credimus: quae studii tui, quae instituti ratio. sed, si modum nullum animus, anni tempus certe aliquem postulat; & satis jam, vel nimium potius literarum. quare serva te nobis integrum, ut aliquando in onerariam (g). Tectio nostro, miro homini (h), οὐδὲν μέλλει: quo, quae-

c d e f g h

(c) Fortasse *aliquanto*.

(d) Gratianus correxit &c. Pogianus fortasse dictavit *sed hunc paene &c.*

(e) Quod fures facere solitos, ait Piso apud Cic. lib. V. *de fin.* sect. 74. *ut earum rerum, quas ceperunt, signa commutent*. Agit autem heic certe Pogianus de aliquo, plagii ab alio quodam, qui vere plagiarius ipse esset, insimulato.

(f) Subaudi, quod supra dixit, *viderit*.

(g) Vide adnot. *h*.

(h) In exempl. *homine* scriptum est. sed *homini* postulat sententia. sequitur enim οὐδὲν μέλλει, *nihil futurum est*, hoc est, Tectio, homini miro, nulla res est futura: praesentia modo Tectio curae sunt: nihil ille de futuris, tamquam si futura numquam essent, laborat. id quod ille fortasse faciebat ratione, quam affert Anacreon, permotus ὅτι τὸ μέλλον ἀόρατον, *quia, quod futurum est, praevideri non potest*. Graecarum vocum, quae sequuntur, haec est interpretatio: *& exhilara te ipsum: bibe: in diem vitam computato tuam*. at in exempl. non, ut edidimus, sed λογιεν legitur. est autem id Euripidis praeceptum in Alcestide, neque tamen ita epicureum, ut, si bona ratione interpretemur, non possit etiam esse dicique christianum. Christi est enim illud apud Matth. c. 6. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον, *ne sitis igitur de crastino solliciti*.

ſumus, utere vitae magiſtro, καὶ εὔφραινε σαυτὸν. πίνε. τὸν καθ᾽ἡμέραν βίον λογίζου σὸν. Saluta Thomaſinum noſtrum & Floridum; & illa ſuperiora tecum habeto: prorſus nemini dixeris. Vale.

L X V.

a Julius Pogianus Thomae Aldobrandino. (a)

1560. *Varie ſe affectum Aldobrandinii ruſticatione dicit.*

Me ſaepe, ut debeo, de te pro noſtra amicitia cogitantem, varie afficit ruſticatio tua. quod enim abes ab urbe tali tempore, & cum eo es viro, qui, ubicunque eſt, ſecum affert reliquam urbanae non ſolum jucunditatis, ſed etiam dignitatis imaginem, mihi gaudeo tua cauſa. quod praeterea ſalubritatem ſequeris & ſolitudinem, gratam tibi, & aptam ad ſtudia tua,
b quorum (b) facultate metiri ſoles fructum valetudinis, tibi iſta abſentia gratulor. quod autem ſejuncti ſumus, & ego, cum in communi hujus loci moleſtia, tum in domeſtica occupatione mea, careo ſolatio jucundiſſimae conſuetudinis tuae, in laetitia doleo, teque his incommodis praeſentem interdum requiro. quanquam in hoc tui deſiderio moderor ipſe me, neque adeo efferor mei amore, ut non meminerim tui temporis. non enim me fugit, acriorem futurum fuiſſe dolorem tuum, aſſidue ſi
c videres, veſtris (c) elatos praemiis incedere eos, quos honoris ornamenta quomodo in ſcelere delectare poſſint, demiror. nec vero

(a) Etſi hanc ad Aldobrandinium epiſtolam non ita continuo poſt ſuperiorem ad eumdem ſcriptam cenſeam, ut non multorum dierum, ac fortaſſe etiam unius aut alterius menſis intervallum inter utramque interceſſerit; tamen, ſiquidem ei certum locum, certi temporis ignoratione, tribuere non poteram, alteram ab altera disjungendam non putavi.

(b) Mendi notam contra hunc verſum Gratianus adſcripſit: nec cauſam tamen video.

(c) Hoc eſt, quae vobis debebantur. ſignificantur, ut ſuſpicor, aliqui e Mediciorum florentinorum gente, aut certe ex iis, qui illi genti favebant, erantque tum Romae honores adepti; a qua gente Aldobrandinii hujus pater Florentia ejectus fuerat, quod pro florentini populi libertate ac jure contumacius ſtetiſſet. quam ejectionem multae ac magnae Aldobrandiniorum, id quod neceſſe fuit, calamitates conſequutae ſunt. Thomas quidem noſter in ipſo exſilio Ferrariae, ut opinor, ortus eſt. Sed neminem magis ſignificari hoc loco notarique credibile eſt, quam Joannem Medicium, qui a Pio IV. pridie Kal. febr. hujus anni cardinalis admodum adoleſcens creatus fuerat; ſi tamen is Romae tum, cum haec ſcribebantur, degebat: quo ſive veniſſe eum tum primum, ſive rediiſſe cum Coſmo patre menſe novembri hujus anni, infra ad epiſtolam *Qui literas* d. 16. nov. videbimus.

vero propterea diffido animo aut ingenio tuo, quem & naturae quasi haereditariis praesidiis, & subsidiis doctrinae (*d*) munitum novi contra adversas res. sed doleo ac vehementer angor, isti virtuti perpetuo pugnandum esse cum fortuna, neque flare unquam secundos ventos, quibus, quo intendit, provehatur. qua in cogitatione etsi non dubito, quin in difficultate tua gloriosior sit futura victoria, tamen ad rei acerbitatem nolim accedere hanc oculorum offensionem, quae vix levari animum, aut ne aberrare quidem sinit. quare, cum ista ruris (*e*) opportunitas tantam habeat molestiae vitationem, facile lenio meum incommodum commodo tuo; praesertim cum tu de me idem prope tuis ad me literis consequi possis, quibus ex aliarum fastidio literarum, quarum turbam aegre sustineo, recreabor. tu quidem certe (cum te dico, omnes vos dico) invidiam, quam habetis, paternae virtutis, cum virtute superabis, tum etiam gratia & auctoritate duorum patronorum omnium rationum fortunarumque vestrarum, maxime autem istius amplissimi viri (*f*), apud quem es; cujus exemplo avitae laudis ad spem etiam aviti honoris virtus & optimarum artium studia revivifcunt: cui tu singulare studium meum & observantiam erga eum, quorum es optimus testis, quaeso, significa. Salutat te Horatius Ursinus noster; tu ab utroque nostrum Commendonum (*g*) ac Tho-

(*d*) De Aldobrandinii doctrina vide adnotationem nostram ad epistolam *Legebat* d.26. apr. 1561.

(*e*) *vieris* exempl. Gratianus emendavit.

(*f*) Non dubito, quin amplissimus hic vir, qui etiam initio epistolae significatus est, apud quem Aldobrandinius hoc tempore rusticabatur, fuerit cardinalis Ranutius Farnesius; in quem unum convenire videntur illa, quae sequuntur: *cujus exemplo avitae laudis, ad spem etiam aviti honoris virtus & optimarum artium studia revivifcunt*. Fuit enim Ranutius Paulli III. pontificis max. nepos, dignus & ipse ob virtutem atque sapientiam avito pontificatu. patrem habuit Petrum Aloysium, Paulli ejusdem filium: cujus Paulli, ut hoc obiter indicem, adversus filium nimiam certe indulgentiam Ranutio huic nostro intempestive objecisse Paullum IV. pontificem, atque in frequentissimo cardinalium conventu paullo acerbius exprobrasse illis verbis, *se Paolo terzo havesse dati di questi esempj, vostro padre non sarebbe stato strascinato dal popolo di Piacenza*, refert Pallavicinius libro XIV. *Hist. conc. trid.* c.7. n.4.

(*g*) *Commendinum* exempl. Ignoto nomini notum praetuli. Quid si neque *Commendinum*, neque *Commendonum*, sed *Commandinum* Pogianus scripsit? fuit enim illius aetate quidam eo nomine mathematicus, de quo Christophorus Clavius in praefatione ad Euclidis elementa, Romae anno 1589. edita, *Qua tamen*, inquit, *in re Federicum Commandinum urbinatem, geometram non vulgarem, excipio, qui nuper Euclidem, latine redditum, in pristinum nitorem restituit, paucis locis exceptis, in quibus non parum a vero aberravit, ut suo loco monebimus*.

Thomasinum salvere jube, & hilaritatem, studiis ac vitae maxime necessariam, cave ne amittas. Vale.

LXVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori. (a)

23. aug. 1560. *Suis litteris responsum non esse, significat.*

Intelligo, summis fieri occupationibus tuis, quo minus, quod pro tua benignitate, si facultas sit, praetermittere non soles, mihi ad literas meas interdum rescribi jubeas. itaque video, meas esse partes idem, quod opus est, tibi his literis commemorandi. scripsi ad te de querelis, quae a duobus sacri imperii electoribus nonnullisque principibus ecclesiasticis de templis aedificandis haberentur; commendavique tibi Fabium Vicecomitem, mediolanensem, hominem studio & gratia tua dignum. quare te vehementer rogo, ut & in Fabio complectendo mihi gratificari velis, & de re altera ad meas literas respondendum cures: cui Deum propitium esse cupio. Romae. x. Kal. septembris. M. D. LX.

(a) Inscribitur haec epistola in nostro exempl. itemque in codice vaticano *Maximiliano regi*. manifestum utriusque mendum epistolis *His diebus* 3. maj. 1560. *Fabius* 19. ejusdem mensis & anni, *Non potui* 27. apr. 1560. denique *Quod semel* 11. oct. 1560. ad Ferdinandum imp. a card. augustano datis, coarguitur, atque iisdem nostra emendatio satis confirmatur.

LXVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Roberto a Berges Episcopo Leodiensi.

23. aug. 1560. *Studia erga eum sua commemorat, & idoneum hominem ab eo petit, quo episcopalis sui muneris vicario Augustae utatur.*

Ea est humanitas tua, is in me amor, ut mihi te de eo plurimum debere fatearis, quod, pro tuis erga me officiis, proque singularibus animi ingeniique ornamentis, a me tuo jure postulare potes. quae quidem abundantia bonitatis benignaeque naturae magnam mihi necessitatem imponit diligentiae; ut omnia observem momenta & temporum & officii, quibus initam a te gratiam tibi referre queam. suscipiam igitur partes

Digitized by Google

partes meas in omnibus tuis rebus & necessario & libentissime: quae mihi res cum tua causa summae curae semper fuerint, tum Laevini etiam Torrentii gratia; ad cujus viri egregiam virtutem, doctrinaeque & morum elegantiam, quibus hic bonis & doctis omnibus charus & jucundus est, summum cum accedat studium in tuis negotiis procurandis, quem merito suo valde diligebam, ob fidelissimam diligentissimamque hanc operam, quam tibi dat, valde etiam amare cogor. cum ipso Laevino egi, ut, cum mihi Augustae opus sit vicario episcopalis muneris mei, scribat ad te, ut ea in re operam & auctoritatem tuam interponas, quo ex ista copia bonorum & ejus officii peritorum hominum virum aliquem habere possim, qui ei muneri satisfaciat. quod a te vehementer etiam atque etiam peto. In illo juvene, quem in beneficii, quod ei a cardinale tridentino datum est, possessionem gratia & opera tua venire cupiebam, es tui simillimus, qui non modo res meas omnes, sed etiam commendationes tam amanter studioseque complectaris. de quo tibi habeo gratiam; & salutem atque incolumitatem precor. Romae. x. Kal. (a) septembris. M. D. LX.

(a) Omitt. cod. vat.

LXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Academiae Friburgensi.

Epistola commendaticia. 30. aug. 1560.

BArtholomaeum Cleindienstium, socium dominicanum, Roma ad vos proficiscentem, vobis meis literis commendandum putavi; cujus excellenti virtuti exquisitaeque doctrinae, quam ut omnem conferat ad utilitatem dignitatemque sacrae dominicanae familiae, cui istic praeest, totiusque civitatis vestrae, ad vos venit, quanquam intelligo studium & operam vestram nullo loco defuturam esse, tamen ut ipsum etiam mea causa fovere ac tueri velitis, a vobis magnopere etiam atque etiam peto. de quo polliceor vobis, tanto eum & usui & ornamento & saluti civitati isti fore, ut & ejus mansio praesentibus vobis gratissima, & memoria posteris etiam vestris jucundissima futura sit. ego in ejus discessu magnum fieri damnum video academiae meae dilingensi, quam aliquot annos ornavit doctrina & vitae exemplo. sed, quam inde capio molestiam, lenio spe commodorum vestrorum. quamobrem peto a vobis, ut

ut illum & suo & meo nomine omni officii genere prosequamini. erit enim id mihi gratissimum: nullamque unquam vobis ejus referendae gratiae facultatem praetermittam. Roma. III. Kal. septembris. M. D. LX. (a)

(a) Adscriptus tam huic, quam sequenti epistolae, tum in nostro tum in vaticano cod. annus 1562. prorsus mendose. emendavi igitur, & ad hunc annum 1560. utramque revocavi. vide card. augustani epistolam, ad Cithardum die 2. novembris hujus anni datam, in qua Bartholomaei hujus, quo de heic agitur, mortem deplorat: quam epistolam certissimis argumentis docere possum non nisi ad hunc ipsum annum pertinere. Codex vaticanus non tertium Kalendarum septembris, ut noster, sed XVI. Kal. novembris huic epistolae adscribit.

LXIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

30. aug. 1560.

Idem argumentum.

BArtholomaeus Cleindienstius (a) theologus dominicanis sodalibus Friburgi praeest. is aliquot annos apud me docuit in academia dilingensi; cui non solum probatae doctrinae ac spectatae vitae testimonium dare possum, sed summae etiam curae ac studii singularis de societate sua sociorumque rationibus. qua in re sic elaborat, ut sacras aedes, bona fortunasque, sui ordinis hominibus multis locis ademptas, sua diligentia & industria restituat; ejusque opera frequentes illi rei divinae nunc & studiis operam dent, qui antea, propter inopiam rerum necessariarum, dilabi ac vagari cogebantur. is theologus Roma Friburgum proficiscitur, ut ibi eam, cui praeest, familiam constituat, doctoresque adhibeat, qui in optimis artibus, & christiano in primisque religioso homine dignis (b), juventutem instituant. quare maximis precibus a te petendum putavi, ut doctum hunc & bonum virum, studio propagandae religionis incensum, in praeclaro hoc instituto & officio assiduum, in tuam fidem recipere & commendatum habere velis. intelliges enim, te hominem tua gratia dignum complexum esse. ego vero benignitati tuae propterea multum debebo; quem quo propensiorem novi in religiosos viros, eo saepius ac libentius utor apud te hoc officio commendationis. Vale. Roma. III. Kal. sept. M. D. LX. (c)

LXX.

(a) *Claindienstius* exempl. Emendavi constantiae causa.

(b) *dignos* exempl.

(c) In nostro & in vatic. cod. 1562. Cur emendarim, dixi in adnotatione ad proximam epistolam.

LXX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

Concilium tridentinum celeriter instaurari cupit. De egregia pontificis max. erga Hosium voluntate. De bituntinorum episcopi concionibus. De Cithardo. 31. aug. 1560.

UTinam, ut idem sentit uterque nostrum, idemque cupit de necessaria celeritate concilii, sic idem uterque posset efficere! repraesentaremus enim rem studiis & opibus nostris, quam a plerisque procrastinatam, ne dicam neglectam, duriorem in dies singulos ac difficiliorem fieri videmus. ego praeclarae pontificis voluntatis (*a*) testis omnibus esse possum; quem arbitror, &, quia saepe intersum ejus & actionibus & sermonibus, affirmo nihil praetermissurum esse, quo labentem fulciat religionem. neque vero miror, istos (*b*), quos scribis, moram afferre concilio. sunt enim iidem, qui semper fuerunt: fovent

 mor-

(*a*) Ubi sunt, qui Pium IV. non serio de concilio cogendo cogitasse atque egisse, memoriae prodiderunt? cujus commenti primus auctor Petrus Paullus Vergerius fuit; quem longo temporis intervallo sequutus est Petrus Suavius, is, quem Pallavicinius impium fabulatorem historicus religiosissimus confutavit. nec defuit nescio quis scriptor, qui eamdem Suavii cramben, misere miseros lectores occidentem, haud ita pridem repetere voluerit, ac confirmare argumentis, oppido ridiculis, tentarit. sed plenae sunt hae, quas edendas suscepimus, litterae testimoniorum hominum cum aequalium tum gravissimorum de incenso pontificis illius studio, constantique concilii habendi voluntate; quam etiam deinceps factis comprobatam ex his ipsis litteris cognoscere quivis poterit. sed ejusdem hujus rei luculentum Hosii testimonium in litteris ad Pflugium, naumburgensium episcopum, die 21. oct. 1560. datis, praetermittere non possum: *Certe*, inquit, *qui communis est orbis totius christiani medicus, Pius quartus pontifex, nihil est, quod votis ardentioribus expetat, quam ut, quod infirmum est, consolidare, quod aegrotum, sanare queat. quo magis est istorum salus desperata, qui, cum tanto versentur in discrimine, vulnera tamen sua negligunt, morbosque suos non agnoscunt, neque medici manum ferre possunt, ejus praecipue medici, cui fomenta potius adhibere deliberatum est, quam quod cauteriis uti velit. si fuit ullus jam inde a multis annis pontifex, hic certe is est, qui summa cura Germaniae saluti tranquillitatique prospectum cupit. quoniam vero viam aliam & rationem non reperit, qua, quod cupit, efficere queat, de concilio oecumenico congregando cogitationem suscepit, idque multorum opinione celerius: nec aliud magis cupit, quam ut, quorum causa potissimum congregabitur, ii velint ibi potius, ubi conveniet ecclesia universa, quam in nescio quibus angulis & penetralibus aut desertis expediendae suae salutis rationem quaerere.*

(*b*) Gallos significari intelligimus ex epist. *Vere tu* d. 28. sept. 1560.

morbum ſuum ; quorum eadem eſt de tridentino concilio ,
quae de tota religione , ſententia . De te quidem me ſollicitu-
do tua ſollicitum habet , eoque magis , quod video , te , qua in
re nulla ſubeſt ſuſpicio , quaſi certa re moveri ; qui , ſi quid prae-
terea in me deſiderare potes , meum in te amorem certe non
potes . quare tibi illud perſuadere debes , me , ſi quid remitti
de pontificis max. de te judicio intellexiſſem , rem tibi , uti ſe
haberet , ſcripturum fuiſſe . ſed is ſic ſentit de te , ſic loquitur,
ut antea , id eſt honorificentiſſime . miſſio autem internuncio-
rum , ne ſi multo quidem ſit frequentior , quid exiſtimationi
aut dignitati tuae poſſit obeſſe , non video . poſtulat hoc ratio ,
fert uſus & mos majorum ; ut ſaepe jam ad te ſcripſi : neque
quiſquam eorum quicquam , quod ad officium tuum pertinet ,
aget , inconſulto aut inſciente te . mitto , quod nullius inter-
nuncii futura iſtic eſt diuturna commoratio . nam & Delphi-
nus epiſcopus , qui jam proficiſcetur , nonnullis rebus ad caeſa-
c rem perlatis , tecumque communicatis , ſtatim (*c*) rediturus eſt .
quare ſuſpicionem iſtam incommodam , quae malevolis ſermo-
nem dare poteſt , principum etiam animos offendere , remove ,
quaeſo , & optima quaeque , ac tua virtute digna , ſperato .
d e Doleo , regem (*d*) bituntini epiſcopi (*e*) ſalutares conciones ſua
praeſentia cohoneſtare noluiſſe ; quo facto multo rex ipſe fuiſ-
ſet honeſtior . ſed illud ingemiſcendum eſt , gravitatem morbi
f medicinam ferre non poſſe . Amo Cytardi (*f*) pietatem &
animi magnitudinem , qui morem egregium iſtic introduxerit
in ſacris concionibus Deum pro Dei vicario deprecandi : cui
g quidem honos ut aliquis habeatur (*g*) , quantum in me fuerit ,
curabo . quanquam de eo in primis agendum videtur cum viro
clariſſimo Marco , epiſcopo caſſano ; qui tum teſtimonio tum
gratia plurimum valebit : ego officio non deero . Vale . Roma .
pridie Kal. ſeptembris M. D. LX.

LXXI.

(*c*) Neque tamen , novis ſubinde pontificis max. mandatis implicatus , niſi poſt aliquot annos , rediit .

(*d*) Maximilianum , Bohemiae regem .

(*e*) Cornelii Muſsi , Viennam a Pio IV. cum Marco Empſio , caſſanenſium epiſcopo , miſſi . Vide epiſt. *Itſi nihil* d. 2.jun. 1560.

(*f*) De eo vide epiſt. *Ego nihil* d.16. aug. 1560.

(*g*) Ex plurimis ſequentium epiſtolarum locis , quam diu multumque de eo , ut praeſtanti huic viro Matthiae Cithardo honos aliquis haberetur , Hoſius Truchſeſiuſque laborarint , lector intelliget , atque illud praeterea , non niſi aeſtate anni 1562. canonicatum trajectenſem Henrico , ejus fratris filio , tandem impetrari potuiſſe . Verum ille , ut erat vere euangelicus eccleſiaſtes , non quae ſua aut ſuorum eſſent , ſed quae Jeſu Chriſti , quaerebat . At praeclare tamen Truchſeſius atque Hoſius intelligebant , os trituranti bovi non eſſe infraenandum .

LXXI.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Egregie, etiam sine collega, functurum legationis suae munere Cromerum. Hosio nihil officere plurium internunciorum missionem. 31. aug. 1560.

EXpecto literas viri optimi atque humanissimi collegae (*a*) tui, quarum tu mihi spem affers. jam enim is judicio de se meo mirabiliter respondet: quem ego quanquam pro vestra conjunctione cupio consortem esse tecum praeclari istius officii, tamen, illo etiam absente, non dubito, quin Spartam istam solus ornes, ac regiae voluntati tuoque in primis muneri satisfacias. ratio cum istis hominibus agendi quo difficilior est, eo majorem inde tu laudem feres; qui cum ingenia, sensus ac studia hominum pro tua prudentia optime noris, ne te quidem fugiet, si res facultatem habeat, quomodo ad id, quod cupitis (*b*), pervenire possis: nec vero te interea quicquam abducet a scriptione rerum optimarum ac salutarium; ut negotii magnitudine dignitatem otii praeterea consequare. gratulor tibi ista animi & ingenii praestantia: ac dialogos tuos (*c*), cum primum editi fuerint, vehementer legere cupio. Unum autem est, in quo magnopere a te dissentio, timor, quo afficeris de varmiense nostro; quem cum inanem fuisse semper antea scripserim, idem nunc vere confirmare mihi posse videor. quos enim tu initio custodes, quem nunc collegam illi adjunctum scribis? equidem neminem scio. at illud non ignoro, ab iis, qui & adhuc pontificis max. missu ad caesarem venerint, & jam venturi sunt, nihil imminui posse de auctoritate varmiensis. vel enim aliis de rebus agent, vel, si quid attigerint, quod cum ejus officio conjunctum sit, totum id facient de ipsius consilio atque sententia. neque haec est inusitata missio internunciorum. sed fac, esse novam. quid ea obest Hosio? quod

O 2 qui-

(*a*) Praerembii, archiepiscopi gnesnensis: de quo vide epist. *Cura tua* d. 27. jun. 1560.

(*b*) Si non potius *cupis* Pogianus scripsit, intelligendum est de cupiditate non unius Cromeri, sed collegae etiam, sed regis, a quo missi fuerant, sed polonorum omnium, quorum res atque utilitas in illa legatione agebatur.

(*c*) Canisius in litteris, ad Pflugium 20. jan. 1561. datis, *Hic*, inquit, *quod sciam, nihil extat novorum scriptorum, nisi quod Cromerus jam tertium edit colloquium Dilingae*.

quidem ego intelligam, nihil. & quidem adſum & interſum multis pontificis max. de illo ſermonibus; quos is habet ſemper cum magna laude ejus doctrinae atque virtutis: & amo Hoſium, quam qui maxime; de quo ſi quid agi intelligerem, quod eſſet contra viri exiſtimationem, nunquam id ſilerem. ſed verendum eſt, ne, dum ſine cauſa nobis omnia ſuſpecta ac ſollicita ſunt, comprobemus noſtris querimoniis nonnullorum petulantiam, qui tum polonos tum germanos homines ſuſpicioſos habent in ore. Religionem iſtic perturbatam eſſe, & ſcio & angor intimis ſenſibus. ſed ne ſpem quidem abjicio, fore melius: quod ne de Polonia quidem deſpero. De Stancari libro, quem ſcribis tibi probari, ſi (*d*) in hominis fide aliquid offenderis, vereor, ut ita ſit. nam, etſi, cum aliorum impietatem inſectatur, ſuam fortaſſe de induſtria occultat ſententiam, tamen non uſquequaque cautus fuerit. haec ut de homine ſcribo, cujus tibi religio venerit in dubium. Vale, optime ac doctiſſime Cromere. Romae. pridie Kal. ſeptembris. M. D. LX.

(*d*) Non ſatis aſſequor ſententiam. Pro *ſi* legendum fortaſſe *niſi*. De Stancaro ſunt illa in Hoſii litteris ad Martinum Zborovvskyum, palatinum poſnanienſem, hoc ipſo anno, menſe, opinor, octobri datis: *Non eſt opus longius abire. Dominatio veſtra non procul nunc abeſt a Pinczovia, ubi ante annos jam prope decem iſtud cacangelium potius, quam euangelium cepit originem. num ipſi ejuſdem illius ſcholae magiſtri non ſe mutuo vocant haereticos? certe Stancarum parum abfuit quin flammis traderent; qui tamen non major eſt haereticus, quam ii, qui diverſum ab eo Pinczoviae ſentiunt.*

LXXII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Epiſcopo Varmienſi. (*a*)

a 7. ſept. 1560.

Ternis Hoſii litteris reſpondet.

RESpondeo his literis ad tres epiſtolas tuas, eodem tempore mihi redditas a te, quarto, pridie nonas, idibus auguſti datas. Primum igitur Cytardum, nobiliſſimum ac venuſtiſſimum divinae voluntatis praeconem, omni meo ſtudio complectar; cui apud pontificem magno praeterea adjumento fuerint commendatitiae literae tuae, qua de aquiſgranenſium

(*a*) Edidit ante nos hanc epiſtolam Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* pag. 107.

ſium (*b*) ſenatorum filiis, qua vero maxime de ejus nepote (*c*). *b c*
neque de ſacerdotiis (*d*), quae deſcripta miſiſti, quicquam prae- *d*
termittetur; etſi magna res ſit, & cujus occaſio expectanda videatur. ſed volet pontifex maximus Cytardi operam egregiam, & iſti civitati perutilem, proſequi quocunque poterit officii genere, neque committere, ut is ullo loco, modo res habeat facultatem, deſideret liberalitatem ſuam; praeſertim cum
accedat praeſens commendatio clariſſimi viri Vitti Gajel (*e*), ſe- *e*
cretarii caeſaris: qui, cum apud pontificis fratrem eum locum tenuerit, quem ſcimus, tantum gratia poterit, quantum voluerit.

(*b*) Quid negocii hoc ſit, de quo crebra in ſequentibus litteris incidet mentio, ex Commendoni, nuncii pontificii, epiſtola, ad card. Borromaeum Vienna die 14. jan. 1561. data, ſemel cognoſcamus. *Il Rev. P.Citardo*, inquit, *m' ha portato l' incluſo memoriale a tempo, ch' io voleva partire .... Di più ſua paternità ſi travaglia molto per la cauſa di quelli d' Aquiſgrano; i quali, per haver cacciato gli heretici, ſono convenuti & moleſtati ne la camera imperiale, acciò che li ricevano ne la città. di queſta cauſa, come importantiſſima per le coſe de la religione, haverà ſcritto monſignor Varmienſe, che l' altr' hieri in preſenza mia ne trattò con ſua maeſtà ceſarea, & ne ricevè benigna riſpoſta di volere, che in ogni modo ſi vegga di dar loro rimedio opportuno. io ancora ne parlai a ſua maeſtà: perchè invero da queſto principio dipende tutto lo ſtato de la religione ne le città catholiche di Germania; & ogni volta che coloro ottengano di eſſer rimeſſi, è perduta ogni ſperanza: perchè in ogni città catholica ſeguirà il medeſimo. & la intentione di ſua maeſtà ne la pace publica de la religione fu, che ne le città già infette una parte non poteſſe cacciar l' altra, ma non, che ne le catholiche s'introduceſſe l'hereſia. è ben vero, che dopo quella pace molti principi heretici hanno cacciato i catholici de' loro luoghi, & non ſe ne parla ne la camera de l'imperio. ſolo ſi tratta contro queſti catholici d' Aquiſgrano, con pericolo che ſieno banditi di bando imperiale; ch'è la ſomma pena, che ſi poſſa dare in Germania, talchè a ciaſcuno è lecito di conquiſtarli. pur, come ho detto, ſua maeſtà ci riſpoſe tanto benignamente, che ſe ne può ſperar buon ſucceſſo &c.*

(*c*) Henricus nomine is vocabatur, & Matthiae Cithardi fratris filius fuit. Vide epiſt. *Dedit pontifex*, datam 16. jun. 1562. Mirandum ſane eſt, in his epiſtolis non eum ſemper Cithardi *fratris filium*, ſed aliquando etiam, ut hoc loco, *nepotem*, non certe ex veterum latinorum conſuetudine, dici.

(*d*) Id puto ſignificari, de quo card. Puteus ad Hoſium die 14. hujus menſis atque anni his verbis ſcripſit: *Quod vero attinet ad nobiles germanos, ſacerdotiis ornandos, data a me atque ab Auguſtano opera ſedulo eſt, ut ſummus pontifex eorum dignitati & commodis benigne conſuleret. quare cenſeo faciendum, ut iterum de ea re ad Auguſtanum ſcribas, eorumque nomina & cognomina, eleganter deſcripta, tuoque teſtimonio etiam honorifice ornata, mittas.*

(*e*) Romam venturus erat, nondum venerat. ſed ne veniſſe eum quidem ante diem 21. dec. declarant illa ex litteris card. Putei, eo ipſo die datis: *Quas autem ad me litteras poſt ſextum & vigeſimum novembris diem ſcripſiſſe te nuncias, eae nondum mihi redditae ſunt. neque enim Vittus Gajel quiſquam viſus hic eſt.*

Digitized by Google

lucerit. Altera epiſtola eſt de epiſcopi Delphini ad vos adventu; qui, ut antea ſaepius ſcripſi, ita futurus iſtic eſt, ut & nihil laedat exiſtimationem tuam, & brevi diſcedat. neque eſt, ut tu
f propterea cogites de diſceſſu tuo (*f*); qui, ſi eſſes in ultimis terris, illinc accerſerere, ut te pontifex iſti muneri praeficeret, in quo adminiſtrando ita te geris, ut bonorum cupiditati ſatisfacias; neque majus ullum fidei, prudentiae, diligentiae teſtimonium tibi dari poſſet, quam a pontifice max. datum eſt proximo ampliſſimorum patrum concilio. Mirari vero minime debes, ſi quaedam ad te non perſcribuntur. noſti enim multitudinem & magnitudinem negotiorum, noſti romanas occupationes, ut ne, ſi velimus quidem, in pleriſque poſſimus eſſe diligen-
g tes. quare tibi fortaſſe opus ſit certi (*g*) alicujus hominis opera, qui te de omnibus faciat certiorem. nam hoc in more poſitum eſt internunciorum, ut urbanarum rerum privatos hic ſcriptores habeant. itaque, ne quicquam ignores, facile fuerit providere. ego, quae ad dignitatem tuam pertinere intelligam, quo minus te de illis admoneam, nulla unquam occupatione impediar. Quod ſcribis de provincia ſalisburgenſi, luctuoſum
h eſt, ſacerdotes illic eſſe, qui, in ſtupris & inceſtis volutati (*h*), nefariis ſuis flagitiis honeſti connubii nomen praetendant. ad quorum igitur ſcelerum poenam carcer aedificatus eſt, ſi non ad illarum peſtium cuſtodiam? quibus delictis ignominiae, verbera, caedes reſervantur, ſi non in hujuſmodi monſtra adhibentur? quas hominum injurias perſequemur, ſi, quae Deo imponuntur, contumelias negligimus? Quod ſcribis, morum emendationem urgeri a principibus, res quidem utilis ſit, & haud ſcio, an etiam neceſſaria. ſed praeſtaret, mea quidem ſententia, unumquenque ſuos reliquis mores & vitam probare, quam arroganter praeſcribere vivendi leges iis, a quibus illae ferendae
i ſint. de qua morum diſciplina ſi majori illis curae eſt (*i*), quam de tollendis haereſibus, hoc uno majus in nonnullos homines odium

(*f*) De diſceſſu ſuo Hoſius non modo cogitaverat, ſed etiam litteras ad pontificem max. dederat, quibus abeundi facultatem flagitabat, eaſque card. Puteo, pontifici reddendas, miſerat; qui Puteus in hanc ſententiam die 31. aug. hujus anni reſcripſerat: *Quamquam ego perinde tuis, atque meis, incommodis permoveri & angi ſoleo....... tamen nihil video cum dignitati, tum commodis tuis minus prodeſſe, quam ſi iſtinc hoc tempore abeundi poteſtatem tibi fieri poſtules..... His itaque cauſis permotus nolui committere, ut, quae a te epiſtola ad pontificem ſcripta eſt, cujus ad me exemplum miſiſti, redderetur. non enim arbitror alieniore tempore hoc a te poſtulari potuiſſe. &c.*

(*g*) *certa* exempl. Correxi ex Tabul.

(*h*) *voluntati* Tabul.

(*i*) *eſſet* Id.

odium suum declarant, quam pietatem in Deum. sed quid velint, cum ne hoc quidem satis explicent, facile apparet. Venio ad tertiam epistolam; in qua scribis, non dubitare te, quin a cardinali Borromaeo, ad quem omnia perscripsisti (*k*) de iis, quae cum caesare, & cum rege ejus filio egeris, cognoscam. ego vero cognovi jam omnes actiones tuas, ipso etiam eas exponente, & tollente in caelum laudibus pontifice max. deque tuis ornamentis verbis amplissimis benigne colloquente. quae me res quanta laetitia affecerit, tu pro nostra amicitia facile existimabis. Vale. Romae. VII. id. septembris. M. D. LX. *k*

(*k*) *praescripsisti* Id.

LXXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Regi Poloniae. (*a*) *a*

Rationem quamdam retinendae ac propagandae in Polonia catholicae religionis proponit. Adamo Conarscio bene obitae legationis testimonium dat. 21.sept. 1560.

ADductus sum veteri mea erga te observantia, ut, redeunte in Poloniam clarissimo & optimo viro Adamo Conarscio, tuo ad pontificem max. legato, hoc ad te fungerer officio literarum. quibus equidem literis primum tibi perpetuitatem studii ac voluntatis meae in omnibus rebus, quae ad tuam utilitatem aut dignitatem pertinebunt, prolixe polliceor ac defero: deinde, quia, tantis haeresum turbinibus ac procellis undique & impellentibus & impendentibus, tamen omnium sermone celebratur tua constantia religionis christianaeque pietatis, tibi de regia ista ac plane haereditaria laude gratulor (*b*). &, quoniam *b* spero,

(*a*) Is erat Sigismundus Augustus, Sigismundi I. & Bonae Sfortiae filius. Vixit ad diem septimum jul. 1572. in eoque Jagellonia stirps exstincta est, ex qua una reges sibi annorum centum & octoginta quattuor intervallo polona gens adsciverat. regnasse autem annos tres & quadraginta ab historicis dicitur, nec ipsemet alia regni sui annos in diplomatum subscriptionibus computandi ratione usus est; quamquam regni administrationem non nisi anno 1548. quo pater decessit, hoc est quattuor modo & viginti ante suum obitum annis, cepisset. nempe Sigismundus hic, decem & octo eoque amplius ante obitum patris annis, Poloniae rex ab senatu designatus, ac regia corona insignitus fuerat; quo ex facto ac tempore regum suorum imperium illa gens auspicabatur, & regni deinceps annos numerabat. De Sigismundi autem designatione illa, vivente adhuc patre facta, vide inter editas Hosii epistolas ad diversos epistolam septimam die 7. maji 1548. datam.

(*b*) *gratularer* exempl. & cod. vat. Emendavi.

ſpero, fore, ut tua ſingulari virtute amor & ſtudium catholicae fidei in Polonia reviviſcat, facit ſumma cupiditas ejus rei mea, ut tibi proponam ea, quae mihi veniunt in mentem, de tua regnique iſtius ſalute ac dignitate cogitanti. nihil igitur ad rem accommodatius arbitror fieri poſſe, quam ſi multa tota Polonia collegia inſtituantur piorum & eruditorum hominum, qui intermortuam pluribus locis excitent catholicae doctrinae rationem; quorum virorum copiam facile ſuppeditabit ſocietas jeſuitarum. quae ſane mihi hominum natio difficillimis his eccleſiae temporibus divino numine videtur extitiſſe, ut labentem fulciat religionem. iis in Polonia alendis ac tuendis magnam afferent commoditatem multae multarum ſodalitatum aedes ſacrae, quae monaſteria vocant; bona etiam, illis olim attributa: quae nunc vel deſerta jacent, vel a ſingulis pſeudoſacerdotibus eorumque concubinis ac filiis turpiter occupantur. de his omnibus coram commodius tecum aget, renunciata legatione, Adamus ipſe Conarſcius rogatu meo; de quo ſi nihil praeterea ſcribam ad te, videar equidem veritati, id eſt virtuti ejus, teſtimonium non dediſſe. fuit igitur is Romae omnibus ordinibus, maximeque ſummo pontifici, gratus ac probatus. Cupio, te valentem ac florentem eſſe, tibique ſpero reſervatam laudem iſtic conſtituendae religionis, cujus incolumitate regum omnium, non ſolum tua, incolumitas continetur. Vale. Roma. XI. Kal. octobris. M. D. LX.

LXXIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Reginae Poloniae. (a)

21. ſept. 1560.

Epiſtola officioſa.

NON potui deeſſe officio meo, quod mihi pro mea erga te obſervantia perpetuo tuendum intelligo. itaque praeſtanti viro Adamo Conarſcio, in Poloniam eunti, hoc ad te literarum

(a) Catharinae auſtriacae: de qua pauca haec ex Gratiano in Commendoni *Vita* lib. II. cap. 17. habeto: *Primum huic* (Sigiſmundo Auguſto, Poloniae regi) *cum Iſabella, Ferdinandi caeſaris filia, conjugium fuerat, ne id quidem ipſum ſatis concors aut diuturnum; quae cum ſine liberis deceſſiſſet, Barbaram, de qua ſupra mentionem fecimus, amore ejus atque illecebris irretitus, ipſa maxime adverſante matre* (Bona Sfortia), *ſibi copulavit, brevique amiſit .... Hujus deſiderio rex diu in maerore luctuque fuit .... Legatos ad Ferdinandum caeſarem unam ex ſororibus Iſabellae, prioris uxoris, petitum miſit ... Sed, quia matrimonia in tam arcta affinitate ſcitis & juſſit*

rum dedi, quibus tibi felicitatem & incolumitatem precor; studium etiam & operam meam in omnibus, quae te velle arbitrabor, promptam ac paratam fore, polliceor. postulat id enim praesertim a me non modo regia amplitudo, tuaque in me benignitas, sed etiam pietas ac religio, cujus te ita colentem & observantem novi, ut opem & operam tuam, praestantissimo regi, qui in hanc curam incumbit, adjunctam, regno vestro saluti, vobis gloriae fore, sperem. Deus, qui tibi mentem optimam dedit, facultatem etiam det, nationem istam maximam ac florentissimam puram & integram in ejus gratiam restituendi. qua de re quid optimum factu videatur, tecum legatus ipse colloquetur; qui quidem legatus sic se Romae gessit, ut hinc proficiscens jucundum omnibus suae virtutis desiderium reliquerit. Vale. Roma. XI. Kal. octobris. M. D. LX.

jussis ecclesiae prohibentur, postulatum a Julio III. pont. max. est, ut lege solverentur .... Annuit pontifex, atque legis veniam dedit. Ita Catharina vidua, quae antea Federico, mantuanorum duci, nupta fuerat, ad Augustum in Poloniam, atque in sororis thorum deducitur. &c.

LXXV.

Otho Truchses Card. Augustanus Episcopo Cracoviensi (a), Vice-cancellario Poloniae.

De cracoviensi episcopatu gratulatur, & societatis Jesu homines commendat. 21. sept. 1560.

Quanta laetitia sim affectus, cum primum audivi, te cracoviensem episcopum factum, vel sine meis literis tibi arbitror notum esse. non enim te fugit, quam doctos ac pios viros tuique similes amare & colere soleam. ac tui quidem ex eo tempore, quo Augusta discedens jucundum mihi virtutis, doctrinae ac pietatis tuae desiderium reliquisti, semper cum summa benevolentia memoriam conservavi, tibique omnem amplitudinem ac felicitatem precatus sum. itaque, cum cognovissem, te istum honorem consecutum esse, tum tibi de eo, tum ipsi ecclesiae, cui praepositus es, gratulandum putavi. habes enim tu, ubi salutariter & gloriose possis expromere singularia animi atque ingenii tui ornamenta: habet ecclesia craco-

(a) Erat is Philippus Padmeuskius, ab ecclesia premisliensi ad cracoviensem nuper translatus. Didici id ex litteris card. Putei, ad eum die 20. jul. 1560. datis

viensis eum episcopum, quem multae civitates ac provinciae exoptent; quo duce & auctore ab officio christianae fidei nusquam discedens recta ad salutem pergat. quoniam vero tu quae b tua (*b*) est tentas praeterea, ac melius omnia, quo Poloniae regnum pristinam suam christianae religionis possessionem recuperet, quae tibi, puto, mihi certe ratio omnium ad id optima videtur, de ea tecum his literis agere volui. sodalitas jesuitarum quanta sit, vides; nec ignoras, ad tradendas veritatis ac salutis vias esse illos homines omnium aptissimos; qui remotissimas ab omni non solum humanitate, sed etiam divinitatis suspicione, innumerabiles gentes ad verum Dei cultum perduxerint. horum igitur hominum uti societates esse possint in Polonia, pro tuo studio curare debes. erit ea cura serenissimo regi, ad quem etiam scripsi, pro singulari ejus religione gratissima: praesertim cum res istic magnam habeat facultatem. sunt enim apud vos domicilia multis locis permulta, a sacris olim sanctorum virorum familiis culta & ornata. sunt praeterea illis assignati agri, bonaque alia attributa, in quae & domicilia & bona, perturbata postea veritatis disciplina, invaserunt quaedam monstra sacerdotum cum scortis ac multitudine filiorum, qui sacras illas facultates nefarie per nequitiam ac luxuriam effundunt. quamobrem erit tuae pietatis ac prudentiae curare, ut, inde dejectis illis flagitiis, eo inferatur seminarium hoc salutarium magistrorum. nam fuerit hoc regi vestro gloriosum, tibi honorificum, toti Poloniae salutare; de quo, pro mea & in regem observantia, & in te benevolentia, & in polonos omnes propensa voluntate, his literis te admonendum putavi: cui studium & operam meam defero. Vale. Roma. XI. Kal. octobris. M. D. LX.

LXXVI.

(*b*) Huic loco mendi notam adscripsit Gratianus; nec quisquam est, qui mendum inesse non videat. vaticanus codex plane consentit. pro mendosa illa voce *melius* reponere *moliris* facile esset; sed, quae praeterea voces desiderantur, divinando reperire, difficile. aliquid tamen hujusmodi fuisse a Pogiano scriptum, possumus suspicari: QUONIAM VERO TU, QUAE TUA *pietas ac prudentia* EST, *non uni tantum ecclesiae consuli abs te oportere intelligis, nec modo ista tanta omnium ubique sacrorum perturbatione commoveris, sed* TENTAS PRAETEREA AC *moliris* OMNIA, QUO &c.

LXXVI.
Otho Truchses Card. Augustanus Comiti Tarnovio patri.

Liberam catholicae religionis professionem illi gratulatur. 21. sept. 1560.

O Praeclaram famam, mihi certe pro meo in te amore jucundissimam, de tua fide ac pietate! qui pontificis max. legatum adieris, ut ei vitae ac religionis tuae rationem probares, totumque te, ut antea semper, ad sacrosanctae sedis auctoritatem nutumque converteres. utinam tui similes multos haberet Polonia, quorum exemplo commota multitudo ad sanitatem rediret. veruntamen erit facinus istuc egregium omnibus propositum ad imitandum, non paucis utile, tibi non solum salutare, sed etiam gloriosum, praestantissimo vero juveni filio tuo certa vivendi regula & laus haereditaria; quam ille, a te relictam, a se cultam, una cum amplissimis fortunis tuendam tradet filiis posterisque suis. itaque praeclarissimae isti tuae actioni laudem tribuo maximam, tibique de ea ac domui tuae gratulor. quam consuetudinem uti diutius retinere possis, Deum assidue precor. Vale. Romae. XI. Kal. octobris. M. D. LX.

LXXVII.
Otho Truchses Card. Augustanus Comiti Tarnovio juniori.

Filio de patris virtute gratulatur, & ad eam imitandam illum inflammat. 21. sept. 1560.

ALlatus est nobis, ornatissime juvenis, nuncius optatissimus de clarissimo & optimo viro parente tuo, qui me, pro ea, quae mihi vobiscum est, amicitia, summa voluptate affecit. dicitur enim is pontificis max. ad regem vestrum internuncium adiisse, apudque eum esse professus, se in omni vita S. R. E. judicium & auctoritatem sequi velle. de qua ego professione praeclaraque sententia, omnibus ejus superiorum temporum actionibus consentanea, cum ipsi patri tuo per literas sim gratulatus, tecum etiam, quem aeque atque illum amo, & ad quem non modo fortunarum, sed etiam paternae virtutis & glo-

& gloriae pertinet haereditas, idem mihi officium faciendum putavi. gratulor igitur vobis hoc excellenti veſtro ac ſingulari bono; quo uno polliceor, fore, ut famam immortalem, ſalutem praeterea & aeternam vitam conſequamini. &, quanquam vobis amicior, quam antea eſſem, videar eſſe non poſſe, tamen, his auditis, totus inceuſus ſum amore veſtri, nihilque a me unquam factum iri arbitror veſtra cauſa, quo meum in vos
a ſtudium expleatur. Vale. XI. Kal. octobris. M. D. LX. (a)

(a) Codex vaticanus adſcribit huic epiſtolae annum 1565. plane abſurde. nam Tarnovius pater, de cujus illuſtri catholicae religionis profeſſione in ea agitur, ad quemque ſuperior epiſtola data eſt, anno 1561. vivere deſiit. Vide epiſt. *Vere tu quidem*, die 26. jul. ejus anni ad Tarnovium filium a Truchſeſio datam.

LXXVIII.

N. N. Truchſes S. P. Q. R.

28. ſept. 1560. *Totius Truchſeſiae familiae nomine de cooptatione in romanam civitatem gratiae aguntur.*

a QUod Othonem Truchſes cardinalem, germanum fratrem (a) patruelemque noſtrum, nos, liberos, gentiles omnes, poſteroſque noſtros romana civitate donaſtis, intelligimus, nos debere vobis gratiam, re maximam, numero paene infinitam. pluris enim nunc beneficium veſtrum aeſtimamus, quam quanti tum fuerit, cum is honos regiae etiam fortunae decus ac dignitatem adjungeret; quippe cum multo praeclarius ſit, noſtro quidem animo, civem eſſe urbis, in qua ſit domicilium chriſtianae religionis, quam fuiſſe eo tempore, cum illa rerum quidem potiretur, ſed viam ſalutis ignorabat. quare cecidit mox cum imperio, ſi qua tum fuit datae civitatis laus. at hoc veſtrae liberalitatis munus, quia non ſolum perſpectae in vos benevolentiae impertitur, ſed etiam ſpectatae fidei ac pietati, cujus Roma dux & magiſtra eſt, tribuitur, nos id ipſum exiſtimamus ad perpetuam nominis gloriam pertinere. itaque pro ſingulari hoc honore civitatis, quem verbis ampliſſi-
b c mis ornatum toti domui Valdeburgiae (b) dediſtis (c), totius fami-

(a) Cum non poſſit idem eſſe alterius & germanus frater & patruelis, intelligimus ex hoc loco, itemque ex ſimili in epiſtolae clauſula, has litteras duorum Truchſeſiorum nomine eſſe datas, quorum alter card. Auguſtani germanus frater eſſet, alter patruelis.

(b) Sic Truchſeſiorum familiam latine Pogianus appellat, quae germanico more *de Waldpurg* appellanda erat.

(c) *dediſtis tria* exempl. Gratianus correxit.

familiae nostrae nomine vobis agimus gratias immortales; pollicemurque omnem benevolentiam, operam, studia, quaecunque ab optimis vestrique amantissimis civibus praestari possint, cujus quidem conjunctionis officium ac fidem ita trademus filiis posterisque nostris, ut non minus illi romanae civitati, in quam sunt recepti, quam in qua nati sunt vel nascentur, se debere meminerint. ac nostrae omnium in vos voluntatis sponsorem istic (*d*) atque obsidem habetis Othonem Truchses, S. R. E. cardinalem, germanum fratrem patruelemque nostrum, qui, cum antea nemini concederet, qui nomini romano amicior esset, quam ipse, singularis hujus beneficii vestri accessione ad suum in vos amorem maximum profecto cumulum accessisse, intelligit. Valete. Roma. IIII. Kal. octobris. M. D. LX. d

(*d*) Ubi? Romae nempe. Quomodo igitur in adscriptione hujus epistolae scriptum est *Roma*? errore scilicet tum nostri tum vaticani codicis: de quo satis habeo lectores monuisse. Romae quidem scripta fuit a Pogiano epistola, card. Augustani certe jussu, in Germaniam ad Truchsesios mittenda, unde ipsi eam, tamquam ab se scriptam, Romam remitterent.

LXXIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

De Hosii obtrectatoribus. De Maximiliano rege. De haereticis a viennensi gymnasio excludendis. De Eisengreinio. De Cithardo. De Staphylo. De aliis. 28. sept. 1560.

VEre tu quidem scribis, ab aliis jucundiores fortasse nuncios istinc (*a*) afferri. sed non illud etiam verum est, te a quoquam ulla aut ingenii aut animi laude superari. quamobrem tuae prudentiae ac virtuti committentur (*b*) injucunda quaedam & insuavia; quae, quod utilitatem, quod salutem multorum continent, tibi, pro tua pietate, earum rerum molestia devoranda est, existimandumque (*c*), in ore tuo ista auctoritatem habere, cujus vitae ac doctrinae ratio orationi respondet. Illud quoque ferendum aequo animo, a quibusdam alienis etiam hominibus perferri nonnulla, quae sint grata principibus. quid enim illi praeterea habent, qua re gratiam inire possint? Ego de

(*a*) *istuc* exempl. Gratianus correxit.

(*b*) Fort. *committuntur*.

(*c*) *existimandamque in ore tuo istam auctoritatem &c.* exempl. Gratianus correxit.

Digitized by Google

d de barbarie (*d*), quam commemoras, nunc primum audio. verum ne illud quidem ignoro, neminem esse, vel in media Italia natum, qui modo non stultissimus sit, quin salutem & privatam & publicam credat potius fidei ac sapientiae tuae, quam cuiquam eorum, qui ingeniosi, qui in prehensatione & ambitione artifices esse dicuntur. Barasii, & pragensis archiepiscopi causa, ut primum facultas fuerit, probe curabitur. De concilio jam certiora cognoscemus, quando omnis rei expectatio est in
e adventu Delphini. vellem meliora (*e*). quod quidem maxima in spe habeo; siquidem caesar, sui simillimus, se in pontificis
f max. potestate futurum dicit. De Gallis (*f*) habes ex superioribus literis sententiam meam; quae utinam falsa sit. sed ve-
g reor, ne nihil illi me fallant, qui (*g*) perpetuo cantu obstre-
h pant concilio. Quod scribis de Caesaris (*h*) literis pervulgatis, id mihi omnino novum est. tu quidem, pro tua prudentia, nihil temere committes literis tuis. Non potuisti gravius aut
i acrius agere, quam egisti, cum rege (*i*), cui cum eas quasi veritatis faces admoveris, miror, quod non vehementius exar-
k serit. Egregia fuit reprehensio Brentii (*k*) tua; mirifica commendatio pontificis; tota congressio utilis, &, ut spero, salu-
l taris (*l*): nam aculeos in hominis animo reliquisti. De haereticis ab academia excludendis, in rempublicam, nedum in istam
m sodalitatem (*m*), peccant, qui culpam sustinent morae ac tergiver-

(*d*) Videtur ineptus aliquis atque adeo amens barbariem Hosio ex natione objecisse, quo illius auctoritatem, & in tractandis negociis facultatem elevaret.

(*e*) Subaudi *cognoscamus*.

(*f*) Vide epist. *Utinam ut* d. 31. augusti 1560.

(*g*) In exempl. Gratianus pro *qui* reposuit *quin*. Non probavi.

(*h*) Ferdinandine caesaris? an potius Caesaris Glorierii, qui erat Pii IV. a secretis? de quo Puteus in litteris ad Hosium d. 14. sept. 1560. *Sesto*, inquit, *me a summo pontifice impetrasse, ut..... instaurentur litterae ejusdem facultatis. sed Caesaris secretarii morbus impedimento fuit, quo minus hodie ad te mitti possent*.

(*i*) Maximiliano, rege Bohemiae. Nescio, cur vocem *rege* in exempl. Gratianus expunxerit.

(*k*) Brentius haereticus adversus Hosium scripserat. Puteus litteris ad Hosium datis 13. jul. 1560. *In Brentium*, inquit, *aut levissimos ejusmodi homines nihil censeo rescribas, indignosque velim eos putes, quorum rationem ullam habeas*. Brentium Bullingerus non semel confutavit. Canisius ad Hosium die 7. oct. 1563. *Bullingerus*, inquit, *iterum percutit Brentium*.

(*l*) Plane salutaris fuit. Vide epistolas *Doleo vicem* d. 19. oct. & *His literis* d. 2. nov. 1560.

(*m*) Actum est eo tempore de ejiciendis ex viennensi aliisque Austriae academiis haereticis professoribus, in eorumque locum jesuitis sodalibus sufficiendis. in repugnando catholici quidam cum haereticis consenserunt. qui vero hi fuerint, nihil necesse est, a me dici.

Digitized by Google

giversationis. urge igitur caesarem. Isengrinium (*n*) fove, quantum potes; &, si quid est, quod ejus causa a me fieri possit,

(*n*) De hoc Isengrinio, sive Eisengreinio produntur haec ab Ignatio Agricola *Hist. prov. Germ. super.* Dec. 3. n.23. ad annum 1561. *Accessere sub idem tempus duo illustrissima Academiae* (Ingolstadiensis) *sydera Fridericus Staphylus cum integra quinque liberorum & uxoris familia, & Martinus Eisengreinius .... Hic Stugardiae in Wirtembergia natus, Lutheri errores, quos puer obbiberat, Viennae, cum simul jurisprudentiae studiosus, & jam ob praeclara eloquentiae specimina publicus oratoriae professor esset, palam ejuravit, moxque nil magis ardens, quam contribules suos, fratresque & agnatos potissimum, ad parem agnoscendae veritatis felicitatem perducere, jussa valere jurisprudentia, totum se ad theologiae atque etiam sacerdotii professionem transtulit. Canonicus mox Viennae ad S.Stephani, & ecclesiastes, fama ejus multum jam celebri, a duce Alberto invitatus Ingolstadium, atque, exorato, generi precibus, Caesare, impetratus fuit. ubi protinus rectoris magnifici officio honoratus, edita typis de fidei controversiis concione, proludere coepit multis aliis voluminibus, tum in hac tum alia materia posthac editis, formidatus plurimum adversariis, quos nullo patiebatur loco consistere ...... Perfecit apud principem, ut universalis per omnes sub itorum status, urbes & oppida lustratio fieret, & quotquot orthodoxam religionem profiteri nollent, divenditis bonis suis, Bavaria juberentur excedere. Initium ab academia factum, e qua ternis professoribus indicta est migratio, tum aliis per omnem provinciam, absque ullo ad nobilitatem opesque aut patrocinia respectu. Magna hinc de Eisengreinio proborum omnium existimatio & amor, quem praeterea conciliabat mascula corporis venustas, sincera & amabilis agendi ratio, in dicendo suavitas & efficacia. Expediendum Romae fuerat negotium coram sancto pontifice Pio V. de Ernesto, Alberti principis filio, ad Frisingensem episcopatum assumendo, qui dein elector etiam coloniensis fuit. Legationis obeundae vices Martino impositae, qui horam integram in amplissimo papae & cardinalium consessu tam pie, modeste ac ornate, tam graviter simul & prudenter peroravit, ut in admirationem rapti Itali deponerent opinionem, qua tantam in Germania eloquentiam nasci haud posse autumabant. &c.* Sed non modo de frisingensi Ernesti episcopatu missus ad Pium V. Eisengreinius orator fuit, sed dignus etiam, qui ab eodem Pio episcopatui viennensi praeficeretur, cardinali Commendono visus est; cujus litterarum particulam ad card. Alexandrinum, Pii sororis nepotem, Vienna XV. dec. an. 1568. datarum, exhibeo: *Ho fatto sapere a l'Isengrinio, il quale si ritrova già più dì indisposto, la gratia fattali da nostro signore de la propositura di Patavia. di che egli bascia humilissimamente i santissimi piedi di sua beatitudine. E' veramente persona degna di questa & di maggior gratia: & io desidererei poter far sì, ch'egli fosse vescovo di Vienna, che, già tant' anni sono, si stà senza pastore in così gran bisogno, che si ha. &, innanzi ch'io parta, vedrò di farne qualche officio, acciochè con questa via un' homo così buono & sufficiente venisse a fermarsi appresso la maestà cesarea.* Non injucundum fore lectoribus arbitror, si aliquid a me habuerint, unde hujus hominis catholicae religionis studium, plane singulare, ipsius quodammodo voce ac testimonio declaratum, possint cognoscere. proferam igitur ex tabulariolo privato meo, unde non pauca ad hasce Pogiani epistolas illustrandas & promsi & promam, codicillum ab eo scriptum die 20.dec.1568. Aloysio Justiniano, cardinalis Commendoni, ponti-

possit, scribe, quaeso. complectar hominem libentissime, tuo judicio probatum. De monstris salisburgensibus quid sentiam, jam, puto, cognovisti (o). De Cytardo quae sit opportunissima ratio agendi, proxime (p) etiam ad te scripsi; cui merito suo volo omnia. Quae Wratislaviensi episcopo istic in crimine ponuntur, ea testimoniis confirmata huc si mittantur, dabitur opera, ut judicio convictus, condemnetur; qui, si obscure studet haereticis, nobis aperte est inimicus. Non deero commendationi tuae de Staphyli filio, quem patris causa omnes boni commendatum habere debent. De scriptis herbipolensis episcopi, ac scribae ejus, ego vero tibi assentior. sunt enim omnia digna eorum prudentia ac probitate singulari. Tu hilare vives & valebis.

His literis scriptis, nequedum datis, accepi eas, quas xv. dederas, quibus quoniam scribis, tibi meas literas, vel in his rerum asperitatibus, jucundissimas esse; ego vero non concedo tibi, ut plus ex illis voluptatis capias, quam ego ex tuis faciam; quas

pontificii apud Maximilianum II. caesarem legati, tum asseclae, deinde aquilejensis patciarchatus adjutori; quo in munere obiit demum Romae aliquot ante idus octobr. ann. 1581. diebus.

Admodum reverendo, magnifico & nobili viro D. Aloysio Justiniano, canonico patavino, domino colendissimo.

Admodum reverende & magnifice domine. Accepi hodie literas, quibus inter caetera mihi significatur, episcopum argentoratensem obiisse, & ducem Reicardum principem lutheranum, & electoris calvinistae fratrem, episcopatum vocantem ambire, ac nihil non moliri, ut ipse episcopus eligatur. est enim ejus argentoratensis ecclesiae canonicus & praepositus. Statim magnificentiam vestram admonere volui, ut illustris. dominum legatum ea de re certiorem faciat, an forte ipsius celsitudo, patrocinio Imperatoris adjuta, vel sola auctoritate apostolica freta, per literas, vel nuncios, aut quoquo alio modo, illegitimam hanc electionem impedire queat. nam, si, in conspectu sanctae sedis apostolicae legati, hoc isti moliri audebunt, quid non alii postea in similibus casibus tentabunt? jurare ausim, nos brevi Herbipoli, vel Bambergae, vel in aliis etiam praecipuis cathedralibus ecclesiis haereticos episcopos non sine certo religionis interitu visuros. Juvet ergo, per dominum, illustrissimus dominus legatus, juvet Germaniam, dum hic est, dum datur occasio, dum medicina locum habet; &, si ullo modo fieri potest, aliis rebus praeclare hic gestis hoc quoque adjiciat, ut nefariam hanc electionem impedire conetur: quoniam si progressum habuerit, similibus electionibus sequuturis latissimam fenestram aperiet, & religionis perniciem secum trahet (quod Deus clementer avertat). Liberius haec ego fortasse, quam par est, sed bono zelo; quem ut magnificentia vestra bene interpretetur, & me illustrissimo domino legato commendet, rogo.

Admodum reverendae magnificentiae vestrae deditissimus Martin. Eisengrien.

(o) Ex epist. *Respondeo* d. 7. sept. 1560.

(p) Die 31. aug. in extremis litteris *Utinam ut*.

quas ut eliciam, ſum interdum & crebrior & longior. De frequentia nunciorum, deque tua praeſtantia, ſatis multa ſuperioribus literis; cui, etiamſi tua legatio quibuſdam eſſet moleſta, quam nemini, niſi improbo, injucundam puto, tamen unus pontifex maximus, qui fert in caelum actiones tuas, eſſe debet pro centum millibus, atque adeo pro omnibus ille aeternus pontifex, pro quo pie ſemper & fortiter impiorum odia & inimicitias ſuſcepiſti; quae mihi tecum conſuetudo & ſententia communis eſt. utinam par eſſet facultas. non recuſarem dicere aut facere periculoſe, modo ſalutariter. Cytardus quo magis a te & laudatur & amatur, eo fero moleſtius, lentum negotium eſſe curam de ejus ornamentis. ſed, ſpero, tarditatem res ipſa compenſabit: quem iis, qui potiuntur, commendare non deſiſtam. neque non ei magno fuerit adjumento frequens teſtimonium tuum: cui viro, tum pietate tum animi magnitudine praeſtanti, ampliſſimi honores, meo judicio, debentur. Verum quid foedius, quid miſerius iſtis pactionibus cum haereticis? an non praeſtitit, omnia ruere, quam ad eam conditionem venire? quae res ſcio quibus notam inurat ad ignominiam ſempiternam: quorum cogitatione dolore diſrumpor; praeſertim cum accedat nefaria interpretatio eorum, a quibus & animus & aures abhorrent. pudet me ac piget in haec tempora incidiſſe. ſed praeclare aquiſgranenſes (q) conſules, qui animi ro- q
bore plane chriſtiano ſe principatu digniſſimos praebent. felix
Cytardus illis & civibus (r) & virtutis alumnis! quorum ani- r

(q) Vide eamdem epiſt. *Reſpondeo*.

(r) Ad hunc locum cum veniſſem, quem in quadam adnotatione ad epiſtolam *Ego nihil* d.16. aug. 1560. attuleram, quo non Antuerpiam, ſed Aquiſgranum patriam Cithardo fuiſſe oſtenderem, in mentem venit rei veritatem diligentius inveſtigare. *Bibliothecam* ſcriptorum ordinis praedicatorum, ab Jacobo Echardio Lutetiae Pariſiorum an.1719. & 1721. editam, aliquid mihi adjumenti allaturam ſperavi, ſi forte inter eos Cithardus recenſeretur. ſane in ea recenſitum, quod quaedam ejus lucubrationes exſtent, & diſerte aquiſgranenſibus adſcriptum reperi, nemine eorum, qui multi afferuntur auctores, diſcrepante: ut omnino de hominis patria & nos recte ſenſerimus, & dubitari non poſſit. Quod vero ad ejus gentile cognomen attinet, nihil uſquam reperire ſe potuiſſe Echardius oſtendit, illud modo teſtatus, *Mathiam Zittardum ſive Cittardum ex oppido Zittard, ſive Cittard ditionis Juliacenſis oriundum, a quo & cognomen illi fuerit, quod proinde non gentilitium eſſet, ſed ab origine*. Inituros nos aliquam fortaſſe gratiam ab illuſtriſſimo praedicatorum ordine ſperamus, ſi tam inſignis alumni ſui gentile cognomen, ad hanc diem ignoratum, prodiderimus.

Fuit igitur ex *Hartzmannorum* gente Cithardus. id quidem ex cardinalis Commendoni apud nos litteris, ad card. Reomanum die 19. mart. an.

mum & mentem orandus est Deus, ut aliquando det principibus nostris, ut in illis eadem sit felicitate Cytardus; cujus liberta-

an. 1566. Romam Augusta datis, plane intelligimus; quarum particula haec est: *Nostro signore papa Pio quarto di fel. mem. come intendo, per un breve speciale, & per vigore d' una lettera di monsignore illustriss. cardinale Borromeo, dette facoltà a monsignore illustriss. Delfino di conferire a uno* Hartzmanno, *nipote del P. Zittardo, predicatore di sua maestà cesarea, un canonicato in una collegiata della diocesi di Liege &c.* Designatur postremis hisce verbis *Trajectum ad Mosam*, vulgo *Mastricht*. Audiamus nunc cardinalem Truchsesium in epistola ad Viglium Zuchemum, secreti Flandriae consilii principem, die 16. jun. an. 1562. datam: *Dedit*, inquit, *pontifex* (Pius IV.) *canonicatum trajectensem Henrico Cytardo, Cytardi illius* FRATRIS FILIO, *qui & confessor est Ferdinandi caesaris, & verbi dei apud eundem eloquentissimus praedicator. quod sane beneficium etsi propter* PATRUI *merita in hunc Cytardum inprimis collatum est, tamen is etiam suo nomine est illo munere dignus*. Si Henricus hic Cithardus Matthiae Cithardi *fratris filius*, idemque ex *Hartzmannorum* gente fuit (quorum alterum Truchsesius, alterum Commendonus, aequales gravissimique scriptores, affirmant), fuit profecto Matthiae Cithardo gentile cognomen *Hartzmannus*.

Conemur etiam, si possumus, aliquid praeterea conferre, quo paullo fortasse emendatiora, auctiora certe, reddantur ea, quae ab eodem Echardio, diligentissimo caeteroqui scriptore, de Cithardo nostro traduntur; & hominis, in dominicanae familiae fastis maxime commemorandi, historiam maxime libentibus animis, quantum quidem possumus, illustremus. Ac primo dubitat Echardius, cum per eadem ferme tempora Matthias quidam floruerit, qui aquensis a scriptoribus perhibetur, & montani gymnasii professor dicitur, num alter a Cithardo nostro, an idem censendus sit. qua in dubitatione multus, &, ut dicam, quod sentio, nimius esse mihi quidem videtur, & frustra sibi sollicitudinem struere. etenim, quum plerique scriptores, quos ipse affert, illorumque temporum aequales, diserte alterum Matthiam ab altero sejunxerint, & separatis de utroque capitibus egerint, & alia alteri, alteri alia scriptorum genera tribuerint, difficile non fuit ex his auctoribus intelligere, quid de duobus illis, quibus maxime Echardius commovetur, sentiendum esset; illud videlicet: Cratepolium quidem, ubi de viris eruditis, qui sub praesulibus moguntinis claruerunt, agit, & *Matthiam Zittardum aquisgranensem* commemorat, eumque tantopere ab eloquentia laudat, non de *aquensi*, *montani gymnasii professore*, agere, quem nemo umquam superiorum neque Zittardum appellarat, neque eloquentiae laude commendarat: Cornelium vero Loos Callidium in catalogo illustrium Germaniae scriptorum de Matthia quidem aquisgranensi nostro agere, sed per errorem huic attribuere binas illas *catholicae fidei* contra Lutherum Bucerumque *adsertiones*, quas Matthias aquensis, montani gymnasii professor, ediderat.

Verum, si quid incertum hac in re quondam fuit, omnis certe de ea sublata jam dubitatio ac controversia est, postea quidem quam *Bibliotheca coloniensis*, a R. P. Josepho Hartzheimio S. J. diligentissime conscripta, prodiit anno 1747. Coloniae. in ea tum Matthias Cithardus noster, tum Matthias ille alter, montani gymnasii professor, commemorantur: atque hic quidem non *Zittardus*, sed *Cremerius* cognomento dicitur, & aquisgranensibus, item ut noster, annume-

bertatem incredibile est quam amem & admirer. maxime autem velim, ut ejus justissimae postulationi satisfiat, tum de nepote,

numeratur. cumque Hartzheimius de illa Echardii atque Quetifii (nam hic quoque in scriptorum Ord. Praed. historia conficienda elaboravit; etsi nos unum Echardium, qui eam perpolivit atque auxit, auctorem appellare soliti simus) dubitatione cognovisset, rem sibi diligentius investigandam suscepit; omnibusque, quae in ea essent, accuratissime inspectis atque perpensis, ita demum pronunciavit: *Eruditissimi viri Quetif & Echard, qui scriptores dominicanos enumerarunt, dubitant, an hic* (Matthias Cremerius) *idem sit cum Mathia Zittardo, infra enumerando, & indigenarum opem exposcunt. Nobis comperta res est, hunc regulari familiae adscriptum non fuisse, adeoque diversum esse a Zittardo; quos & Pantaleon in sua prosopographia accurate olim distinxerat. obiit hic noster 1557. ille dominicanus diu supervixit, & scripsit usque ad annum 1571. quo obiit.*

Postremis his verbis admoneor, ut de anno, quo noster Cithardus obiit, aliquid dicam. nam verum non est, quod Hartzheimius, Quetifium atque Echardium auctores sequutus, de anno 1571. ait, neque quod de an. 1564. ante eos Cratepolius & Cornelius Loos Callidius prodiderunt. vivebat certe Cithardus mense majo anni 1566. Sunt apud me card. Commendoni ad card. Alexandrinum litterae, Kalendis ejusdem ipsius mensis atque anni Augusta Romam datae, in quibus haec leguntur: *Il P. Zittardo, predicatore di sua maestà cesarea, ha, com' egli dice, scritto già più dì a nostro signore, & desideraria molto questo favore, che sua beatitudine si contentasse di farli rispondere. Prego V. S. illustriss. a procurarli questa consolatione.* Non igitur anno 1564. Cithardus obierat, quod Cratepolius Callidiusque scripserunt, sed ne anno quidem 1571. obiit: quod post Quetifum Echardiumque Hartzheimius tradit. etenim anno 1567. de eo, tamquam jam e vivis sublato, agunt episcopus olomucensium & Petrus Canisius litteris ad Hosium, ab illo quidem die 19. aprilis, ab hoc autem die 7. septembris datis; quas habes in *Tabul. eccl. rom.* pag. 433. & 448. Episcopus quidem, *Concionatorem*, inquit, *catholicum in locum prioris Cithardi cum magna sollicitudine ubique perquiri jecit* (Maximilianus caesar) *& jam nactus est.* Canisius autem, *bono*, inquit, *Cithardo, cui de calice tanta cura fuit, nullum adhuc in cathedra caesarea successisse videmus: etsi catholici nonnulli adhuc expectantur.* Sed habeo certiorem auctoritatem, qua annum Cithardi obitus plane constituam. Jacobus Gretzerus noster in egregio opusculo, quod, inscriptum *Examen strenae Lauserianae*, comparet in tomo XIII. ipsius operum, Ratisbonae an. 1739. vulgatorum, cap. 1. sect. 14. *Qualis autem*, inquit, *& quam indefessus catholicae religionis propugnator, & quam validus sectarum oppugnator Cithardus fuerit, satis docet oratio, in funere ejus anno 1566. Viennae recitata; in cujus statim vestibulo orthodoxae fidei assertor acerrimus nominatur. idemque perspicue testantur quidam libri ab illo in publicum dati.* Manifestum est igitur, anno, non 1564. neque 1571. sed 1566. obiisse Cithardum: qui quidem quum adhuc mense majo ejus anni, quod ex allato Commendoni litterarum loco intelligimus, viveret, necesse est, in reliquum ejusdem anni tempus mortem hominis incidisse. diem vero ipsum aut certe mensem, quo ille obiit, si mihi per ocium meas schedulas scrutari ac pervolutare licuerit, non despero, me aliquando posse etiam definire. interea satis sit scisi, Cithardi mortem in Echar-

pote, tum de consulum aquisgranensium filiis; quorum causam

Echardii *Bibliotheca* ab anno 1571. ad annum 1566. esse retrahendam.

Quod vero ad munus audiendarum Ferdinandi caesaris confessionum, quo Cithardus functus est, attinet, rem sic Echardius expedit: *Gretzerus in examine strenae Louzanensis* (corr. *Lauserianae*) *non concionatorem modo Ferdinandi, sed & ab arcanis etiam conscientiae & confessarium fuisse, asserit*. Qui haec legerit, putabit, non nisi Gretzeri testimonio tam eximium Cithardi decus comprobari: ut, si forte Gretzeri fides, qui amplius quadraginta annis post mortem caesaris suum illud opusculum scripsit, in dubium ab aliquo revocetur, consistere tanta res, nullis aliis auctoribus fulta, non possit. Volo, Cithardi memoriam ac dignitatem non uno scriptore, sed pluribus, nec longe ab ejus aetate remotis, sed aequalibus, confirmari. atque, ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα, placet mihi trium amplissimorum virorum afferre testimonia; primum cardinalis Othonis Truchsesii, quod supra etiam dedi: *Dedit pontifex canonicatum trajectensem Henrico Cytardo, Cytardi illius fratris filio, qui &* CONFESSOR *est* FERDINANDI CAESARIS, *& verbi Dei apud eundem eloquentissimus praedicator*: alterum Joannis Francisci Commendoni in quadam epistola, ad card. Carolum Borromaeum Kalendis jun. anni 1561. Aquisgrano Romam data: *Fra gli cittadini sono alcuni fratelli Hildebornii, gran defensori de la sede catholica, & parenti del P. Cytardo* CONFESSORE *& predicatore* DE LA CESAREA MAESTA': tertium Antonii Muglitii, pragensium archiepiscopi, in oratione, quam in Ferdinandi funere habuit, edid itque Pragae an. 1565. *Adscitis sunt* (a Ferdinando in suo supremo morbo) *aliunde medici, ne videretur deseruisse hoc, quod sibi ac vitae suae debebat. interim tamen, de animae salute sollicitus magis, virum doctum Mathiam Citbardum,* QUEM HABUIT A CONFESSIONIBUS *& concionibus sacris, saepius vocavit, cum eo de transitu conferens, peccatorum exomologesin crebro faciens, salutari viatico corporis & sanguinis Christi aliquoties munitus est .... Ibi unctus sacro oleo, diligentius ad se vigilare jussit, confessario mandata dedit, quomodo se in extremo conflictu alloqueretur* (nempe ne titulis Caesaris, aut Imperatoris, aut Majestatis, sed simplici Ferdinandi nomine in se compellando uteretur), *& clam etiam aperuit diem obitus, quem praescivit &c.* Hunc ipsum ex Muglitii archiepiscopi oratione locum Gretzerus, ab Echardio primum, deinde etiam ab Hartzheimio, tamquam auctor de Cithardi in Ferdinandi confessionibus munere laudatus, in suo illo *examine strenae Lauserianae* affert, non ille quidem rei ipsius auctor, sed vetustioris graviorisque auctoritatis index ac recitator.

Superest, ut, ad historiam Cithardi nostri, Echardiique in ea parte *Bibliothecam* locupletandam, encomia Cithardi quaedam ex tabulariolo meo proferam; quae quidem ipsa tres Jo. Francisci Commendoni epistolae suppeditabunt; quarum particulas, eo pertinentes, totidem verbis describam. In litteris ad card. Borromaeum 14. jan. 1561. Romam Vienna datis: *Il R.P. Citbardo mi ha portato l'incluso memoriale a tempo ch'io voleva partire, di modo che non posso raccomandarlo a V.S. illustriss. come veramente merita per la sua bontà, & per li molti officii fatti a servitio di Dio, & de la religione catholica. esso padre è carissimo a la maestà cesarea & predicator suo, & tanto laudato da lei, che non si può desiderar più. due volte sua maestà ne ha parlato meco, con tali parole, che maggiori non si potriano usare. io scrissi già a V.S. illustriss.*

sam ago agamque diligentissime. Doleo vicem Joannis a Via

strifs. quello, che per nome di nostro signore notificai al detto P. Cithardo, hora m' ha dato questo memoriale: & io lo mando a V. S. illustriss. & ne scrivo ad un mio, che glie lo ricordi. In litteris, ad eundem Borromaeum Kalendis Jan. Romam Aquisgrano datis: *Il P. Cithardo era gionto qui pochi dì prima, venuto da Vienna, dove deve ritornar tosto, & s'è ritrovato presente a la mia proposta. il zelo di questo padre & l'autorità, che tiene in questa città & ne' luoghi d' intorno, è infinita. è anco tanto caro a l' imperatore, che hormai sua maestà lo sollecita del ritorno: come io ho veduto in una lettera, scritta di mano propria di sua maestà, pienissima d'affetto. con questo padre io ho ragionato de le cose del duca di Cleve, & informatolo pienamente del tutto. egli mi ha detto di haver lettere di sua maestà per il duca; & che farà gagliardamente ogni buon' officio con sua eccellenza.*

Interjiciam hoc loco particulam cujusdam itinerarii, ab Antonio Maria Gratiano, qui fuit Commendoni ab epistolis, confecti; in qua de hoc ipso Commendoni suoque Aquisgranum adventu agitur, & de Cithardo quiddam memoria sane dignum commemoratur: *Questa terra* (Aquisgrano) *è imperiale, & si governa a republica, come l'altre, & hora* (nel 1561.) *vive catholicamente; perchè in essa l'anno passato si erano ridotti molti heretici d'ogni sorte, che havevano infettato una buona parte de i cittadini. onde, crescendo il numero & il disordine fra loro & li catholici, deliberarono, che la maggior parte dovesse restare, & cacciar l' altra. per il che per opera di molti buoni principi & huomini da bene, & specialmente per opera di Mathia Citarda, cittadino di questa patria, & predicatore de la maestà de l'imperatore, si trovò maggior numero di catholici, i quali cacciarono & bandirno tutti li cittadini & forestieri heretici; de' quali ancora che ce ne sia qualcuno, nondimeno non si scoprono, nè osano di vivere hereticamente: che sariano castigati.*

Nunc ad Commendoni epistolam de Cithardo tertiam eamdemque ultimam veniamus, ad card. Reomanum die 19. mart. 1566. Romam Augusta datam; in qua, *Il che*, inquit, *dà molto fastidio al P. Zittardo, & mi ha pregato a raccomandarlo a nostro signore: onde io prego la signoria vostra illustriss. che voglia favorirlo con nostro signore....: Ha questo padre authorità in corte, & tiene appresso l' imperatore un luoco, che, quando fosse in mano di persona poco favorevole a' catholici, potrebbe far molto danno.*

Tributas huic summo viro a card. Truchsesio laudes supervacaneum est hoc quoque loco recensere; quum eae passim in iis ejusdem cardinalis epistolis, quae hoc ipso volumine continentur, occurrant.

Haec ego de Matthia Hartzmanno Cithardo, aquisgranensi cive, ordinis praedicatorum alumno singularique ornamento, Ferdinandi I. caesaris a sacris confessionibus, ejusdemque a concionibus, catholicae fidei acerrimo propugnatore, Viennae anno 1566. e vivis erepto, miris clarissimorum virorum praeconiis celebrato, haec ego, inquam, de Cithardo per illud ipsum tempus commentabar litterisque mandabam, quo tempore undecimus *Theologiae christianae* tomus, auctore R.P. Daniele Concina Ord. Praed. Venetiis Romam perlatus, in meas manus venerat. quem cum celeriter legendo percurrissem,& superiorum decem non dissimilem reperissem, vehementer equidem miratus sum, tam multa illa, plane commenticia, & quamplurimis meae sodalitatis piis doctisque theologis, atque adeo universae sodalitati admodum injuriosa, a *christianae theologiae* doctore scribi

Via (*s*), cui omni ratione subveniendum est. De Avenione (*t*) non tantum in re est, quantus istic est sermo. nam castellum nescio quod in agro avenionensi modo ceperant haeretici, unde etiam discesserunt. Etiam atque etiam vale. Romae. IIII. Kal. octobris. M. D. LX.

scribi pervulgarique potuisse: verumtamen, Dei benignitate ac munere, usque adeo nihil christiano homine alienum, caritatique, ex Christi praecepto omnibus christianis hominibus debitae, non consentaneum cogitavi, ut unice de bene dicendo, qui in mea meorumque sodalium causa tam male ab illo audissem, sollicitus, commentariolum ipsum meum perficere, atque omni monumentorum testimoniorumque genere, quae amplissima atque honorificentissima universo praedicatorum ordini essent, omni ex parte cumulare properarim; id unum spectans idque agens, ut Cithardi dominicani laudem cum dominicanorum laude conjungerem, & ex unius commendatione omnium dignitas mea voce meisque litterulis augeretur: quo demum facto nemo non intelligeret, nullius dominicani hominis tantas esse in nos contumelias atque injurias posse, ut nostri erga universos studii nostraeque observantiae cursus ulla ex parte retardetur.

(*s*) De hoc Joanne a Via diu laborasse Hosium, ejusque causam cardinali Puteo diligenter commendasse, discimus ex hujus ad ipsum Hosium litteris, die 7. sept. 1560. datis: *Primum*, inquit, *illud tibi denuncio, nihil hic agi posse, quod Joannem a Via cupere scribis. nam, inter alia, quae nominatim sunt exprimenda, quum beneficium impetratur, census est aut reditus, & nomen ejus, qui proxime mortuus possidere desiit: quod est utrunque praetermissum. deinde velim, te existimare, in vacatione sacerdotiorum, multorum oculos invigilare, quos credere decet, jam ante duos menses vacans beneficium impetrasse. postremo fac tibi in mentem veniat, neminem esse, qui sumptum hic in expediendis impetrationis litteris, cum incertae rei, tum ignoti hominis causa, libenter faciat. quare alia ineunda necessario ratio est, si hominem adjutum cupis.* Extat hujus Joannis egregium opus, Maximiliano, romanorum electo imperatori inscriptum, hoc titulo: *Jugis ecclesiae catholicae sacrificii, eorumque omnium, quae in eo peraguntur, solida justaque defensio & assertio, ex priscorum & sanctorum patrum monumentis deprompta, contra calumnias & cavillationes Jacobi Andreae Smidelini. auctore Joanne a Via, sacrae theologiae doctore. Coloniae.* 1570. Hujus operis nuncupatoriis litteris hanc subscriptionem auctor apposuit: *Joannes a Via, doctor theolog*[illegible], *illustrissimo Bavariae duci Alberto a sacris concionibus ordinatus.* De eodem Joanne Hosius in praefatione eximii operis sui, quod inscribitur *Confessio catholicae fidei christiana, petricoviensis synodi nomine*, Parisiis an. 1562. editi, illa commemorat: *Is etiam in linguam germanicam conversus* (idem liber Confessionis) *a viro docto Joanne a Via, intra paucas hebdomadas, uti speramus, in lucem proditurus.*

(*t*) Pallavicinius lib. XIV. *Hist. conc. trid.* c. 16. n. 11. *E nel viaggio pose* (il cardinal di Tornone) *a quiete un fastidioso movimento, eccitato in Avignone dal signor di Mombruno, che ribellatosi al papa, come a capo spirituale, gli si era ribellato ancora nel temporale &c.* de qua defectione fusius Thuanus agit *historiae* suae libro XXV. sect. 18.

Digitized by Google

LXXX.

Otho Truchses Card. Augustanus Friderico Truchses fratris fil.

Ejus in litteris & virtute profectu laetatur, &, quae illi meditanda atque agenda sint, praecipit. 18. sept. 1560.

Accepi aliquot epistolas tuas, duas latine, reliquas gallice scriptas (*a*); in quibus mirifice amavi animum & ingenium tuum. intellexi enim ex iis ipsis literis, quantum & proficeres in studiis literarum, & incensus esses amore virtutis. in cognitione quidem & usu gallicae linguae superasti etiam expectationem meam. nec vero me mediocriter delectavit praedicatio religionis tuae, triumque virtutum praestantissimarum, & ad salutem christiano homini necessariarum; quas non solum in ore, sed in amore perpetuo habeas velim. ac scriptores quidem, unde sumis virtutis laudes, cum in scribendo debes imitari, tum observare diligenter vitae ac morum praecepta, quae illi memoriae prodiderunt. qua in re multum te adjuvabit cogitatio ista, a quibus ortus sis, & frequens commemoratio domesticae laudis. voles enim, ac libenter quidem voles, eorum esse similis, a quibus vitam, nomen, fortunas accepisti: quorum vitae commendatione cum ita delecteris, quin te etiam exemplum ad gloriam alliciat, dubitare non possum. ego quidem literas tuas, quibus eum te & esse & fore profiteris, qualem postulat familiae nostrae dignitas, vim foederis habere puto; ut (*b*), cum tua voluntate virtutem & bonas artes diligenter colas, hanc praeterea tibi literarum ac professionis tuae necessitatem imponas. quamobrem ego, qui te, fratris filium, quasi quadam lege naturae amare debeam, cum talem esse videam, qui nobis majoribusque nostris te dignissimum praebeas, vix possum in te amando expleri. quare, etsi praecipuum amorem erga te meum & patriam charitatem perspectam habes, tamen nullum ejus signum, quod quidem tibi in mentem veniat optare, & ego dare possim, a me unquam requires. tu vero praeceptori, qui in te instituendo singularem fidem ac diligentiam praestat, officium tuum praestabis. Vale. Romae. IIII. Kal. octobris. M. D. LX.

LXXXI.

(*a*) Latinis & gallicis litteris Fridericus hic Biturigibus in Gallia, Joanne Spazio doctore, operam dabat. Vide sequentem epistolam.

(*b*) & exempl. sed, levi mutatione facta, correxi, quemadmodum mihi sententiae ratio postulare videbatur.

Digitized by Google

LXXXI.

Otho Truchses Card. Augustanus Joanni Spazio.

28. sept. 1560. *Ejus diligentiam in Friderico Truchsesio erudiendo gratam sibi esse, dicit, &, ut illi graecae linguae doctorem adhibeat, praecipit.*

EX tuis literis, quae mihi non longo intervallo binae sunt redditae, facile intellexi, qua fide ac diligentia Fridericum, fratris mei filium, instituas. quare, etsi non dubitabam, quin, in eo erudiendo & praeceptis & hortatu & exemplo, nostrae omnium, atque adeo meae, quae summa est, cupiditati satisfaceres, tamen mihi jucundissimum fuit id ipsum tum ex tuis, tum ex ipsius Friderici literis cognoscere. itaque te de fideli ista ac diligenti opera tua & amo & laudo; pro quibus nullum unquam tibi referendae gratiae locum praetermittam. Quod vero scribis, dolere te, quod graece nescias; equidem id ipsum non solum Friderici, cui graecarum literarum cognitionem, homine nobili dignam, deesse nolim, sed etiam tua causa doleo. magna enim cares tum utilitate tum voluptate literarum, atque haud scio an dimidio fructus studiorum tuorum. sed, quando non contigit, ut eam linguam intelligas, ne ego quidem illam abs te requiro: tantum velim, ut aliquem istic Friderico adhibeas, a quo is graece erudiatur. non enim puto Biturigibus (*a*), in urbe liberalibus studiis affluenti, esse omnes homines graecarum literarum expertes. quare hanc rem, quae mihi summae curae est, cura; & Friderici, ut facis, virtuti ac valetudini consule. Vale. Roma, IIII. Kal. octobris. M.D.LX.

LXXXII.

(*a*) Bitúrigum duas civitates fuisse Plinius lib.IV. cap.19. tradit; alteram vetustiorem, *Bitúriges Cubos* in Céltica, alteram recentiorem, *Bitúriges Vbiscos*, sive, ex Ptolemaeo, *Vibiscos* (quae colonia deducta ex Biturigibus Cubis creditur) in Aquitania. priori oppidum unum *Avaricum*, posteriori duo *Noviómagum* & *Burdégalam* Ptolemaeus attribuit. Jam *Avaricum* dici postea coepisse *Bourges* (quae urbs sita est apud Ligerim fluvium in aurelianensis provinciae bauricensi regione, vulgo *Berry*), *Burdégalam* vero appellari *Bordeaux*, ad Garumnam in guiennensi tractu sitam, volunt. etsi autem utrique idem antiquum nomen conveniat, tamen usitatius non nisi prior illa ad Ligerim civitas *Bitúriges* audit.

Digitized by Google

LXXXII.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

Quod certior de ejus sententia factus sit, gratias agit. 11. oct. 1560.

QUod semel & iterum (a) de querelis nonnullorum principum, deque Fabio Vicecomite ad te scripserim, feci coactus assiduis eorum postulationibus, qui se tibi per me commendari volebant. quod si tuam de utraque re aut antea voluntatem cognovissem, aut eas postea literas accepissem, quas XIIII. Kal. junii ad me dederas, nullius apud me preces aeque valuissent. sed nescio quo modo illae literae perlatae non sint. omnino nihil mihi est antiquius utilitate ac dignitate tua: illud etiam certum, nihil unquam a te petere, quod non sit cum utraque conjunctum. quare tibi & ago maximas gratias, qui me de tua sententia certiorem feceris, & debitum atque perpetuum studium ac diligentiam meam deferens, incolumitatem ac salutem precor. Romae. V. idus octobris. M. D. LX.

(a) Non binas, sed quaternas Truchsesius ad Ferdinandum litteras de utroque hoc negocio dederat, quas supra habes; priores 27. apr. *Non potui*, alteras 3. maji *His diebus*, tertias 19. maji *Fabius*, quartas denique 23. aug. *Intelligo*, eodem hoc an. 1560. omnes datas.

LXXXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi. (a)

De Zachariae Delphinii, pontificii nuncii, celeri Viennam adventu. De praeclaris Hosii legationis actionibus. 11. oct. 1560.

DElphinum (b) habetis volucrem & jucundum nuncium; ex ejus etiam oratione certam pontificis max. voluntatem

(a) Edidit ante nos hanc epistolam Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* pag. 111.

(b) Zachariam Delphinium, phariensium episcopum, pontificium nuncium ad caesarem. Cardinalis Puteus litteris, ad Hosium datis 19. hujus mensis, ostendit, se etiamnum ignorare, pervenerit ne Viennam Delphinius: *Delphinum*, inquit, *jam tandem ad vos pervenisse arbitror; magnaque sum in expectatione, qualis nam tibi is primo statim congressu visus fuerit.* Man-

tatem de concilii ratione. quare expecto jam ex tuis literis omnia

Mandatorum, quae Delphinio de sua hac ad caesarem legatione a Pio IV. pont. max. Romae, antequam Viennam proficisceretur, data sunt, commentarium, ex autographo descriptum, exhibeo.

Monsignor Delfino, per instruttion vostra saperete, che volendo nostro signore mandare una viva voce all'imperatore Ferdinando, per pigliare appuntamento circa la celebratione del concilio, ha eletta la persona vostra, perchè la conosce pratica delle cose di Germania & della corte cesarea, ove altre volte sete stato nuntio, & perchè sà, che l'imperatore vi ama, & tiene conto di voi, come si è potuto vedere da molti offitii, che ha fatto quella maestà appresso la santità sua a benefitio vostro; & perciò, essendo voi confidente alla maestà cesarea, & bene intendente delle cose di Roma & del presente negotio, nostro signore spera, che voi con la prudentia & destrezza vostra essequirete bene quanto sarà ordinato, & potrete non solo come nuntio, ma ancora come familiare all'imperatore, persuaderlo a quello, che sarà più servicio di Dio & della christianità; il che è unico fine del negotio, che al presente havete a trattare.

Prima adunque, acciochè con la memoria delle cose passate l'imperatore conosca meglio la fincerità, con la quale nostro signore procede seco, gli esplicherete diligentemente la particolare bona voluntà, che gli ha portata sempre sua beatitudine & innanzi al cardinalato, & nel cardinalato istesso, & gli porta hora più che mai, essendo cresciuta la detta bona voluntà insieme con la dignità di sua beatitudine, la quale tiene fresca & gratissima memoria non solo di quanto essa già fece in quella provincia per servitio di sua maestà, ma anchor di quanto ha fatto il signor marchese di Marignano, suo fratello, & contra il turco & contra i ribelli della medesima maestà.

Ha poi sua santità (come havete veduto voi medesimo) dopo l'assuntione sua al pontificato, continuato più che mai nella solita offettione, con la quale subito annullò tutte le objettioni fatte alla elettione di sua maestà, & volle, che l'ambasciatore suo prima di tutti gli altri fosse admesso alla publica visita & obedientia, come ambasciatore del primogenito figliuolo di santa chiesa, & volendo mandare un nuncio, che risedesse in quella corte, elesse monsignor Varmiense, persona cognita & cara all'imperatore, & quasi della natione, & di molta autorità &c. acciochè trattasse con ogni amorevolezza & confidentia i negotii, che corrono al presente, che sono importantissimi al benefitio publico.

Ha ancho sua santità mandato il signor Marco, eletto di Cassano, suo proprio nipote, a quella corte, acciochè meglio restasse certificata sua maestà dell'amor veramente paterno, che le porta, & della bona intelligentia, che si desidera havere con lei; & hora manda voi (persona grata & cognita a quella maestà, come si è detto) per non lasciare adietro alcun' offitio, per lo quale ella possa non solo conoscer bene in quanto conto sua santità la tenga, & quanto l'ami, ma ancora quanto gli prema la risolutione bona sopra li negotii, che appresso si diranno. Per le quali cose, & per la molta humanità & gratitudine dell'animo di quella maestà, spera nostro signore d'esser ben contracambiato da lei, & di doverne ricevere sempre bonissima corrispondentia, & hora massime nelle presenti occorrentie, & in tanto bisogno di tutta la christianità.

Voi dunque dopo questi complimenti, che farete per verità, praticherete

omnia certiora . te quidem ipsum perinde aut amare , etsi

R 2 unice

rete principalmente il negotio del concilio , del progresso del quale sete bene informato fino alla richiesta ultima , che sua maestà ha fatto per le lettere del nuntio Varmiense , & per la scrittura mandata a nome di sua maestà a dì . . . . . di luglio : per risposta della quale vi servirete della scrittura , che havete a parte sopra la medesima materia , la quale amplierete a bocca , dichiarandola in quel che sarà bisogno . & benchè sua santità quanto a se sia prontissima a fare il concilio in ogni luogo sicuro , voi però vi sforzerete sopra tutto di far ben capace quella maestà , quanto sia absurdo , difficile & pericoloso il condurre il concilio generale in alcun altro luogo di Germania , fuor che in Trento : prima , perchè a trattar di nuovo luogo sarebbe bisogno di molto tempo , & il stato presente della christianità ricerca rimedio presentaneo , & non patisce dilatione : & poi , perchè è cosa dubia , se gli altri principi , che non sono alamanni , si lasciassero persuadere a consentire ai luoghi nominati , o a altri in Germania : & li vescovi medesimi , senza li quali non si può far concilio , non verriano a luogo non sicuro ; come non può essere sicuro luogo alcun altro di Germania .

Anzi si può dire , che , quando bene i principi forestieri consentissero alla celebratione del concilio nel mezzo della Germania , nondimeno questo a sua maestà sarebbe perniciosissimo , perchè (oltre il pericolo universale) la parte de' protestanti , che è maggiore & più potente della catholica , potrebbe forse , quando il concilio fosse nei loro paesi , forzar la maestà sua a consentir con loro , & appartarsi dalla religione catholica , con inimicarsi tutto il resto de' principi christiani , & con rendersi colpevole appresso Dio & appresso il mondo d' ogni disordine , che per questo nascesse nella religione , o d'ogni tumulto & guerra , che potesse eccitarsi nella christianità , la quale è ridotta a tale , che , se non è ajutata dalla continuatione della pace successa , & dalla celebratione di concilio bono & sicuro , porta manifestissimo pericolo di restarsene in breve preda de' turchi . & le provincie più esposte alle invasioni turchesche sono le provincie di Germania , & gli stati hereditarii della maestà cesarea .

Dall'altra parte , quando la maestà sua , come è da sperare , per sua bontà non volesse consentire in alcun modo co' protestanti , ella porterebbe manifestissimo pericolo (suscitandosi qualche tumulto) di ricevere carico , & forse maggiore , che non lo ricevette Carlo V. dal duca Mauritio : & , non havendo sua maestà alcun regno fuori di Germania , quando ne uscisse per qualche accidente (il che a Dio non piaccia) , potrebbe restarne fuori per sempre essa , insieme con li figliuoli . le quali ragioni ben possono senz'altro mostrare alla maestà sua , che a lei medesima è pericolosissimo tentare di ridurre il concilio più dentro in Germania , & non contentarsi di Trento .

Quando ancho non fossero alcune di queste ragioni , sua maestà , per le dimande ingiuste , che fanno i protestanti nel modo di celebrare il concilio , può ben considerare , che in casa loro non muteriano opinione , nè si lasceriano indurre alle cose del dovere , senza le quali non si può celebrar concilio nè a Trento nè altrove ; non essendo conveniente partirsi dalla antica consuetudine , approbata dal principio della fede christiana insino alli presenti tempi . & poichè è intentione di nostro signore , come di vero pastore & padre di tutti , & deve esser similmente intentione d' ogni catholico , che il concilio si faccia con le conditioni solite & honeste , si deve ancho procurare , che i protestanti rimanghino persuasi di venire

unice diligo ; aut laudare, etsi in caelum fero ; ut meritus

nire al concilio di Trento, considerando, che il dargli concilio in loro potestà, & in luogo non sicuro a' catholici, sarebbe dargli occasione di essere pertinaci & ostinatissimi nelle loro voglie : il che sua maestà può ben conoscere, quanto sarebbe contrario al retto fine di sua beatitudine, & pernicioso alla religione.

Non deve dunque sua maestà partirsi dalla determinatione già fatta del luogo di Trento, il quale è stato accettato da' catholici & da' protestanti, & talmente accettato & stabilito, che s'intende di ragione, che al presente anchora il concilio resti nel luogo medesimo & nel medesimo vigore di prima; poichè la sospensione fu fatta solo per aspettar il fine delle guerre, & hora, che sono finite le guerre, viene ancho ad esser finita & levata la sospensione del concilio, & non bisogna far altro, che dichiarar levata & finita detta sospensione.

Perciò sua maestà, senza però differire la risolutione dal canto suo, deve far ogni opera con i protestanti, acciochè amorevolmente & con bona voluntà venghino a Trento; ove saranno benignamente uditi, & potranno con ogni conveniente libertà dir la ragion sua, & esporre ogni gravame, che pretendano. nè deve sua maestà restar di fare questo offitio con i protestanti per la renitentia & durezza, che essi hora mostrano; perchè, quando vederanno risolutione & fermezza nella maestà cesarea & negli altri principi catholici di mandar a Trento, & di favorir il concilio, & resteranno certificati della bona voluntà & affetto, che loro porta nostro signore, non è da diffidarsi, che ancor essi non possano mutar opinione, & venirvi; &, quando ben per hora non si facesse con loro profitto alcuno, si può nondimeno sperar, che, cominciandosi il concilio, tra essi ve ne saranno di quelli anchora, i quali desiderando la pace della religione, & chiarezza delle confusioni, ove si trova gran parte della Germania, saranno poi contenti, che il concilio habbia progresso; massimamente vedendo, che con carità & desiderio della salute d'ognuno si attenda senza alcun particolar interesse al benefitio universale.

Et in ogni caso, se ben i protestanti per la celebratione del concilio restassero mal satisfatti, nondimeno non haveranno in alcun modo giusta causa di dolersi: perchè tutta la ragione resta dal canto dell'imperatore; il quale, favorendo il concilio, fà quello, che deve fare, & non innova cosa alcuna, ma solo essequisce & lascia essequire le cose gia stabilite nelle diete, & approvate da tutta la christianità, come si è detto. All'incontro, se l'imperatore mette tempo in mezzo a questa risolutione, esso prima fà cosa dannosa al publico, & forse ancho al privato, & offende Dio & la conscientia sua: poi si pone in necessità di dar giusta causa di querele non solo al papa & alli principi catholici, ma alli protestanti medesimi. al papa & a' catholici darà causa di querela, perchè, essendo esso imperatore catholico, & havendo già consentito alla celebratione del concilio tridentino, hora se ne apparta, & mette tutto il negotio in difficultà : poichè in gran parte la sua voluntà basta ad essequire questa santissima opera & necessarissima; vedendosi, che niuno degli altri principi catholici nega di venirvi, se non quanto vi desiderano ancho l'imperatore; il quale mancando a questo, può ben considerare quanta occasione dia a' detti principi catholici di scandalizarsi, se ben qualcun di loro per qualche suo rispetto forse andasse dissimulando & tacesse.

Appresso col differir questa risolutione, & con metterla in consulta con i protestanti, o in diete, l'imperatore si mette in evidente necessità di discompiacere a' protestanti medesimi, ad instantia

tus es, mihi posse non videor; qui, praeter reliquum fructum

tia de' quali sà questo; perchè, presupposto quello, di che non si può mai credere il contrario, cioè che l'imperatore non voglia deviare dalla fede catholica, & da quello, a che è obligato per le promesse passate, si dice, che sua maestà non potrà in alcun modo concedere a' protestanti le dimande loro, & non potrà discostarsi dalle giuste attioni del papa & delli principi catholici. dal che sarà forza, che restino tanto più offesi i protestanti, quanto che saranno venuti in maggiore speranza di condur l'imperatore alle lor voglie, vedendolo per lor rispetto ritirarsi hora dalla celebratione del concilio di Trento, del quale essi ben conoscono quanto bisogno habbia la parte catholica.

Et perchè pare, che il punto più principale consista nella deputatione del luogo per la sicurezza d'ognuno, acciochè intendiate meglio questa parte, & possiate meglio esplicarla, vi si dice prima, per quanto tocca a'catholici, che il luogo di Trento, come è notorio, è per sua natura sicuro da tumulti & da ogni repentina invasione. ma oltre di questo, quando l'imperatore si risolva di venirvi, potrete ridurre in mente a sua maestà, che anchora che i protestanti la sentissero male, non è da temer di loro: perchè vi verranno i duchi di Baviera & di Cleves, generi di sua maestà, & vi verranno insieme i sudditi della medesima maestà con i sudditi del rè Filippo ne i paesi bassi, & con Bransuich, & con gli altri ecclesiastici; & a questi tutti uniti insieme, con la spalla, che possono havere dalle forze di Francia & di Spagna, & con la sicurezza, che hanno dalla banda d'Italia, sarà facil cosa di tener i protestanti in offitio. ma oltre ciò in questo caso vi si dà licentia, che voi offeriate all'imperatore & agli amici suoi catholici non solo le forze della sede apostolica & di tutto lo stato ecclesiastico, ma i nipoti medesimi, & il sangue di sua santità, offerendo insieme, che, oltre le forze ecclesiastiche, si procurerà dal canto di sua beatitudine, che i principi d'Italia, suoi amici, siano uniti con lei a benefitio & servitio di sua maestà & de' catholici: benchè si spera, che, venendosi alla effettuatione del concilio di Trento, con intervento dell'imperatore, la medesima offerta, che hora vien fatta da nostro signore, sarà fatta dal rè di Francia & dal rè di Spagna anchora, & il papa istesso non resterà di procurarlo, quando dalla maestà cesarea venga la risolutione, che si aspetta.

Per quello poi, che tocca all'assicuramento de' protestanti, se ben essi sono sicurissimi in Trento, luogo di Germania, & suddito all'imperio, nondimeno nostro signore dal canto suo, ~~insieme con~~ il concilio, & sua maestà, come imperatore, insieme con gli altri principi, daranno salvocondutto in quella amplissima forma, che possa da loro medesimi desiderarsi. Potrete anchora assicurar l'imperatore, che il papa non mira ad altro, che ad una bona & santa unione della chiesa, alla quale intende di venire per la via della mansuetudine; & per questo è risoluta non solo di udire i protestanti, ma ancha di accarezzarli, & farli tutte le cortesie possibili: &, dove possa con bona conscientia gratiarli, lo farà sempre volentieri, & mostrerà veramente, che non desidera da loro altro, che la loro salute: & lascerà similmente sua santità, che il concilio tratti d'ogni loro richiesta liberamente, & vi pigli quella risolutione, che sarà inspirata da Dio a salute de'popoli.

Resta il capo della riforma, della quale l'imperatore fà instantia. sopra il qual capo potrete dir a sua maestà, che il papa non manca di farla ogni giorno in qualche parte, secondo l'occasione: & già voi sapete, che si procura, che i vescovi vadano alle loro residentie,

dentie, & per questo se gli fanno molte gratie, & si augumenta l'autorità loro; & di mano in mano anderà sua beatitudine facendo quel bene, che potrà. ma con tutto questo anchora sua santità si contenta, che di essa riforma si tratti nel concilio: & se nella persona medesima di sua santità sarà cosa degna di essere riformata, essa sarà la prima, che lascerà riformarsi, & darà essempio agli altri.

Questo è quello, che in somma vi si dice per quel, che tocca al concilio di Trento, & alla mansuetudine, che s'intende di usare co' protestanti, & per quel, che tocca alla riforma. ma, perchè spesse volte movono più le ragioni estrinseche, che quelle, che toccano al negotio medesimo, che si tratta, & potrebbe essere, che l'imperatore, per la mira che tiene alla continuatione dell'imperio, si lasciasse più persuadere ancho nella materia del concilio dalle ragioni accommodate all'imperio, che da quelle, che veramente appartengono al concilio, oltre quella ragione, che è unica & certissima, cioè, che nessuna cosa deve anteporsi alla salute dell'anima, cercherete voi di mostrare alla maestà sua, che a lei mette conto di stabilir catholicamente le cose del concilio, etiandio per continuar l'imperio in suo figliuolo; ricordando a sua maestà, che l'appoggio de' protestanti non è buono nè sicuro. perchè, quando con questo mezzo il figliuolo riesca imperatore, prima non sarà legittimo imperatore, & poi non sarà accettato da i principi christiani, nè da i catholici medesimi d'Alemagna: i quali per loro sicurezza si procureranno altro capo. ma all'incontro, appoggiandosi a i catholici, & essendo tre elettori ecclesiastici, favoriranno volentieri, per mantener se stessi, l'elettione d'un imperator catholico, il quale nel punto della elettione può aspettar tanto favor da gli ecclesiastici, quanto da i seculari; perchè i voti si misurano a numero, & non a forza: & oltre di questo, venendosi alla celebratione del concilio di Trento ne i modi sopradetti, o che gli elettori protestanti si ridurranno alla sede catholica, o che potranno esser dichiarati privi della elettione loro, o almeno esser posti in tanta necessità, che haveranno di gratia di vivere, senza ardir di contraporsi all'imperatore & a gli elettori catholici. per il che deve considerar la maestà cesarea, che alla successione dell'imperio non solo non è dannosa, ma è utile la catholica celebratione del concilio di Trento.

Quando con le ragioni sopradette, & con la efficacia, che saperete usar voi, massime con l'essempio dell'imperatore Carlo, che sarà glorioso in ogni secolo per i continui travagli, che ha sostenuti per la difesa della religione christiana, voi vederete di non haver potuto indurre l'imperatore al concilio di Trento, direte a sua maestà con ogni modestia, ma però liberamente, che il papa, considerando il luogo, dove Dio l'ha posto, facendolo padre commune di tutti, esso non può non havere similmente cura di tutti, & medicare dove può, se non può medicare ognuno: & però considerando la santità sua, che le cose della religione sono tanto declinate ancho fuor di Germania, che cominciano ad andare in precipitio, & già la Francia è tutta sollevata, & è stata necessitata di concedere a' scozzesi un interim, che non è altro, che lasciarli vivere lutheranamente: & vedendo anchora, che in Spagna & in Italia non manca qualche principio di questa contagione, & vedendo similmente, che non può più differirsi il porci qualche rimedio, senza lasciar, che tutto vada in perditione, si risolve per conscientia, per honore & per conservatione della sede apostolica, che non si può più differire la celebratione del concilio; & però non volendo sua maestà venire a Trento, si scusa con lei, & chiama Dio in testimonio, che, mosso solo dal desiderio del ben publico, è forzato effettuare il concilio, & non lasciare, che per colpa di Germania periscano le altre provincie, che hanno bisogno di soccorso, &

lo di-

ctum uberrimum legationis tuae, qui constat bonis omnibus, regem

lo dimandano. & venendosi a celebratione di concilio altrove, che in Trento, anchora che sarà di maggior incommodo & dilatione, & di minor utile, nondimeno pregherete sua maestà, che voglia almeno mandarvi suoi ambasciatori & li vescovi: come si spera, che habbia a fare, per non mancar in tutto all'offitio imperiale, il quale è principalmente di essere protettore della chiesa, & difensore & essecutore delli concilii.

Ultimamente il papa per non mancar di far quel poco di bene, che si possa per ogni via, si contenta (quando sua maestà non consenta al concilio di Trento, & faccia renitentia ad ogni altro luogo sicuro in Italia, & perseveri in chiedere la riforma, & la concessione di alcune cose, come ha fatto, le quali cose, etiandio che fossero de jure positivo, & sua santità le potesse concedere de plenitudine potestatis, nondimeno, siccome non ha revocato & non revoca quello, che da' suoi predecessori è stato conceduto intorno ad esse cose, non passerebbe mai più oltre da se stessa, senza participatione di tutti i principi & nationi christiane: essendo cose, che toccano a tutta la christianità, & essendo state trattate già in alcuni concilii, & stabilite come hora sono), si contenta, dico, sua santità (poichè haverete veduto, che a sua maestà non piaccia, o le para di non poter condescendere ad alcun concilio ne i modi sopradetti) che voi possiate proponerle, & vedere, se a lei satisfacesse questo partito, cioè, che sua beatitudine chiamosse a se fino a quattro vescovi d'ogni provincia con alcuni theologi eletti & idonei, & trattasse con essi questi articoli, & anchora gli altri bisogni d'ogni provincia, & facesse una riforma quasi universale. & piacendo questo a sua maestà, intenderete ancora, se ella mandasse dal canto suo li vescovi & theologi: & di tutto darete avviso.

Perchè haverete da trattare anchora col rè di Bohemia, del quale non si può darvi certa commissione, non sapendo in che termine lo troverete, però bisogna rimettersi in gran parte alla prudentia vostra, il quale & di quanto si contiene in questa scrittura, & di quanto si contiene nell'altra, darete quel conto al rè, che sarà profittevole al negotio; avvertendo, che, quando possiate risolvere con l'imperatore solo, & temiate, che 'l rè contradica, non è bene intricarsi col rè più che tanto. quando ancho senza il rè non possa venirsi a conclusione, userete tutta l'industria, che potrete, con lui, adducendogli le medesime ragioni, & massime della successione dell'imperio, & facendoli le medesime offerte da parte di sua santità, secondo che vi parerà più conveniente. & perchè il rè ama molto la regina, quando così vi para espediente, potrete trattar con la regina anchora, cercando di persuader lei con l'essempio del rè Filippo, suo fratello, & con la speranza, che può haver di succedere ai regni di Spagna, d'Italia, & dell' Indie, la quale speranza sarebbe vana, se il marito & lei non difendessero la religione catholica: & con detta regina potrete valervi del mezzo del conte di Luna. nel resto in dare quelli amorevoli ricordi & paterni consigli, che sarà bisogno, a detto rè di Boemia in nome del papa, potrete seguir l'ordine, che già si è dato a monsignor Varmiense, alterandolo, quanto a voi & a lui parerà conveniente, secondo la mutatione, che da quel tempo in quà possa haver fatto il detto rè.

Con gli altri principi, per li quali haverete brevi o lettere credentiali, farete quelli offitii, che vi pareranno opportuni, valendovi di quelle ragioni, che saranno convenienti per inanimarli al buon successo di quanto si tratta, & alla celebratione del concilio.

In molte cose, che potranno occorrere,

rere, & che hora non possono venir in consideratione di nostro signore, sua beatitudine si rimette alla molta prudentia & bon giuditio vostro, il quale, pigliando consilium in arena, farete sempre quello, che vi parerà più espediente; intanto che avvisando di quà possiate haver lume della mente di nostro signore, & ordine di quanto haverete a fare.

Usate diligentia in tenere avvisato nostro signore minutamente di quanto intenderete, & di quanto potrete conjetturare; &, quando haverete cosa di momento, & che vi para degna d'esser avvisata per corriero a posta, lo potrete fare: perchè tutto sarà con piena satisfattione di nostro signore; al quale preme il negotio del concilio sopra tutti gli altri negotii, che hoggi si trattino.

ORDINI PARTICOLARI.

Per camino troverete il duca di Fiorenza; al quale communicherete tutto: & havendo da lui qualche avvertimento, ne darete avviso, acciò nostro signore possa ordinarvi quanto haverete a fare.

Il medesimo vi si dice del card. di Mantova.

Al card. di Trento direte in somma il desiderio, che ha nostro signore, di proseguire il concilio di Trento, & le cause dell'andata vostra.

Il medesimo direte al duca di Baviera, & all'arcivescovo di Salsburg, se lo vederete, cioè il desiderio, che tiene nostro signore della prosecutione del concilio di Trento; pregandoli a far bon offitio con l'imperatore.

Visiterete le regine in Inspruch, & le ringratierete dell'honor fatto alle nozze della nipote di sua santità.

In corte farete i complimenti opportuni con i ministri cesarei, & in particolar col conte Scipione; & darete bona relatione del conte Prospero suo fratello.

Con il conte di Luna communicherete tutto, & vi valerete dell'opera sua: nel quale si spera, che troverete bona corrispondentia.

Con gli altri ambasciatori haverete i riguardi, che conviene.

Al Varmiense direte, che il papa resta di lui satisfattissimo: gli darete conto di tutto, honorandolo, & accarezzandolo, & seguendo il suo consiglio, massime nelle materie theologiche. Gli direte ancho, che il papa ha mandato voi per lo particolar del concilio, acciochè a lui non tocchi di rompere, venendosi a disparere, come potrebbe accadere, che si venisse; perchè, rompendosi per sua mano, si difficulterebbeno gli altri negotii, che egli havesse successivamente da trattare.

Raccomanderete a sua maestà caldamente, quanto potrete, la liberatione delle monache del ducato di Vittembergh, & del palatino, acciochè almeno possano con la persona libera servir a Dio nella santa professiom loro, & siano levate da quelli monasterii, & condotte fra' catholici. di che vi sarà dato ricordo dagli agenti suoi, quando sarete alla corte.

Raccomanderete parimente a sua maestà il studio, che li frati di san Domenico vogliono erigere presso Friburg, loco patrimoniale di sua maestà; acciochè gli pigli in protettione sua, con la quale possano attendere all'offitio, & agli studj, & alle predicationi.

Darete al vescovo Varmiense li cinquecento scudi d'oro, che nostro signore gli manda per ajuto di costa; con dirgli, che attenda a servir allegramente, & che finito questo negotio del concilio sua santità si risolverà poi a quel, che vorrà far circa la licentia sua.

Gli direte anchora, che circa la petitione, fattagli dall'arcivescovo di Strigonia, si farà consultar quì dalli theologi quel, che sia espediente di fare; & che tratanto può risponder, che non si deve uscir de l'antiche traditioni della chiesa, ma più presto restar senza preti.

De l'altro negotio Wratislaviense, potrete dirgli, che egli ha risposto prudentis-

regem (c) ipſum mitiorem & commodiorem prudentia ac lenitate reddideris . ornaſti , mihi crede , munus officii tui veriſſimis ſapientiae ac religionis ornamentis , tuaeque ſcribendi laudi , quae ſingularis eſt , agendi laus iſta non cedit ; ex qua ut praeclare intelligo quanta pars ad ſanctae ſedis auctoritatem redundet , ſic ab illa dignum virtute tua praemium (d) ad te pervenire velim ; quod equidem ſpero , & , ut praecipuam hanc laetitiam ferre poſſim , quantum in me fuerit , enitar . Vale. Roma . v. id. octobris . M.D.LX.

dentiſſimamente , &c , [illegible] li nipoti di quel veſcovo ſi faceſſero veramente catbolici , all'bora non ſaria da negargli la gratia di teſtare .

(c) Puteus in iiſdem litteris : *De rege Bohemiae gratulor tibi meliorem injectam ſpem eſſe , quotidieque augeri ; teque bortor , ut bominem mirifica tua bumanitate ad bonam frugem traducas .*

(d) Cardinalatum certe ſignificat ; quem februario ſequentis anni conſequutus eſt Hoſius . Coeperat jam hoc [illegible] dicere , ac vulgo exiſtimari , cardinalem fore quamprimum Hoſium . Puteus ad Cromerum 26. oct. 1560. de Hoſii viennenſibus actionibus , *Neque baec* , inquit , *bactenus temere aut fruſtra facta eſſe , exiſtimare debemus , ſed ſummo Dei opt. max. conſilio , cujus exitum brevi , ut ſpero , laeti intuebimur .*

L X X X I V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Martino Cromero.

De Cromeri litterarum bumanitate . De Hoſii praeſtantia . 11. oct. 1560.

NAE tu homo mirificus es , qui rerum moleſtiam condias artificio jucunditatis tuae . quare fit , ut tuae me literae novo ſemper deſiderio afficiant ; quas etiam ſine argumento requiro ; ſatiſque mihi eſt pro omni materia literarum quivis epiſtolae ſermo , in quo intueor uſquequaque imaginem animi & ingenii tui . dabis igitur pro tua humanitate ſemper aliquid ad me , cum poteris . neque enim , cum dandi facultas erit , unquam (a) non poteris ; eas habes divitias orationis . incredibile enim eſt , quam , vel in his temporum difficultatibus , in tuis literis acquieſcam . Caeterum Hoſium noſtrum imitemur , cui munus officii antiquiſſimum eſt , reliqua , ut ſcripſi (b) , ſuſque deque . qui quidem Hoſius , quo minore cura eſt de commodis & ornamentis ſuis , eo omni honore dignior & eſt & habetur : neque in tanta viri excellentia non eſt illuſtris illa aequitas animi , quae hebetibus (c) , ut tu vis , principum oculis nihilominus

(a) *nunquam* exempl. Emendavi .

(b) Malim *ſcripſit* vel *ſcripſiſti* .

(c) Hoc fecit Gratianus ex *babentibus* .

nus lucere potest, & in obtusiores aures influere; cui spero
d e fore (*d*) brevi, quod gratulemur. interea, si qua (*e*) sunt molesta, concoquamus, & ita simus affecti, ut bona speremus, feramus qualiacunque. Vale. Romae. v. id. octobris. M.D.LX.

(*d*) *fuerit brevi quam gratulemur &c.* exempl. Emendavi. significatur autem cardinalicius honor, Hosio non ita multo post deferendus.

(*e*) *quae* exempl. Correxi & heic, & alibi non semel; quod, *quae* pro *aliqua*, quum ad plura refertur, non satis latine dici, existimem.

L X X X V.

Otho Truchses Card. Augustanus Archiepiscopo Gnesnensi. (*a*)

a

17. oct. 1560. *Ejus negocium curasse se diligenter, significat.*

QUod a me petiisti, ut, in expediendis pontificiis de negotio tuo literis, tibi meo studio ne deessem, quid egerim,
b poteris ex eo cognoscere, qui negotium curavit (*b*). feci vero ita libenter, quod potui, tanquam si res mea acta esset. itaque tibi polliceor promptam operam ac diligentiam meam in omnibus, quae ad te vel tuos pertinebunt: quod adducor ut faciam & virtute tua, & in me amore, maxime vero fama integritatis fidei & catholicae religionis: quam laudem quia in te singularem esse audio, & omnia tua causa cupio, & Deum precor, ut omnibus tuis optatis respondeat. Ro-
c mae. XVI. Kal. novembris. M.D.LX. (*c*)

(*a*) De eo vide epist. *Quod ad te Georgius* d.5. jul. 1560.

(*b*) Is fortasse fuit vel Georgius Ticinius, vel Lucas Podoskius: de quo vide eamdem epistolam.

(*c*) 1562. exempl. Mendosum putavi ob eas causas, quas in ultima adnotatione ad eamdem epistolam attuli; quam etiam ab anno 1562. ad 1560. retraxi.

L X X X V I.

Otho Truchses Card. Augustanus Regi Poloniae.

18. oct. 1560. *In nummario regis negocio nihil studii ac diligentiae a se esse praetermissum.*

CUM ab optimis & prudentissimis viris Adamo Conar-
a scio (*a*) & Georgio Ticinio, tuis procuratoribus & ministris (qui mihi testes sunt summi atque perpetui studii, & observan-

(*a*) Ex litteris *Adductus sum* d.21. sept. 1560. apparet, hunc Adamum Conarscium, sive Conarskium, Sigismundi Augusti legatione apud pontificem

ſervantiae erga te meae) datum eſſe negotium a rege catho-
lico (*b*) vicario (*c*) regis cognoviſſem, ut ipſi (*d*) procuratori *b c d*
tuo eam pecuniam (*e*) ex neapolitani regni vectigalibus diſſol- *e*
veret, quam tibi deberet, mei officii eſſe duxi rem adjuvare &
urgere, quacunque ratione poſſem. itaque & (*f*) cum ipſo re- *f*
gis vicario, & per literas & per clariſſimos viros Garſiam Fla-
rum & Joannem Ayalam (*g*), tui ſtudioſiſſimum & obſervan- *g*
tiſſimum, diligenter ac vehementer egi, ut negotium celerius
conficeretur. & quidem Ayalam ipſum, per ſe inflammatum,
proficiſcentem in Hiſpaniam, magis etiam incendi ad cupidi-
tatem agendi cum rege Philippo de ea pecunia; ut videlicet
curari ac ſolvi eam jubeat primo quoque tempore. procuratori
autem meo ad aulam ipſius regis ſcripſi, ut frequens cum Aya-
la ſit; &, ſi (*h*) is admonitione non eget, tamen moneat & *h*
hortetur hominem, ut, quoſcunque poteſt, regi ſtimulos adhi-
beat. locutus etiam ſaepius ſum cum praeſtantiſſimo viro Var-
ga, Philippi regis Romae legato; qui & ipſe libentiſſime ſtu-
dium & operam ſuam tibi apud regem navabit. quae propter-
ea putavi ſcribenda eſſe ad te, ut intelligas, me, cum pluri-

S 2 mum

cem max. defunctum, in Poloniamque profectum, Romae hoc tempore eſſe non potuiſſe. Dicamus igitur, quae Truchſeſius ab eo, regis procuratore ac miniſtro, ſe cognoviſſe affirmat, de iis eum a Conarskio, antequam is Roma proficiſceretur, factum fuiſſe certiorem.

(*b*) A Philippo II. hiſpanorum ac neapolitanorum rege.

(*c*) Parafanio de Rivéra, duci alcalaenſi (ſic enim malo, quam *complutenſi* dicere), qui neapolitano regno, Philippi II. nomine, ab duodecimo junii menſis die an. 1559. ad ſecundum aprilis an. 1571. quo obiit, ſumma prudentiae ac probitatis laude praefuit. fuit is neapolitani regni prorex undecimus. Illi Onuphrius Panvinius quattuordecim pontificum rom. illas *Vitas*, quas a Sixto IV. exorſus ad Pii V. pontificatus initia ſummo ſtudio diligentiaque deduxit, & ſuperiorum pontificum *Vitis*, a Platina conſcriptis, addidit, illuſtri praefatione, Kal. ſept. an. 1567. data, nuncupavit: in cujus praefationis titulo animadverti, quem nos *Parafanium*, idoneos auctores ſequuti, diximus, eum *Perafannum* dici, ac praeterea ducem non *Acalae*, ſed *Aealae*, typographico, ut opinor, editionis colonienſis an. 1572., qua nos utimur, errore, appellari.

(*d*) fort. *ipſe*, id eſt, vicarius regis, ſive prorex Parafanius.

(*e*) De hac pecunia Sigiſmundo Auguſto, Poloniae regi, a Philippo II. debita, vide epiſt. *Facit ſummus* d. 23. mart. 1560.

(*f*) Vocula *&* poterat abeſſe.

(*g*) De hoc Ayala ſunt illa in litteris card. Borromaei, ad Hoſium Viennam datis 16. apr. 1561. *Dominus Joannes de Ayala, quem rex catholicus mittit ad S. D. N. ut ei ſignificet difficultates, quae in illis regnis ſunt ortae ſuper bulla concilii, nondum venit, ſed expectatur in dies.*

(*h*) Pro *&*, *ſi is* plenius planiuſque ſcribi *&*, *quamquam is* oportuit.

mum tibi debeam, tantorum tuorum erga me officiorum summa pietate memoriam conservare. de quo animo & voluntate mea plura non scribam, cum ejus, ut dixi, maxime conscium habeam probatum virum Georgium Ticinium, qui negotia tua Romae procurat; quem ego, cum singulari quadam opera, fide & industria uti intelligam in tuis rebus agendis, summa benevolentia complecti cogor. Deum precor, ut te servet incolumem, cui perpetuum studium & observantiam meam polliceor. Roma. xv. Kal. novembris. M. D. LX. (i)

(i) Mendosam esse adscriptionem, & ad annum 1562. pertinere hanc epistolam, puto. Vide epist. *Etsi nulla intermissio* d. 14. nov. 1562.

LXXXVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Maximiliano (a) Regi.

19. oct. 1560.

Bituntinorum episcopum sibi commendatissimum fore.

Quod disertissimum atque doctissimum virum Cornelium, episcopum bituntinum (b), tanta benignitate complexus sis, quantam non solum ex tuis literis, sed etiam ex ipsius episcopi praedicatione cognovi, qui tuas laudes in caelum fert, equidem agnosco mirificam pietatem ac religionem tuam; de qua tibi etiam, ut debeo, gratulor. quod vero mihi ornatissimum hunc episcopum commendas, ago eidem tibi gratias immortales; qui talibus viris mihi commendandis magno me beneficio afficias. quare, etsi eum antea merito suo valde amabam, omniaque ejus causa cupiebam, tamen hac commendatione is cumulus accedet benevolentiae & studii in illum mei, quem meae erga te eximiae observantiae deberi intelligo: quem bene valere cupio, &, ut ita sit, assidue precor, tibique promptum officium, fidem & operam meam semper fore, polliceor. Romae. XIIII. (c) Kal. novembris.

LXXXVIII.

(a) Nihil equidem in hac inscriptione mutavi, quam vaticani etiam codicis esse video. sed vix mihi quisquam persuaserit, non esse mendosam, nec pro *Maximiliano regi* legendum *Ferdinando imperatori*. omnino sententiae, quae tota passim epistola continentur, Truchsesii, ad Ferdinandum, non ad Maximilianum scribentis, rationem redolent. neque non est similiter in aliis etiam harum litterarum inscriptionibus a librariis peccatum. Vide epist. *Intelligo* d. 23. aug. 1560. & epist. *Si quisquam* d. 22. nov. 1560.

(b) *bitontinum* exempl.

(c) IV. cod. vat. a quo, ut item a nostro exemplari, anni, quo data est haec epistola, notatio omnis abest. sed hoc anno 1560. datam, non uno argumento, si tanti res sit, possim ostendere.

LXXXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

De aquisgranensium incommodis. De Maximiliani regis placatiore animo. De aliis. 19. oct. 1560.

DOleo vicem aquisgranensium (*a*), & eo magis doleo, quod illorum hominum molestiam tibi permolestam esse video. quanquam, pro eorum pietate ac religione, quis est ex numero bonorum, quin eum ad se dolorem pertinere existimet? qua de re cum proprie aliquid accepero, ut scribis, a cardinale Borromaeo, tum, & quo remedii genere in illis malis utendum sit, scire potero, & id libenter adhibebo. Tua quidem profecto laus est, regem (*b*) se ad lenitatem dedisse: tua fertur illius humanitas, & comitas orationis; quae cum antea a nostris hominibus desideraretur, non mediocris prudentiae fuit, & eloquentiae plane tuae, impotentem, & perditorum hominum artificiis abhorrentem a nobis regium animum placare, & assuefacere, ejus aures patere veritati. At (*c*) enim incredibile est, quam multae sint in animis hominum latebrae (*d*), quanti recessus. At (*e*) eo etiam penetrat medicinae vis, modo ne sit obstructus aditus aurium. ad id non minimum momenti affert absentia Phauseri (*f*), pestiferi hominis: cujus quidem contagio (*g*) ne, propter vicinitatem, meis (*h*) obes-

(*a*) Vide epist. *Respondeo* d. 7. sept. & epist. *Vere* d. 28. sept. 1560.

(*b*) Expunxit hanc vocem in exempl. Gratianus. *Regem* autem intellige Maximilianum, Bohemiae regem: de quo Puteus item ad Hosium litteris, hoc ipso die datis, *De rege*, inquit, *Bohemiae gratulor tibi meliorem injectam spem esse, quotidieque augeri &c.*

(*c*) Hoc tamquam ab Hosio scriptum intelligere debemus, qui Truchsesio fortasse significaverat, dubitare se, serio ne atque ex animo Maximilianus placabilitatem illam suam in catholicae religionis negocio sic repente ostendisset.

(*d*) Desumtum ex Cicerone *pro Marcello* sect. 22.

(*e*) Haec Turchsesii responsio est ad Hosii dubitationem.

(*f*) *Phauseri* hoc nomen nescio cur Gratianus in exempl. expunxerit. De Phausero vide epist. *Ego nihil* d. 16. aug. 1560.

(*g*) *contagione propter vicinitatem meis &c.* exempl. Vidit Gratianus, mendose hoc fuisse a librario scriptum. itaque addidit *ne* ante vocem *meis*. sed nihilo certe emendatiorem locum fecit: quem ego, extremam vocis *contagione* syllabam a superioribus sejungens, mihi videor ad auctoris sententiam scripturamque emendasse.

(*h*) Videlicet *augustanis*, quorum Truchsesius erat episcopus.

obesse possit, diligentem jam cautionem adjunxi. De instauratione & loco concilii nihildum Romae audimus, credo ob eam causam, quod tota res pendet ex Delphini ad caesarem & ad te literis & mandatis; ut ne justae quidem querelae locus sit, si quid ejusmodi ignores, cum nihil, quod equidem sciam, de ea re in urbe sit actum. Video, quam sis & esse debeas sollicitus de negotio, quod exhibetur Valentino (*i*) tuo: quod quidem negotium mihi tua causa non minus curae est, quam ipsi tibi. sed, quando ejus causae cognitio est optimi ac jurisperitissimi viri Joannis Baptistae Rubei, vicini mei, sic agam cum homine, ut si esset res mea. quae quoniam cura mihi communis fuerit cum Jacobo Puteo, cardinale (*k*) amplissimo, tuique amantissimo, spero, tuum hunc, atque adeo nostrum, ad jus suum quamcommodissime perventurum esse. ego certe, quantum praestare potero, tantum efficiam. Vale, & me, ut facis, ama. Romae. XIIII. Kal. novembris. M. D. LX.

LXXXIX.

(*i*) Ad hunc, puto, Valentinum, Kutzborskium cognomine, Hosii familiarem, exstant Latini Latinii litterae, 28. jul. 1560. Viennam datae, in quibus hoc ipsum, de quo heic agitur, hominis negocium significari crediderim illis verbis: *Gratulor, tibi ad sacerdotium cracoviense expeditionem viam esse factam; cupioque, ut primo quoque tempore voti compos fias.* Nec dubitandum videtur, quin de eodem & homine & negocio agat cardinalis Puteus in litteris, ad Hosium hoc ipso 19. octobris hujus anni die datis: in quibus, *Valentini*, inquit, *tui causam, quam mihi diligentissime commendasti, perficiam, ut, mihi summae curae fuisse, intelligas. quibus autem juris aequitatisque fundamentis ea causa nitatur, ex codicillis ad Latinium scriptis didici; Ticiniumque statim accersivi, ab eoque, quid actum in ea causa, quid institutum aut cogitatum sit, audivi. quid autem mihi aut nunc in ea causa faciendum, aut posthac videbitur, curabo, ut Ticinius sciat. Tu vero tibi persuade, in Valentino tuo ornando, quem merito suo tantopere te diligere certo scio, omnia me libenter facturum, quaecunque sua causa & velle & praestare me singularis meus erga te amor cogit.*

(*k*) *cardinali* exempl. Constantiae causa malui *cardinale*. nam supra *a cardinale Borromaeo* Pogianus scripserat.

LXXXIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Episcopo Quinquecclesiensi Caes. (a) ad concilium Legato. a

De ejus negocio ex animi sententia confecto, gratulatur. 26. oct. 1560.

SErius, quam vellem, rescribo ad literas tuas, summae in me benevolentiae & humanitatis plenissimas, quia serius, quam vellem, & quam putaram, profectus est is, qui episcopalia negotia Romae procurabat: neque ulli commodius literas dandas esse censebam, quam illi ipsi, a quo epistolam tuam acceperam. sed, quando res confecta est ex animi sententia, totaque permissa & concessa caesari, summa & voluntate pontificis max. & approbatione patrum amplissimorum, & laetitia bonorum omnium, gratulor non solum tibi caeterisque episcopis, sed illis etiam hominibus & populis, qui vestrae fidei ac sapientiae commissi sunt. equidem rem, quantum potui, adjuvare non destiti; neque vero patiar, desiderari unquam a te operam ac diligentiam meam in omnibus, quae tua interesse arbitrabor: de quo, pro eo, ac meritus es, proque eo, quanti te facio, satis benemereri mihi posse non videor, nedum ut debitum virtuti tuae Augustae aut Dilingae officium persolverim. quare fit, ut, cum nihil mihi gratius futurum sit, quam si facultas detur tibi aliqua re gratificandi, tamen meum studium erga te nulla unquam opera mea expleri possit: qui, quod ita te mihi submittis honoris mei causa, illud assequeris, ut & nimium tuum amorem erga me recognoscam, & te omni honore & amplitudine dignissimum esse, intelligam. in ista submissione unum illud accipio libentissime, &, ut mihi id saepissime praestes, a te quaeso & obtestor, ut preces tuas, Deo gratas, facias pro salute mea: de quo habebo tibi maximam gratiam. De tenuitate autem romani victus, quam coci (b) vestri b perti-

(a) Hanc & sequentes tres voces addidit in exempl. sua manu Gratianus: quae tamen videntur esse ab inscriptione alienae. nondum enim episcopus hic designatus ad concilium legatus erat; quod non nisi extremo anno 1561. factum est. fuit is Georgius Drascovicius; de quo vide epist. *Qui tibi* d. 2. jun. 1560.

(b) Drascovicio Truchsesius mandarat, sibi ut coquum Viennae conquireret, Romamque mitteret. ille, ut opinor, nullos a se reperiri posse, responderat, qui Romam venire vellent, quod nimiam romani victus parcitatem vereri se, dicerent. liberat eo timore homines Truchsesius, suppetere ad satietatem atque adeo ad cruditatem Romae victum, affirmans. idem tamen litteris ad eumdem Drascovicium die 2. sequentis mensis datis, *Cocorum*, inquit, *mihi satis jam superque est. quare te ista cura libero.*

pertimescunt, illorum inanis est timor. plures enim cruditate Romae, quam fame pereunt. Cupio, te diu bene valere. Romae. VII. Kal. novembris. M. D. LX.

X C.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

2. nov. 1560.

Communis amici mortem deplorat.

a EGO vero summe dilexi Bartholomaeum Cleindienstium (a), socium dominicanae societatis, cum propter viri probitatem atque doctrinam, quibus magnam utilitatem praebuit academiae meae dilingensi, tum propter acerrimum ejus studium, & assiduam curam tuendae ac propagandae religionis. quo in cursu cum proxime cesserit e vita, dolendum est eorum incommodo, ad quos juvandos magnam is voluntatem, cum pari facultate conjunctam, contulerat; dolori autem nostro de eo medendum est illa cogitatione, cum ipso actum esse praeclare, qui, tot impendentibus reipub. calamitatibus, cum praesentes eas non viderit, suo potius quam nostro tempore hujus vitae miserias cum caelesti beatitudine commutarit: cujus & requiem laborum, & pietatis praemium grata memoria prosequamur. reliquum est, ut academiae, quae illius & antea discessu, & nunc morte jacturam fecit, omni ratione consulam. quae mihi cura, ut debet, erit antiquissima. tibi vero, mi Cromere, qui tuis humanissimis literis hoc mihi & amici hominis & prudentis viri officium tribuisti, ago gratias immortales. De republica autem & de Polonia tua, atque adeo nostra, vereor ut ita sit, quemadmodum tu pro tua pietate dolenter scribis. sed erit Deus discriminis & periculi comes; cujus opem in orientem solem intuentes si pie ac suppliciter implorabimus, ne saevum quidem ventum, qui ab occidentis solis partibus imminet, pertimescemus. Vale. Roma. IIII. non.
b novembris. M. D. LX. (b)

XCI.

(a) *Cleindienstrum* exempl. De eo vide epistolas *Bartholomaeum*, & *Bartholomaeus*, 30. augusti datas.

(b) 1565. cod. vat.

X C I.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

Ad Hosii litteras, plurima complexas, respondet. 4. nov. 1560.

HIS literis, quibus ad tuas respondeo, quas pridie non. octobr. ad me dedisti, ordinem servabo tuum. ac primum de Cytardo (a) patre, quem ego tam diligo (b), quam tu (paene dixi, quam te), mihi communi curae fuerit cum Tridentino cardinale amplissimo. & quidem illi morem gerendi (c) maturitas appropinquat, quod illius indulti jus proxime rediit ad pontificem max. cui in summa voluntate satisfaciendi viro, bene de ecclesia Dei merito, quae adhuc defuit, facultas aderit. Quod quereris, proferri quaedam ex tuis literis, quibus tibi periculum conflari possit, quod praeterea adjungis de legato (d) Galliae regis, mihi utrunque & novum & molestum est. qua in re, nisi mihi persuaderem, me, pro mea in te tibi perspecta benevolentia, & pro hoc usu rerum, qui, ut desint caetera, facile per se imprudentiae crimen queat excludere, in ejus rei suspicionem venire non potuisse, pluribus tecum agerem. sed omnino sic habeto: quae mihi a te scribuntur, ea cum uno communicari cardinale Borromaeo, caeterum iisdem, quibus me ipsum, parietibus (e) contineri, nec inde

(a) De R.P. Matthia Cithardo O.P. vide sup. epist. *Vere tu* d. 28. sept.

(b) Translatum totidem fere verbis ex Cicerone lib. V. epist. 20. ad Atticum: *Brutum non minus amo, quam tu, paene dixi, quam te.*

(c) Beneficium aliquod ecclesiasticum Henrico, fratris filio, a pontifice max. conferri Cithardus volebat: quod ille non nisi mense junio anni 1562. assequutus est. Fortasse etiam de alio aliquo Cithardi optato heic agitur, quod nos ignoramus.

(d) Quae res heic significetur, puto intelligi posse ex Putei ad Hosium litteris, d. 26. oct. hujus anni datis. *Quod ad me*, inquit, *proximis litteris tuis scripsisti, te valde esse sollicitum, quod christianissimi regis orator tecum questus sit, nomen suum ad nos haereseos crimine delatum, in eo velim aequissimo animo sis, tibique persuadeas, multo ante tempore, quam tu hujus legationis onus subires, oratorem regis, qualis is jampridem sit, cognitum perspectumque non paucis esse; neque propterea tamen eum haereseos delatum esse apud nos neque tua neque cujusquam opera: sed, quod jam palam ante aliquot annos ipse de se aliis persuasit, in utram partem spectet, id cum ipse secum considerabit, tum iis etiam examinandum relinquet, quibus ecclesiam suam gubernandam Christus commisit.*

(e) *parientibus* exempl. Gratianus emendavit.

inde aut a me aut ab ullo efferri. illud vero non debes ignorare, Viennae, ficut Romae, multos effe, qui id in primis negotii habeant, ut, quae fcribantur, praefertim ab iis, qui munus publicum gerunt, diligenter & odorentur & defcripta mittant in omnes orbis terrae partes. quae res quoniam illis quaeftuofa eft, multa faepe comminifcuntur & afferunt de fuo; quorum infidias equidem vix exiftimo vitationem habere. In omnibus meis ad te literis quanquam eft femper aliqua mentio earum laudum, quae de te habentur a pontifice, tamen plus eft in re, quam quantum ego in literis ponere foleam. fed, quando perilluftris eft ejus de tua virtute praedicatio, credo
f etiam alios de ea ad te perfcribere. Regis (*f*) manfuetudo quaedam & fermonis affabilitas uno omnium ore celebratur; quam nemo eft quin acceptam referat prudentiae ac fapientiae
g tuae. eum fi confeffionis auguftanae (*g*) odium ceperit, mihi quidem illius ipfius ac praeterea multorum falus jam explorata

(*f*) Maximiliani, Bohemiae regis.

(*g*) Anno a Chr. N. 1530. in imperii rom. comitiis, Auguftae vindelicorum celebratis, exhibita fuit Carolo V. caefari ipfiufque imperii ordinibus a lutherianae doctrinae fectatoribus quaedam fidei formula, in quam, tamquam credendarum rerum certam regulam, convenerant atque confenferant; quam quidem fequi ac tenere interim, dum, de iifdem rebus quid fentiendum effet, in concilio oecumenico decerneretur, permiffi funt. eam *auguftanam confeffionem* vocaverunt. Hofius locis fuarum tum epiftolarum tum lucubrationum reliquarum plurimis docet (id quod ut feparato volumine accuratius facere in animum inducat, videtur heic eum Truchfefius hortari), ab illius auguftanae formulae praefcripto Lutheri difcipulos receffiffe, novafque fubinde doctrinas, a prioribus admodum abhorrentes, adfcivisse. Infignis de ea re locus eft in ejufdem Hofii epiftola ad Albertum, marchionem brandeburgenfem, ducem in Pruffia, 10. dec. 1561. Tridento data, ifque hujufmodi: *Nam, quod ad confeffionem auguftanam attinet, quam illuftritas veftra fectari fe profitetur, ea prope jam eft extincta. miniftri namque, qui funt fub ducibus vinarienfibus, & in Saxoniae civitatibus, nec bis omnibus, eam fuis tantum finibus effe circumfcriptam, affeverant. quin & authorem ipfius Melanchthonem ab illa excludunt, quem in Zuvinglii five Calvini fide mortuum effe, certum & indubitatum eft. & funt apud me confeffionis hujus aliquot libri, diverfis in locis ac temporibus typis excufi, qui mirabiliter inter fe variant. neque tacent hoc rigidiores lutherani, qui corruptam eam a Melanchthone poftea fuiffe, non dubitanter affirmant. curavit Flaccius non ita pridem, iterum excudi Lutheri libros Ihenae, quod a Melanchthone depravatos effe, quos Vittembergae curaverat edendos, affirmet... In horum Lutheri librorum tomo quarto confeffionem etiam auguftanam vidi, fed ab ea multum difcrepantem, quae continetur in corpore doctrinae Melanchthonis; nec ulla videtur propius, quam haec ihenenfis, ad eam confeffionem accedere, quae fuit in comitiis auguftanis ante annos triginta & unum Carolo imperatori oblata. cum itaque de confeffionis etiam ipfius auguftanae fide jam dubitetur, quam toties mutatam ac depra-*

Digitized by Google

rata est. neque vero aliter censeo de confessione differendum, quam quomodo ipse scribis. nam ista ratione, quot & quanta menda contineat, facilius apparebit. quam rem ut etiam literis mandes (id quod memini Petrum Canisium meo nomine tecum agere) a te etiam atque etiam peto. nam confido, fore, ut, illis vitiis & plane ruinis augustanae confessionis, te monitore, animadversis, plurimi resipiscant. Sed, heus tu! quid ais? literae, quas meis adjungis, jesuitis (*h*) non redduntur? h portenti mihi quidem id simile videtur. nullas enim unquam accepi, quin prius illis suas per certos homines perferendas curarim, quam meas legerim. De Canisio percrebrescit illud idem, quod multo ante tuas literas cognoveram; quem spero majores & mirabiliores res in dies effecturum esse (*i*), i illo & auctore & adjutore, cujus vis tempore non imminuitur. Vimpinensium misereor, qui, quam habebant religionis laudem, tanto impietatis scelere contaminarint. sed hostis ille noster acerrimus super omnem munitionem ludit (*k*). tu vero cae- k sari persuade, ut eo mittat, qui senatum & confirment & in officio contineant. ego quidem operam do, ut Dilingae collegium instituatur jesuitarum, item Augustae collegii pars; quo diaboli insidias praeripiamus. Numbergensis episcopi ratio (*l*), l a te missa, mihi valde probatur: quem tu episcopum adducas,

T 2 uti

depravatam esse, non modo zuingliani, sive calviniani, verum & ipsi vociferantur vere lutherani, cum & author ipsius de praecipuo doctrinae christianae capite, nimirum de praesentia Christi corporis in eucharistia, non ab ecclesia catholica tantum, verum & a magistro suo Luthero diversum senserit, & ad impium Calvini dogma deflexerit, non ne satius foret, ut de hac ipsa confessione, quid in ea recte recipi posset, quid non, huic oecumenico concilio judicandi potestas permitteretur? &c.

(*h*) *semitis* exempl. & infra *illis suos*. Utrumque Gratianus emendavit.

(*i*) De Canisio Aubertus Miraeus in *Elogiis belgicis* classe 4. *Ut magnum*, inquit, *illud ecclesiae lumen Augustinus olim in Africa manichaeos, donatistas & pelagianos, sic nostra aetate lutheranos, calvinistas, anabaptistas strenue in Germania Canisius oppugnavit*. Petrus autem Opmeerius in sua *Chronologia* ad an. 1556. *Ferunt*, inquit, *Canisium plures Germanos a Lutheri dogmate sermone avertisse, quam Carolum quintum imperatorem gladio, cum eos subegisset*.

(*k*) Ex Habacuc *Prophetia*, de chaldaeo populo agentis c. 1. v. 10. desumtum: *Et ipse super omnem munitionem ridebit*.

(*l*) *Numbergensis* hic episcopus non alius profecto fuit, quam Julius Pflugius, naumburgensium episcopus. sed, sive librariorum errore, sive illius aetatis consuetudine, factum est, ut pro *naumburgensis*, tum *numbergensis*, tum *numburgensis*, tum *namburgensis*, tum etiam aliter scriptum multis harum epistolarum locis inveniremus. *Ratio* autem hujus episcopi, quam, ab Hosio missam, sibi probari Truchsesius dicit, fuit, opinor, liber quidam, quem de reformatione clericorum idem Pflugius scripserat: de quo libro

uti consecretur, vehementer velim. id eum audio nondum egisse. Quod scribis, nunc demum videri istic esse nuncium apostolicum (*m*), propter concursum literarum & mandatorum: nos vero hic te habemus principem interpretem apostolicae sedis ad caesarem; nec arbitror, quenquam, qui modo sapiat, aliter existimare. mihi crede, plus est ponderis in tua prudentia, quam sit in praepropera diligentia nonnullorum. quod quam vim habeat, mox intelligetur (*n*). De concilio utinam & consilia & conata procedant! Est in expectatione Moronus cardinalis; qui ut primum venerit, de pragensi re (*o*) studiose agetur. illius enim ad eam rem praesentia opus est. Da operam, ut valeas; meque mutuo, ut facis, ama. Romae. IIII. non. novembris. M. D. LX.

libro Hosius in litteris ad eum 21. oct. 1560. datis, *Quae de reformatione*, inquit, *scripsit reverenda dominatio vestra, lecta sunt a me. sed ea facta, quam scripta mallem. vehementer mihi probatur, & expedire judico, ut primo quoque tempore typis liber mandetur, ac in publicum prodeat.*

(*m*) Post Zachariae Delphinii, apostolici nuncii, Viennam adventum, frequentes ad eum Roma litterae ac crebra mandata sive afferebantur, sive Hosio, alteri antiquiorique nuncio, natura ad suspicandum paullulum propenso, non sine aliqua admiratione, ac fortasse aegritudine, quasi minor sui, quam illius, ratio haberetur, afferri videbantur. hominem Truchsesius (quod in simili re fecerat litteris *Vere tu* d. 28. sept.) consolatur.

(*n*) Cardinalatum, puto, significat, Hosio quamprimum, Zacharia, altero nuncio, praeterito, conferendum.

(*o*) De pragensi archiepiscopatu instaurando. Vide epist. *Georgii* d. 3. aug. 1560.

XCII.

Otho Truchses Card. Augustanus Episcopo Quinquecclesiensi.

2. nov. 1560. *De ejus litterarum humanitate, deque absentia a suis populis.*

TU vero mihi efferri videris summo quodam erga me amore, qui, vel in necessaria celeritate tabellarii, tibi adhibendum putaveris hoc officium humanitatis; quo quidem officio & utendo & praetermittendo, semper mihi satisfacis. nam & literis tuis ad me, quanta cum benevolentia mei conserves memoriam, facile ostendis, & silentio nihilo minus idem assequeris; cujus certum in me studium non eget testimonio literarum. Doleo, istam tibi causam absentiae fuisse: quod autem tuis populis absens opem tuleris, gaudeo. novitas religionis, quemadmo-

Digitized by Google

admodum tu sapienter mones, nihil attulit, præter quandam temporum & calamitatum novitatem; quam tamen caesaris studio, & defensione veteris disciplinae istinc ejectum iri, spero, in primis auctore & adjutore pontifice maximo. Cocorum (a) mihi satis jam superque est. quare te ista cura libero. Unum illud est, quod a te in beneficii loco mihi petendum putavi, ut me interdum de omnibus Delphini episcopi, istic internuncii, actionibus & rationibus diligenter atque subtiliter facias certiorem: quo nihil mihi gratius facere potes. ego vicissim tibi omnem operam ac diligentiam meam polliceor ac defero; teque (b) bene valere cupio. Roma. IIII. non. novembris. M. D. LX. (c) b c

(a) Vide epist. *Serius* d. 19. oct. 1560.

(b) *sibique* exempl. Gratianus emendavit.

(c) 1562. cod. vat.

XCIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Matthiae Cytardo.

De amici communis morte condolet. 2. nov. 1560.

TRistissimi nuncii molestiam, de Bartholomaei Cleindienstii (a), sodalis dominicani, viri optimi, mihique charissimi hominis, morte, va'de levavit epistola tua, singularis in eum amoris & prudentiae plenissima: qui si me audire voluisset, ne suscepisset quidem tam longum iter, minime necessarium, praesertim alienissimo anni tempore. sed incitabat hominem quoddam studium juvandae religionis; qua in cupiditate vitam amisit, vel potius aeternam vitam consecutus est. qua de re illi quidem gratulandum est, quem, summis & laboribus & periculis ereptum praecipuo Dei munere, debemus existimare nunc beatum aevo frui sempiterno; nostri miserendum, qui, in discrimen religionis & salutis adducti, ea & audire & videre cogimur, quae piis hominibus vitam acerbam reddant necesse est. tu quidem certe Christi miles, vel potius christianae causae dux acerrimus, impetus hostiles fortiter sustines, tuáque ista praestanti tum animi magnitudine tum sapientiae & eloquentiae vi frangis opes adversariorum, nostros homines, modo languentes modo afflictos, excitas atque confirmas, multos quotidie, vel adductos vel coactos, ad Christi causam adjungis. perge vero de ecclesiae nomine benemereri, &, cum summam in divinis praemiis spem posueris, confide praeterea, pontificem max. illustris & gloriosi laboris tui memorem fore; qui si serius, quam velle-

(a) Vide epist. superiorem *Ego vero*, hoc ipso die datam.

Digitized by Google

vellemus, interdum videtur conſulere rationibus noſtris, tribuendum id eſt multis & maximis curis atque negotiis, quibus ejus animum diſtrahi eſt neceſſe. omnino tibi non deerit, non
b puero tuo (*b*), non duobus conſularibus viris aquiſgranenſibus; qui, propter conſtantiam religionis & pietatis, a qua nullis incommodis, nulla periculi denunciatione dimoveri potuerunt, digniſſimi ſunt, praeſertim tot domeſticis difficultatibus affecti, qui omnium opibus adjuventur. in quo non ſolum proſpiciendum eſt vitae liberorum, quibus abundant, ut libenter illi parentum veſtigia perſequantur, ſed dandum etiam caeteris documentum, quantae nobis curae ſit ſtudium catholicae fidei, & integritas chriſtianae religionis. itaque non praetermittet facultatem pontifex & tibi & illis ipſis ſatis, tua in primis cauſa, faciendi: quam equidem urgebo rem & opera & commendatione mea. quare a te, quem amo, quam qui maxime, magnopere peto, ut in omnibus rebus, quibus me vel tibi vel tuis adjumento aut ornamento eſſe poſſe, intelligas, fidenter ad me referas. nihil enim mihi gratius facere potes. Vale. Roma. IIII. non. novembris. M. D. LX.

(*b*) In epiſt. *Vere tu* d. 28. ſept. 1560. Truchſeſius ad Hoſium de hac ipſa re, *Maxime autem*, inquit, *velim, ut ejus* (Cytardi) *juſtiſſimae poſtulationi ſatisfiat, tum de nepote, tum de conſulum aquiſgranenſium filiis; quorum cauſam ago agamque diligentiſſime.*

X C I V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio
a Epiſcopo Varmienſi. (*a*)

9. nov. 1560. *Valde contra voluntatem ſuam fieri, ſi Hoſii non ea, quae deberet, ratio habeatur.*

b EGO vero me utrunque memini ad te ſcribere (*b*), & quid de Gallis ſentirem, quod ad concilium attinet, & quod exemplum ſtatuendum ducerem in ſalisburgenſes ſacerdotes, qui ſe nefariis ſtupris & inceſtis contaminarent. quae ſi perlatae ſunt ad te literae, non tamen res tanti eſt, ut te, hominem in maximis rebus occupatiſſimum, nova hac occupatione velim impedire, ut reguſtes a primo literas meas; ſin redditae non ſunt,

(*a*) Reperitur haec epiſtola edita etiam in *Tabul. eccl. rom.* pag. 120.

(*b*) Significantur litterae *Utinam ut* d. 31. aug. & *Reſpondeo his* d. 7. ſept. denique *Vere tu* d. 28. ſept. quas ſupra habes.

ſunt, ne tanti quidem, ut de ea iterum ſcribendum eſſe, cenſeam. miſſa igitur iſthaec faciamus. *Miſſas*, fortaſſe inquies, *etiam laudes: quippe qui multi ſitis in honore verborum, ſpectatae virtuti tribuendo, re ne oppreſſam quidem virtutem ſublevetis: tantum abeſt, ut ſuis praemiis afficiatis.* Vere quereris in hac, ut leviſſime dicam, negligentia nonnullorum. qua in re utinam videres & dolorem & laborem tum de te, tum de illis, quos commemoras, meum; qui laudati (*c*) verbis ampliſſimis c
miſerius egent & turpius. quae tamen tarditas aliquam habet excuſationem vel negotiorum vel temporum. ſed eam curam omnino neglectum (*d*) iri, non exiſtimo; differri quidem video d
nonnunquam neceſſario. utcunque res ſit, ſtudium ac diligentia mea non poteſt jure deſiderari: quinetiam vereor interdum, ne diligenti commendatione moleſtus ſim iis, qui potiuntur. verum provehor amore ſingularium virtutum tuarum, quarum ſingularem quandam rationem haberi velim; neque dubito, quin aliquando habeatur; etſi ſerius ſit, quam deberet (*e*). mea e
certe ſi eſſet, quam in primis unam ob hanc cauſam eſſe cuperem, vel facultas vel auctoritas, non laboraremus. enitor quantum poſſum, minus, quam vellem, efficio; ſcribo, quae audio vel ab ipſis principibus; meque vehementer delectat & eorum praedicatio de tuis, de Cytardi, de aliorum laudibus, & mea in ſcribendo earundem commemoratio; quam tibi injucundam (*f*) f
eſſe, nolim. neque vero, ſi quorum officium requiritur, ego me a te ſocium eorum culpae adſcribi puto. abeſt enim hoc a tua prudentia. Supplementi nomine ſpero tibi aliquid miſſum iri (*g*); g
&, ut mittatur, quantum in me fuerit, curabo. Otium illud

(*c*) *laudat* Tabul. ubi editor Cyprianus legendum *laudant* ſuſpicatus eſt.

(*d*) *neglectam* exempl. Nos vero, tum auctoritate Tabularii, tum ratione adducti, correximus. mendum non animadvertit Gratianus, ſolitus in eadem ſyntaxi delinquere: id quod non uno ex loco ſui operis *De ſcriptis invita Minerva* ſatis apparet, noſque in noſtris ad illud adnotationibus non ſemel monuimus.

(*e*) *debetur* Tabul.

(*f*) *jucundam* Tabul. ſed editor in adnotationibus veram lectionem conjectando aſſequutus eſt.

(*g*) Atqui jam inde a die ſeptimo ſeptembris mitti Hoſio pecuniarium hoc ſupplementum per Zachariam Delphinium, Roma Viennam nuper profectum, ad eumdem Hoſium cardinalis Puteus ſcripſerat: *Delphinus praeterea*, inquit, *epiſcopus pharienſis, qui nuper ad vos eſt profectus, cujus opera tibi quingenti aurei nummi extra ordinem ut numerentur, curabitur, ea erga te obſervantia pollicitus eſt eſſe futurum, ut ſperem, a quo minime putaras, aliquod adjumentum acceſſurum.* ſed vel id Truchſeſius ignoravit, vel pecunia aliquo caſu numerata Hoſio non fuerat.

Digitized by Google

b lud (*b*), cujus desiderio teneris, est plane poëtarum: at in istam i virtutem, doctrinam ac (*i*) sapientiam minime videtur convenire, cui alia quaedam beatitudo proposita est. Herbipolensis k episcopi literas (*k*) cum his habebis. si quid est, quod a me proprie fieri velis, laeseris amicitiae jus, nisi de eo me admonueris; quo nihil mihi gratius facere potes. Vale. Roma. v. idus novembris. M. D. LX.

(*b*) Inter editas Hosii epistolas vicesima est ad Joannem Franciscum Commendonum, per haec certe ipsa tempora (etsi annus illi modo, non item mensis, adscribitur) Vienna Romam data; cujus initium sententiam continet, fortasse non dissimilem ejus, quam ex hoc Truchsesii litterarum loco eumdem Hosium in suis ad eum litteris tetigisse, intelligimus: *Invideo tibi*, inquit, *beatum istud otium tuum, quo tu isthic tranquilla mente frueris: nec mihi crebrius unquam in mentem venit horatiani carminis illius*, Beatus ille, qui procul negotiis, *& quae sequuntur, quam hoc tempore, quo versor in istis fluctibus negociorum, ex quibus utinam emergere aliquando liceat.*

(*i*) & Tabul.

(*k*) Ea scripta significari puto, de quibus in epistola *Vere tu*, 28. sept. 1560. ad Hosium a Truchsesio data, agitur: *De scriptis herbipolensis episcopi ac scribae ejus ego vero tibi assentior. sunt enim omnia digna eorum prudentia ac probitate singulari.* Ea igitur scripta, sive litteras, ab Hosio sibi legendi cognoscendique causa missas, remittere se nunc ad eum, Truchsesius dicit.

X C V.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

26. nov. 1560. *De Hosii quodam obtrectatore. De Philippi regis legato: De florentini & urbinatis ducum Romam adventu. De indictionis concilii diplomate.*

QUI literas scripsit Heidelbergam, totus est ex impudentia mendaciisque compositus; cujus consuetudinem insectandi a viros tui simillimos (*a*), & declamandi in optimum quenque, etiam sine hoc literarum ejus exemplo, cognitam habebam.

(*a*) In Hosium omnium odia, qui romanam ecclesiam oderant, exarserunt; & innumerabiles scripti vulgatique ab iis sunt in hominem sanctissimum libelli, omni maledictorum genere cumulati. de uno, ut reliquos praetermittam, audiatur Stanislaus Rescius in ejusdem *Hosii Vita* lib. II. cap. 14. *Vidimus etiam librum Pomerani cujusdam, ignobilissimi auctoris, Merlini illius, seditiosissimi ministri, symmystae, de traditionibus: ex quo si convitia, maledicta, blasphemias in Deum, in ecclesiam, in pontificem, in totum ordinem ecclesiasticum tolleres, rasa tabula maneret. sed in hoc certe genere egre-*

bebam . Lunensis comes (*b*) , Philippi regis istic legatus , vir b
est admirabili virtute ac religione singulari ; quem tibi aucto-
rem fuisse uti cum rege (*c*) colloquerére , valde gaudeo . nihil c
enim est , quod aut regi ipsi aut causae nostrae utilius possit ac-
cidere tua cum eo congressione & collocutione . quare per
Deum urge rem , quantum potes , & opima (*d*) ista spolia Deo de- d
fer . quod si assequéris , vel potius , quoniam , juvante Deo ,
assequéris , omnium gloriam mirabili isto facinore superabis .
Carolus Borromaeus cardinalis mihi nihildum eorum imperti-
vit , quae ad eum & de regio congressu & colloquio , & de
Gallo (*e*) ratisbonensi scripsisti : quod factum est adventu duo- e
rum ducum urbinatis (*f*) & florentini (*g*) . & quidem floren- f g
tinus secum habet uxorem & liberos ; ut nihil Borromaeo fere

egregie est Lutheri sui mores & linguae procacitatem imitatus .... Vocat ibi Hosium non ὅσιον *, sed* ἀνόσιον *, vocat antichristi legatum , vocat carpinalem , carnalem , diabolicum , impium , tridentinae colluviei praesidem , papistarum legatum , impostorem ... qui in inferno , nisi convertatur , plus satis concalesceet &c.*

(*b*) Fuit is Hosii & amicus & admirator . Cromerus in litteris ad Hosium , 22. dec. 1561. Praga Tridentum datis , *Comes* , inquit , *de Luna venit huc nuper , ac de te heri amanter quaesivit &c.*

(*c*) Maximiliano , rege Bohemiae .

(*d*) *optima* exempl. Gratianus emendavit . Ad eadem opima spolia ex Maximiliano referenda , Deoque deferenda , cardinalis etiam Puteus Hosium hortatur litteris d. 21. dec. 1560. *Video* , inquit , *te magnam in spem de rege ingressum , adjuvante Christo , magnum aliquod operae pretium esse facturum : quod ego semper speravi fore , modo te ille audiret . nunc autem spem habeo multo meliorem (quando ille se tibi quasi erudiendum facile praebet) futurum brevi , ut divino praesidio adjutus hominem ad saniora traducas . quod si aliqua ex parte a te factum erit , nonne fatearis necesse est , praeclarum atque in primis Deo gratum facinus abs te perfectum esse ? sed ego majora etiam spero . tu fac , animo forti ut sis &c.*

(*e*) Fortasse is est , de quo Puteus ad Hosium die 7. dec. 1560. *Ad postremas binas tuas litteras , cum quibus Philippi judicium de coena domini , & Galli ad camertium episcopum epistolam .... accepi , breviter respondeo* : & Canisius ad eumdem die 26. sept. 1562. *Mitto scriptum Illyrici , & Galli , Ratisbonae coaxantium* : & 8. maji 1563. *Gallus & Illyricus contra concilium scribunt* : denique Pflugius item ad eumdem 7. jul 1563. *Nicolaus Gallus ... idem , quod Illyricus , agit , ut & catholicis , si qui meliores atque excellentiores sunt , & catholicam religionem calumnietur* . Infra de alio haeretico , nempe de Phausero , Truchsesius agit . de eo vide epist. *Ego nihil* d. 16. aug. 1560.

(*f*) Pallavicinius lib. XIV. *Histor. concil. trid.* c. 17. n. 3. *Il duca d'Urbino venuto similmente a que' giorni per dare sposa la figliuola Verginia a Federigo Borromeo , nipote del Papa &c.*

(*g*) Florentinorum dux Cosmus Medicius Romam die 5. hujus mensis magnificentissime & ingressus & exceptus fuerat : de qua re idem Pallavicinius ibid. *Leggo* , inquit , *che nella solenne entrata di Cosimo in Roma , essendo egli ricevuto alla porta della città da' cardinali*

sit vacui temporis; de quo tamen cum primum ex illis occupatio-

dinali di Santafiora e di Ferrara, e condotto in mezzo fra loro al vaticano, gli andarono incontro tutti gli ambasciadori, ch'erana in quella corte; e fu accolto all'ubbidienza nella sala regia; rimanendo poi a convita col pontefice e con tutti i cardinali, e sedendo nel penultimo luogo. e questa entrata ed accoglienza si fecero con tanto concorso di nobiltà, con tanto splendore di pompa, con tanta abbondanza d'onori, che nulla mancò di reale all'ospite, se non il nome. Hunc eumdem Cosmi adventum commemorat Jac. Aug. Thuanus libro *Historiae* suae XXVI. sect. 16. quem ego auctorem, romanis pontificibus, sacris romanae ecclesiae ac piis hominibus, italico nomini universo infensissimum maledicentissimumque, atque his aliisque nominibus inter proscriptos merito relatum, nisi mihi manifesti mendacii in hac ipsa re coarguendum convincendumque putarem, ne dignum quidem, quem appellarem, existimassem. namque ego in historico neque stili elegantiam, neque rerum multitudinem ac varietatem aut ordinem, neque simplicem ac dilucidam expositionem (quibus rebus, si non, quantum homines quidam, partim imperiti. partim romanae ecclesiae ejusque studiosis ac fautoribus iniquiores, arbitrantur, at certe non minimum Thuanus valet) multum admodum miror, nisi ad ea omnia & cognitio ac scientia rerum ipsarum, quae narrantur, & praeterea narrandi summa religio ac fides accesserit: quorum utrumque historico illi defuisse, sexcentis ex ejus historia locis allatis possim facili negocio demonstrare. sed uno contenti nunc quidem simus, eo ipso, quem de hoc Cosmi, florentinorum ducis, Romam adventu modo significavi. *Fluctuanti* (Pio IV. pont. max.), inquit, *& de alia quavis re potius, quam de munere pastorali sollicito supervenit Cosmus octobri mense cum Joanne cardinali, & Garsia filiis* (adde *& Eleonora conjuge*): *perhonorificeque exceptus, ac deinde ad colloquium privatum admissus, rationibus suis pervicit, ut concilium universale, proximi anni initio celebrandum, indiceretur.* Hactenus Thuanus. Ac leviora illa hominis in hac brevissima narratione peccata vix tangam; primum, quod Pium *concilium universale, proximi anni* (hoc est 1561.) *initio celebrandum, indixisse* commemorat; quum revera ejus celebratio *ad sacratissimum diem resurrectionis dominicae proxime futurum* (ut ipsius diplomatis, ab eodem Pio Kalendis decembribus anni 1560. promulgati, verbis utar) hoc est, ad sextum proxime futuri aprilis diem indicta fuerit; quem quidem mensem ab *anni initio* amplius quarta totius annuae conversionis parte abesse, omnes sciunt: alterum, quod *octobri mense* Romam venisse Cosmum affirmat, quem quinto novembris die in urbem sollemni pompa ingressum Pallavicinius ex ephemeridibus mss. loco, supra a nobis allato, narrat; Natalis autem Comes in *Historiae sui temporis* libro XIII. p. 291. non nisi pridie ejus ipsius diei ad urbis moenia accessisse, & in suburbana villa, privato quidem, sed magnificentissimo tamen hospitio exceptum pernoctasse, postridieque in urbem sollemni illa, de qua Pallavicinius agit, pompa introisse, memoriae prodidit. sed haec, ut dixi, leviora, ac propemodum ignoscenda. illud gravissimum est, ac nullo modo ferendum, Pium pont. max. tum cum Cosmus Romam advenit, *fluctuantem & de alia quavis re potius, quam de munere pastorali, sollicitum* a Thuano dici, nec, nisi Cosmi *rationibus convictum, de concilio universali indicendo in proximum annum*, deliberasse. Multiplex mendacium cum singulari audacia impudentiaque conjunctum! ecquando enim

pationibus aliquid otii nactus fuerit, non dubito quin mecum

V 2 utrun-

enim Pius in oecumenici concilii cogendi deliberatione fluctuavit? cujus quidem omnis actio, ratio, cogitatio jam inde ab inito pontificatu ad hoc usque tempus in eo versata fuerat, ut hujusmodi concilium primo quoque tempore cogeretur. Stanislaum Hosium legatum ad Ferdinandum caesarem primis pontificatus sui mensibus designarat ac miserat: cui quae mandata de concilio proficiscenti dederit, cardinalis Carolus Borromaeus litteris, ad eumdem Hosium Viennam Roma die 18. maji 1560. nomine pontificis datis, his verbis persequitur: *Quod ad instructionem attinet, arbitrabatur volebatque sanctitas sua, mandata illa sufficere, quae tibi verbo dederat in discessu tuo. nunc, quoniam tantum instas, ut ea scripta habeas, ea quinque dicit fuisse: primum de sereniss. rege Bohemiae; qua de re satis explicatam superius habes voluntatem desideriumque sanctitatis suae. secundum de concilio*, quod sanctitas sua celebrare in animo habet, summeque desiderat, *si & majestas caesarea, & reges christianissimus atque catholicus pari mente & voluntate consenserint; qua de re nondum certus est sanctissimus dominus noster. sed, cum fuerit, tum, ad summovendas omnes alias difficultates ac controversias, quarum interventu res in longum saepe differtur, constituit sanctitas sua revocare suspensionem olim factam de concilio tridentino* (*non enim tunc dissolutum concilium, sed duntaxat suspensum fuit*)*: qua suspensione sublata, intelligetur scilicet, tridenti perseverare concilium; qui certe locus toti Europae commodissimus est. quod si postea is locus omnibus non placuerit*, non propterea sanctitas sua opus tam sanctum turbari sinet, *sed matura examinatione sua, itemque caesareae majestatis & principum aliorum atque concilii* (fort. *& principum aliorum sententia atque consilio*) *deliberabit, utrum & quo expediat id transferri. Haec dicta sint tibi & ad tuam instructionem, & ut ea etiam caesareae majestati insinuare possis, quam volumus, ut omni suo cum commodo & sponte sua veniat ad hoc concilium expetendum ac postulandum &c.* Nondum, ut opinor, Borromaei hae litterae Viennam ad Hosium erant allatae, cum suas ipse Hosius ad Danielem, moguntinorum archiepiscopum, imperiique romani electorem, ejusdem mensis maii die tricesimo dabat; quibus Pii de concilio non consilium modo, sed incredibilis voluntas ac mirificum studium declaratur: *Ist*, inquit, *quod agamus Deo gratias, cujus beneficio factum est, ut nobis, difficillimis temporibus his, pontifex talis contigerit, qui summa cura cum aliorum regnorum tum Germaniae praesertim tranquillitati prospectum, &, quidquid est in ea dissidiorum, id omne sublatum cupit. neque enim credi satis potest, quantum ex hoc ecclesiae statu cruciatum animi capiat, cum nihil in eo non luxatum, nihil suo loco non dimotum videre liceat ... Quibus ex rebus tanto majorem dolorem sanctitas illius concepit, quanto magis ad officium suum intelligit proprie pertinere, vias ut omnes & rationes persequatur, quibus tantis ecclesiae vulneribus mederi possit. itaque huc illius curae referuntur omnes, & in hac una cogitatione consumuntur* (Confer, quaeso, Hosii haec potissimum, lector, cum Thuani illis de eodem Pio, *de alia quavis re, quam de munere pastorali, solicito*). *Cupit igitur sanctitas ejus pro virili sua, quod infirmum est, consolidare, quod aegrotum, sanare, quod confractum, alligare, quod abjectum, reducere, quod perierat, quaerere, non cum austeritate & potentia imperando, sed in spiritu lenitatis cunctos instruendo & hortando; quotquot ad ecclesiae matris gremium redire voluerint,*

utrunque conferat. Scribitur mihi a nostris etiam, Phauserum jam

luerint, eos obviis, quod ajunt, ulnis exceptura, non minore gaudio, quam quo prodigum filium, ad se reversum, in euangelio patrem legimus recepisse; propriis etiam humeris errantes oves magna cum alacritate ad ecclesiae caulas reportatura. Quam etiam ob caussam ad omnes reges & principes christianos nuntios suos misit, *nullum vere Pii pontificis & boni pastoris officium praetermissura. me vero ad majestatem imperatoriam, & ad subjectas illi terras nuntium designavit &c.* Haec mense majo anni 1560. Pii pontificis de concilio oecumenico consilia, haec studia, hae curae, hae actiones erant. Quum vero proximis tribus, qui consequuti sunt, mensibus, jam non de concilio habendo, sed de concilii loco deligendo, incertis deliberationibus distineri Ferdinandum caesarem (cujus judicio ac voluntati assensuros se in ea re Galliarum atque Hispaniarum reges, a Pii legatis aditi atque conventi, significarant) pontifex intelligeret, eam quoque moram ac sustentationem removendam sibi omni diligentia ac celeritate existimavit. itaque septembri mense alterum Ferdinando caesari oratorem Zachariam Delphinium allegavit, cum iis tum de concilio, tum potissimum de concilii loco constituendo mandatis, quae supra ad epistolam *Delphinum* d. 11. octob. 1560. totidem verbis ex ipso commentario, qui proficiscenti ad suam legationem Delphinio Romae est traditus, descripta retulimus: ex quo nonnulla decerpi, atque in hunc locum transferri non modo oportet, verum etiam necesse est. sectione igitur quinta haec leguntur: *Voi dunque dopo questi complimenti, che farete per verità, praticherete principalmente il negotio del concilio, del progresso del quale sete bene informato fino alla richiesta ultima, che sua maestà ha fatto per le lettere del nuntio Varmiense, & per la scrittura mandata a nome di sua maestà a dì ... di luglio: per risposta della quale vi servirete della scrittura, che havete a parte .... Et benchè sua santità quanto a se sia prontissima a fare il concilio in ogni luogo sicuro, voi però vi sforzerete sopra tutto di far ben capace quella maestà, quanto sia absurdo, difficile & pericoloso il condurre il concilio generale in alcun altro luogo di Germania, fuor che in Trento: prima, perchè a trattar di nuovo luogo sarebbe bisogno di molto tempo, & il stato presente della christianità ricerca rimedio presentaneo, & non patisce dilatione .... Perciò sua maestà, senza però differire la risolutione dal canto suo, deve far ogni opera con i protestanti, acciochè amorevolmente & con bona volontà venghino a Trento; ove saranno benignamente uditi, & potranno con ogni conveniente libertà dir la ragion sua, & esporre ogni gravame, che pretendano .... All'incontro, se l'imperatore mette tempo in mezzo a questa risolutione, esso prima fà cosa dannosa al publico, & forse ancho al privato, & offende Dio & la conscientia sua: poi si pone in necessità di dar giusta causa di quere a non solo al papa & alli principi catholici, ma alli protestanti medesimi. al papa & a' catholici darà causa di querela, perchè, essendo esso imperatore catholico, & havendo già consentito alla celebratione del concilio tridentino, hora se ne apparta, & mette tutto il negotio in difficultà: poichè in gran parte la sua voluntà basta ad essequire questa santissima opera & necessarissima; vedendosi, che niuno degli altri principi catholici nega di venirvi, se non quanto vi desiderano ancho l'imperatore; il quale mancando a questo, può ben considerare quanta occasione dia a' detti principi catholici di scandalizarsi .... & perchè pare, che il punto più principale consista nella depu-*

jam infrequentem concionem habere; qui, ut res ire coepit, frige-

deputatione del luogo ... vi si dice prima, per quanto tocca a' catholici, che il luogo di Trento, come è notorio, è per sua natura sicuro da tumulti & da ogni repentina invasione .... Per quello poi, che tocca a' protestanti, se ben essi sono sicurissimi in Trento, luogo di Germania, & suddito all'imperio, nondimeno nostro signore dal canto suo, insieme con il concilio, & sua maestà, come imperatore, insieme con gli altri principi, daranno salvocondutto in quella amplissima forma, che possa da loro medesimi desiderarsi. Potrete anchora assicurar l'imperatore, che il papa non mira ad altro, che ad una bona & santa unione della chiesa, alla quale intende di venire per la via della mansuetudine; & per questo è risoluto non solo di udire i protestanti, ma ancho di accarezzarli, & farli tutte le cortesie possibili: &, dove possa con bona conscientia gratiarli, lo farà sempre volentieri, & mostrerà veramente, che non desidera da loro altro, che la loro salute .... Resta il capo della riforma .... potrete dir a sua maestà, che il papa non manca di farla ogni giorno in qualche parte, secondo l'occasione: & già voi sapete, che si procura, che i vescovi vadano alle loro residentie .... & di mano in mano anderà sua beatitudine facendo quel bene, che potrà. ma con tutto questo anchora sua santità si contenta, che di essa riforma si tratti nel concilio: &, se nella persona di sua santità sarà cosa degna di essere riformata, essa sarà la prima, che lascerà riformarsi, & darà essempio agli altri... Quando con le ragioni sopradette ... voi vederete di non haver potuto indurre l'imperatore al concilio di Trento, direte a sua maestà con ogni modestia, ma però liberamente, che il papa, considerando il luogo, dove Dio l'ha posta, facendolo padre commune di tutti, esso non può non havere similmente cura di tutti, & medicare, dove può, se non può medicare ognuno. & però considerando sua santità, che le cose della religione sono tanto declinate ancho fuor di Germania, che cominciano ad andare in precipitio ... si risalve per conscientia, per honore & per conservatione della sede apostolica, che non si può più differire la celebratione del concilio; & però, non volendo sua maestà venire a Trento, si scusa con lei, & chiama Dio in testimonio, che, mosso solo dal desiderio del ben publico, è forzato effettuare il concilio, & non lasciare, che per colpa di Germania periscbino le altre provincie, che hanno bisogno di soccorso, & lo dimandano .... Usate diligentia in tenere avvisato nostro signore minutamente di quanto intenderete, & di quanto potrete conjetturare; &, quando haverete cosa di momento, & che vi para degna d'esser avvisata per corriero a posta, lo potrete fare: perchè tutto sarà con piena satisfattione di nostro signore; al quale preme il negotio del concilio sopra tutti gli altri negotii, che hoggi si trattino. Haec qui legerit, certissima Pii IV. de concilio oecumenico non modo habendo, sed quamprimum ac fine ulla cunctatione, caesare etiam invito ac repugnante, habendo, summae voluntatis destinataeque sententiae indicia ac monumenta, idemque ad ea, quae de Hosii legatione, deque ejus ad electorem moguntinum litteris ac testimonio supra commemoravimus, animum adverterit, tam multasque praeterea cardinalium Borromaei, Putei, Truchsesii, sive ab aliis antea, sive a nobis nunc primum vulgatas, eamdem Pii pontificis de concilio voluntatem curamque antiquissimam atque constantiam declarantes epistolas consideraverit; memineritque, ea omnia ad octo primos ejusdem Pii pontificatus menses pertinere, atque ante romanum Cosmi ducis iter contigisse; poteritne is impudentissi-

Digitized by Google

frigebit in dies magis, ac totus jacebit. At Romae calet concilium, vel frigidissimo hoc anni tempore. Tridentum deligitur concilio locus (*b*). datum est negotium Puteo, Cicadae, Sara-

dentissimum Thuani mendacium, verissimamque impudentiam sine stomacho ferre, illa scribentis? *Fluctuanti* (Pio IV.) *& de alia quavis re potius, quam de munere pastorali, solicito, supervenit Cosmus octobri mense .... ac rationibus suis pervicit, ut concilium universale, proximi anni initio celebrandum, indiceretur*. Ecquodnam in tot illis octo mensium Pii pontificis de concilio actionibus *fluctuantis* animi indicium apparet? an non omnia potius ejus & facta & dicta & cogitata certam ac stabilem habendi concilii, sublata omni mora ac tergiversatione, sententiam declarant? an vero haec sedulo meditari, haec unice agere, haec constanter urgere (quod Pius ille, Christi ovium pastor, fecit) non aliud Thuano videtur esse, quam *de alia quavis re potius, quam de pastorali munere esse sollicitum*? non haec ad pastorale munus pertinent? aut, si certe pertinent, non in his maximae pastoris illius sollicitudines ac curae versatae consumtaeque sunt? Quid porro Cosmi *rationibus, ad pervincendum, ut concilium universale indiceretur*, Pius pontifex indigebat? qui, tanto ante Cosmi adventum, de indicendo habendoque universali concilio, etiam dissentiente ac repugnante caesare, sua sponte deliberarat, ab indicendo tamen sapienter abstinuerat, quod sibi aliquando de concilii loco caesarem assensurum speraret? quod ubi illi & ex Delphinii, sui apud eumdem caesarem oratoris, & ex caesaris ipsius litteris constitit, consilium suum de indicendo sine mora tridentino concilio cum cardinalium collegio die 27. octobris communicavit; die autem 15. novembris indictionis, quam dicunt, bullam tribus ex eorum numero, juris civilis ac pontificii peritissimis, conficiendam mandavit; Kalendis denique decembris bullam ipsam edictumque promulgavit. At jam tum Romam Cosmus advenerat. Adde etiam, cum Joanne & Garsia filiis, & Eleonora conjuge advenerat. quid igitur? si, quod Cosmi adventum ad urbem Romam concilii tridentini indictio consequuta est, id valere debet, ut eam ad Cosmi *victrices* illas apud *fluctuantem* Pium *rationes* atque auctoritatem referamus, quidni liceat, eadem ratione dicamus, Joannem & Garsiam, Cosmi filios, & Eleonoram conjugem, immo omnes mortales, qui ante eam indictionem Romam eo anno venerant, *rationibus* suis Pii animum expugnasse, *fluctuantique* concilii tridentini auctores extitisse? Tenetur igitur, id quod initio proposueram, manifesti mendacii ac summae impudentiae Jac. Aug. Thuanus.

(*b*) Eadem sunt apud Pallavicinium lib. XIV. c. 17. n. 1. *Giunta la commemorata risposta di Francia, e fattalosi dare in iscritto dall'ambasciadore, e ricevute anche lettere di consentimento sì dal rè di Portogallo, sì dalla signoria di Venezia, sì dagli svizzeri cattolici*, venne (Pio IV.) *al fatto: e nel concistoro a' quindici di novembre riferì, che i principi si accordavano in accettar la città di Trento a residenza del concilio, e per questa cagione denunciò un giubileo universale da publicarsi in tutta la cristianità: ed impose a' cardinali Saraceno, Cicala e Puteo, che ne formassero le bolle. Quella del giubileo fu segnata a'* 20. *di novembre; e'l papa andò in solenne processione a piedi scalzi dalla chiesa di S. Pietro a quella della Vergine sopra Minerva. Intervenne in questa processione Cosimo, duca di Firenze, caminando in mezzo fra' due ultimi cardinali diaconi*. Quo autem

Saraceno cardinalibus, uti quamdiligentissime bullam de tota
concilii ratione conficiant. indictum jejunium, confessio pecca-
torum, communio sacramenti, supplicationes etiam; quas di-
citur vel nudis pedibus obire velle pontifex maximus. vides, rem
agi serio ab ipso in primis pontifice. caetera Deus fortunabit.
Literae tuae semper leguntur in conciliis (*i*) patrum; neque *i*
quicquam est ejus generis, quod libentius audiatur. negotium
istic publicum brevi tu solus iterum, puto, sustinebis. colle-
ga (*k*) enim tuus aliud aget; cui cum germanorum principi- *k*
bus erit negotium: nam ad illos de concilio mittetur. Hacte-
nus publica: nisi forte (*l*) illud etiam existimas ad rempubli- *l*
cam pertinere, quod de Cytardo nostro cum pontifice max. sum
locutus, ut memor esse velit ejus virtutis ac pii laboris. jussit
animadverti, num qua (*m*) vacent in illis locis beneficia; velle *m*
se omnino rationem habere tum Cytardi tum caeterorum,
quorum fides & pietas tuo Cytardique testimonio comprobatur.
Valentini (*n*) tui causa illustrior, quam sit, esse non potest; *n*
quam multi cardinales, quam ipse pontifex maximus Rubeo,
duodecimviro (*o*) litibus judicandis, cujus est illa cognitio, *o*
commendavit: qui quidem Rubeus tantum illi causae deesse
ministros ac procuratores affirmat, patronos abunde adesse.
quamobrem videte, ne eorum, qui vestra negotia procurant,
diligentia desideretur. Vale, & mutuo me, ut facis, ama.
Roma. XVI. (*p*) Kal. decembris. M.D.LX. *p*

XCVI.

autem die id acciderit, docet cardinalis Madruccius in litteris, ad Hosium 23. nov. 1560. datis, in quibus, *Cras*, inquit, *sua sanctitas discalciatis pedibus cum universo cardinalium senatu & urbis religiosorum coetu ad divae Mariae supra Minervam ibit*.

(*i*) Quae *concilia patrum* Pogianus, eas *congregationes* cardinalium vulgus appellat.

(*k*) Zacharias Delphinius, phariensium episcopus.

(*l*) *fortasse* exempl. Cur correxerim, causam habes in adnot. ad epist. *Georgii* d. 3. maji 1560.

(*m*) *quae* exempl. Hujus quoque correctionis meae causam attuli in adnot. ad epist. *Nae tu* d. 11. oct. 1560.

(*n*) De hoc Valentino, de ejusque negocio vide epist. *Doleo vicem* d. 19. oct. 1560.

(*o*) Romanum hunc magistratum, *Rotae auditores* vulgus appellat.

(*p*) XIX. exempl. & cod. vat. Sed, si eo die, qui fuit decimustertius novembris, data fuisset haec epistola, non in ea scribi illa de Tridento ad concilium delecto, de negocio conficiendae bullae tribus illis cardinalibus dato, de supplicationibus indictis potuissent; quae non nisi duobus post diebus, nempe die quintodecimo omnia contigisse testificantem Pallavicinium audivimus. Pro XIX. igitur reposui XVI. quo die & scribi illa potuerunt, & viennensium tabellariorum Roma profectio, septimo quoque die recurrens, hoc anno contigit.

XCVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Rom. Imperatori. (*a*)

a

22. nov. 1560.

Jacobum Maleſpinam, ejuſque rem commendat.

b SI quiſquam eſt, qui Jacobi Maleſpinae (*b*), viri clariſſimi, cauſa valde capiat, ego eum me eſſe fateor, qui in illo amando nemini concedam. poſtulat enim id a me non ſolum hominis nobilitas & probitas, nobilitati par, ſed amor erga me & humanitas ſingularis. quare, cum is, Aquilae & Viani marchio (quae oppida non minus, quam ipſe & ejus familia tota, ſunt in tua fide), certum hominem ad te mittat cum literis & mandatis, clientelae confirmandae cauſa ipſorum oppidorum, mihi a te ſummopere petendum putavi, ut in hoc negotio gratificari velis ipſi Jacobo marchioni, & illuſtri viro, & tuo clienti fideliſſimo, & ſtudioſiſſimo mei. qua de re tantum equidem tibi debebo, quantum ſi eſſet res maxime mea. nam hoc ipſius Jacobi beneficio me a te ſingulari munere affectum judicabo. itaque hunc tibi virum remque ejus ita commendo, ut majore ſtudio, magiſque ex animo commendare non poſſim; tibique fidem & obſervantiam meam perpetuo deferens te florentem & incolumem eſſe vehementer cupio. Roma. x. Kal. decembris. M. D. LX.

XCVII.

(*a*) Haec epiſtola *Maximiliano regi* inſcribitur in exemplari noſtro, itemque in codice vaticano. ſed, qui ſequentes duas legerit, facile intelliget, habuiſſe me mutandae inſcriptionis cauſam plane neceſſariam.

(*b*) Cum duabus ſequentibus epiſtolis *Malaſpina*, non, ut in hac, *Maleſpina* eſſe ſcriptum animadvertiſſem, dubitavi, in utris mendum reſideret. memineram autem, in Joannis Boccaccii opere, quod inſcribitur *Decameron*, fabula ſecundi diei ſexta, ejuſdem familiae nomen ſemel aut iterum uſurpari: cujus operis antiquiſſimum emendatiſſimumque exemplum illud habetur, quod a Franciſco Mannellio, Amaretti filio, ex auctoris autographo, nono poſt Boccaccii obitum anno, a Chriſto autem nato 1384. deſcriptum, in florentina ad S. Laurentii aedem bibliotheca, pluteo XLII., numero I. notatum, adſervatur; ad quod exemplum mihi ipſe aliud quoddam meum, Amſtaelodami an. 1718. editum, Florentiae cum eſſem, per aeſtatem anni 1748. diligenter emendavi. in eo duos locos reperio, alterum pagina 109. *Era ſopra quel legno un gentile huomo, chiamato Currado de' marcheſi MALESPINI*: alterum pag. 142. *& quivi per ventura con Currado MALESPINA ſi miſe per famigliare*. quorum locorum auctoritatem ſequutus & in hac epiſtola *Maleſpina* retinui, & in ſequentibus revocavi.

Digitized by Google

XCVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Doctori Seldio, Imperatoris Vicecancellario.

Idem argumentum. 22.nov. 1560.

NIsi intelligerem, quam libenter, pro tua humanitate & in me benevolentia, complecti soleres tum homines tum res, quas tibi commendarem, agerem nunc tecum & pluribus verbis & diligentius in Jacobo Malespina, Aquilae & Viani marchione, ejusque negotio tibi commendando. sed, quando, quid mea causa velis, optime novi, quid ego a te velim, modo significabo. equidem virum hunc, & nobilissimum & optimum, & caesari, quam qui maxime, fidelem clientem, & mei amantissimum, unice diligo. quare, si is negotium eorum oppidorum, quibus praeest, quemadmodum cupit & sperat, per te confecerit, existimabo, te tam mihi, quam illi ipsi, id beneficium dedisse; vehementerque cupiam, mihi dari tempus tibi gratiae referendae, quam semper habebo maximam. eum igitur virum ejusque causam ut complectare, ut soles res meas, magnopere a te etiam atque etiam peto. Vale. Romae. x.Kal. decembris. M. D. LX.

XCVIII.

Otho. Truchses Card. Augustanus Marco Sinchmosero, Secretario & Consiliario Imperatoris.

Idem argumentum. 22.nov. 1560.

QUia & ipse tuae in me benevolentiae conscius sum, & tibi meum erga te amorem perspectum esse intelligo, sic (a) fit, ut, si quid accidit, in quo mihi opus sit gratia aut opera tua, fidenter id a te petere soleam. quare tibi Jacobi Malespinae, marchionis Aquilae & Viani, negotium, quod per te actum iri audio, ita commendo, ut si esset res mea. incredibile enim est, quam virum illum, rebus omnibus ornatissimum, amem, quantumque ejus causa velim. itaque magnum in me officium contuleris, si dederis operam, ut is negotium suum

(a) Miror, cur non *eo* aut *ideo* scribere Pogianus, quam *sic*, maluerit.

suum ex sententia conficiat : pro quo debebo tibi gratiam singularem; cujus referendae nullum unquam neque locum neque tempus praetermittam. Vale. Romae. x. Kal. decembris. M.D.LX.

XCIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi. (a)

30. nov. 1560.

Patri Cithardo nihil esse ab obtrectatoribus timendum.

CYtardum patrem spectata ejus pietas & sacra eruditio ab omni obtrectatorum calumnia facile defendit : auditorum (b) vero & delatorum insidiae viri etiam nomen & virtutem illustrant. quare non est, ut ille commoveatur inanibus periculis, quae clandestinis libellis proponantur (c). nam ea ratio minantium & levitatem & consilium ostendit. nullum enim, mihi crede, pondus habent ejusmodi homines, qui tantum, ut illum de instituta ratione deterreant, regio nomine ad ejusdem terrorem abutuntur. sed fac, esse verum timorem. equidem, quantum damni in ejus concionibus faciat haeresis, conjicio ex illo genere minarum. itaque (d) istam verborum jactationem, Dei primum, deinde summorum principum fretus gratia Cytardus noster, te, puto, me certe auctore, contemnet (e). interea vero laetetur, secum agi quemadmodum olim cum Athanasio, Hieronymo aliisque sanctissimis viris actum est; quorum virtutem cum ferre non posset impietas, modo officii simulatione crimina confingebat, modo, cum parum illa ratio procederet, vim intentabat. sed nulla est minantis auctoritas apud eos, qui illum modo timendum esse (f), qui aeternis suppliciis animas afficere potest, Jesu Christo doctore (g) didicerunt. gaudeat, illud praedicari apud omnes, se concionari ad populum Hosiano more. nemo enim unquam sanae mentis eam consuetudinem a christiana formula sejunget. tu vero iis radicibus, eo robore vir es, ut verendum non sit, ne loco tuo, quae

(a) Edidit hanc epistolam ante nos Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* p. 125.

(b) Haec est exemplaris nostri, codicis vaticani, denique Tabularii lectio; pro qua scribendum suspicor *aulicorum*, vel *invidorum*.

(c) *proponentur* Tabul.

(d) *quarum jactationem &c.* Tabul.

(e) *contemnat* Tabul.

(f) Omittit Tabul.

(g) Apud Matth. cap. 10. v. 28. *& nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.*

quae est religionis & prudentiae regio, dimoveare. Forsterum, juvenem a literarum studiis non abhorrentem, tua commendatione libenter complecterer. sed nullam hic video rationem iniri (*b*) ejus collegii, quod tu scribis, & ille vult. a jesuitis autem est alienior; beneficia concupiscit; quae si assequitur, reliqua sibi facilia fore sperat. Vale & tibi & ecclesiae Dei. Romae. pridie Kal. decembris. M. D. LX. b

(*b*) Fort. legendum *iniri posse*.

C.

Otho Truchses Card. Augustanus Ludovico Stradino Caesaris Consiliario.

Gratissimas sibi Stradinii litteras fuisse, & Forsterii negocio se non defuturum. 30. nov. 1560.

Nihil mihi gratius afferri potuit hoc quidem tempore tuis literis; ex quibus, quod vehementer scire cupiebam, te in aula caesaris & bene valentem esse, cognovi. quare confido etiam, catholicae religionis causam tua istic praesentia munitiorem esse; cui, pro singulari tua pietate, nullo loco opera aut patrocinio defueris. me vero non dubito, quin, pro tuo in me amore, proque mea in te tibi perspecta benevolentia, quam saepissime quamque diligentissime poteris, de rebus istis omnibus, quae ad religionem pertineant, facias certiorem: quod a te maximopere peto & quaeso. Joannem Forsterum (*a*) tua causa vidi libenter; cui studium & operam meam professus sum. verum de collegio germanico, quod tu scribis, & ille sperarat, nihil adhuc actum est, ne cogitatum quidem fortasse. a jesuitis autem, apud quos (*b*) multum is in literis & moribus a b

(*a*) Vide epistolam proxime superiorem.

(*b*) Truchsesii hoc testimonio valde, ut opinor, contenti esse possunt ii, a quibus Forsterius hic, ecclesiastici beneficii captator adolescens, tam *valde abhorrebat*. Equidem nihil adderem; nisi recentem quemdam scriptorem, cujus nomini parcam, animadverterem de illis cum Forsterio, quam cum Truchsesio, sentire maluisse, & de eorumdem in instituenda juventute facultate ac laude detrahere, quantum potuerit, libello quodam suo, qui nuper in manus meas venit, esse conatum. Est instituti mei ea, quae his Pogiani epistolis continentur, ubi res postularit, illustrare. postulat autem, immo vero flagitat, hic locus, ut Truchsesii testimonium, quod in dubium revocari elevarique ab hoc obtrectatore contraria testificatione, idque sane libere ac confidenter, nec sine insigni verborum contumelia, video,

bus proficere posset, valde abhorret. denique se totum mihi literis

teris

deo, a me aliorum gravissimorum certissimorumque testium dictis confirmetur; quo, utri fides habenda sit, constitui tandem possit. quod quidem si in alienorum etiam causa mihi faciendum putarem, neminem tam iniquum fore, mihi persuadeo, qui idem a me in domesticorum, atque adeo mea, fieri non oportuisse, arbitretur. Ne sim vero infinitus, non nisi romanorum pontificum maxx. de re, quae venit in controversiam, testimonia, truchsesiano huic nostro fidem conciliantia, proferam: quorum mihi copiam cum publica typisque vulgata, tum privata manuque scripta tabularioli mei, e publicis tamen tabulariis excerpta, monumenta suppeditant.

I. „ JULIUS (III.) episcopus servus
„ servorum Dei. Ad perpetuam rei
„ memoriam.
„ Dum sollicita &c. Attenden-
„ tes, quanta sit fidelium & strenuo-
„ rum operariorum penuria, praeci-
„ pue in illis regionibus, ubi cultus
„ verae religionis per varias haereses
„ maxime imminutus est .... quan-
„ tumque christianae reip. & fidei or-
„ thodoxae conducat, ut militans Dei
„ ecclesia ubique, & praesertim in
„ Germania, viris exemplari vita, &
„ litterarum scientia praeditis ... in
„ dies abundet ... ad omnipotentis
„ Dei laudem & gloriam, ac ipsius
„ militantis ecclesiae exaltationem, &
„ Germaniae spirituale auxilium, in
„ alma urbe nostra ... unum colle-
„ gium scholarium, Germanicum nun-
„ cupandum ... in quo aliqui natio-
„ nis germanicae juvenes .... insti-
„ tuantur & alantur, ac bonis & san-
„ ctis moribus imbuantur, nec non
„ litterarum & piae vitae studio conti-
„ nuo vacent sub magistris sive prae-
„ ceptoribus, eis per dilectos filios,
„ societatem de Jesu nuncupatam, con-
„ stituendis, qui litteras humaniores
„ trium linguarum latinae, graecae &
„ hebraicae, ac logicam, physicam &
„ alias liberales disciplinas, & demum
„ sacram theologiam publice legant
„ & doceant, & alias ipsorum schola-
„ rium curam, regimen & administra-
„ tionem in his, quae ad morum in-
„ tegritatem & verbi Dei praedicatio-
„ nem & explicationem, & ad officium
„ christiani pastoris ... pertinent &
„ spectant, suscipiant, & nullis par-
„ cendo laboribus, quantum in eis
„ fuerit, aedificent, & .... tales se
„ erga eosdem scholares exhibeant, ut
„ ipsi tandem ... intrepidi fidei athle-
„ tae in suas regiones ad alios exem-
„ plo vitae suae ad Christum trahen-
„ dos ... remitti & destinari possint,
„ auctoritate apostolica tenore prae-
„ sentium erigimus & instituimus &c.
„ Dat. Romae apud S. Petrum an. in-
„ carn. domin. 1552. prid. Kal. sept.
„ Pontific. nostri an. 3.

II. „ PIUS Papa IV. Charissimo in
„ Christo filio nostro Philippo (II.)
„ Hispaniarum regi catholico.
„ Charissime &c. Et officio nostro
„ convenit religiosam vitam degentes
„ patrocinio nostro diligenter tueri ac
„ fovere, & regibus maxime expedit de
„ servis ejus, per quem ipsi regnant,
„ quam optime mereri ... Sed inter re-
„ ligiosorum ordines singulari ab apo-
„ stolica sede studio merito comple-
„ ctendus is ordo est, qui, non ita pri-
„ dem institutus & ab hac sancta sede
„ confirmatus, Jesu societas appella-
„ tur. hi enim operarii, licet novis-
„ simi, tanquam nona diei hora, in
„ vineam dominicam ab ipso domi-
„ no inducti sint, adeo strenuam ta-
„ men & utilem operam navare coepe-
„ runt, ut non modo spinas ex ea &
„ vepres evellere aggressi sint, sed
„ ipsam etiam alibi auxerint & pro-
„ pagarint. incredibile fere est, quan-
„ tum tam brevi tempore hic ordo
„ profecerit, quantum ecclesiae Dei
„ utilitatis attulerit, quam multa

„ ejus

teris quibusdam patefecit, in quibus scribit, se ecclesiasticum bene-

„ ejus ordinis collegia, divina favente gratia, alia aliis in provinciis instituta fuerint, non sine maximo earum nationum fructu & commodo... Hujus ordinis maximum in hac alma urbe collegium habemus... Ex hoc uberrimo seminario apostolica sedes instituit delectos & idoneos ministros, tanquam generosas & frugiferas plantas, alias alio, prout usus venerit, conferendas mittere: qui quidem tum instituendis pie & diligenter pueris, tum praedicando euangelio, tum ministrandis sacramentis, fructus eos, domino cooperante, ferunt, quibus hoc tempore ecclesia Dei maxime indiget... Itaque multum debemus huic collegio, ita de religione catholica merito, & assidue merenti &c. Dat. Romae apud S. Petrum die 24. nov. an. 1561. Pontific. nostri an. 2.

III. „ PIUS Papa IV. Venerabili fratri nostro Danieli, archiepiscopo moguntino, sacri romani imperii electori.

„ Venerabilis &c. Non sine magna admiratione cognovimus, libellos quosdam, maledictorum, probrorum & contumeliarum plenos, nuper disseminatos per Germaniam fuisse, ad odium infamiamque conflandam universo ordini societatis Jesu... Sane id moleste tulimus. intelleximus enim, id antiqui hostis instinctu actum fuisse, ut, quoniam ab ejus societatis collegiis, quae sunt in Germania & aliis provinciis, magna & multiplex his miseris temporibus ad ecclesiam Dei utilitas pervenit, eorum bona opera per malevolorum hominum obtrectationes & calumnias impediantur. etsi autem rem ita se habere credidimus, tamen, ad veritatem certius explorandam, & ad obstruendum os loquentium iniqua, delectis quibusdam cardinalibus, gravibus viris, mandavimus, ut in collegii, quod in hac alma urbe est totius societatis caput, mores, vitam & instituta diligenter inquirerent. qui quidem.... renunciarunt, se nihil omnino comperisse eorum, quae huic collegio in criminum loco objicerentur, sed cum ordinis totius recta & pia instituta esse, tum eorum, qui in hoc collegio essent, mores & vitam castissimam ac probatissimam ... satis autem sibi constare, quosdam, iniquo odio impulsos & invidia obcaecatos, ea crimina & probra commentos esse, propterea quod angerentur & dolerent, nec pati aequo animo possent, ipsius potissimum collegii quasdam ad res antea pia opera & fideli obsequio usos nos esse, & curationem nuper ac regimen seminarii, quod nos in alma hac urbe ex concilii tridentini decreto institui jussimus, omnibus venerabilibus fratribus nostris sanctae romanae ecclesiae cardinalibus approbantibus, ultro eidem delatum fuisse: quam rem quoniam illi impedire non potuissent ... suadente diabolo ad tam demens tamque pravum & nefarium consilium descendisse. Quia igitur obtrectatorum calumniae in tam gravi injuria hoc saltem attulerunt commodi, ut, quanto illi magis hujus collegii & societatis universae famam atque existimationem laedere voluerunt, tanto magis ipsius collegii innocentia, & vitae & morum honestas patefacta sit, nostraque & fratrum nostrorum de ejus societatis piis & laudabilibus institutis non confirmata modo, sed aucta etiam opinio, ad officium nostrum pertinere duximus, his litteris veritati & innocentiae testimonium impertire. proinde fraternitatem tuam hortamur, ut collegium societatis ejusdem, quod in „ civi-

beneficium cupere; quod si assequitur, omnia jam se assecutum arbi-

„ civitate tua metropolitica est, tanto posthac studiosius tueare, quanto injustius & impudentius istos obtrectatores de eadem societate detrahere conatos fuisse reperimus &c. Dat. Romae apud S. Petrum die 30. dec. an. 1564. Pontific. nostri an. 5.

IV. „ PIUS (V.) episcopus servus servorum Dei. Ad perp. rei mem.

„ Innumerabiles fructus, quos, benedicente domino, christiano orbi societas Jesu, viros litterarum, praecipue sacrarum, scientia, religione, vita exemplari, morumque sanctimonia perspicuos, multorum religiosissimos praeceptores, ac verbi divini etiam apud longinquas & barbaras illas nationes, quae Deum penitus non noverant, optimos praedicatores & interpretes producendo, feliciffime hactenus attulit, & adhuc sollicitis studiis afferre non desistit, animo saepius revolventes nostro &c. Dat. Romae apud S. Petrum an. incarn. domin. 1568. tertio Kal. maji, Pontific. nostri an. 3.

V. „ GREGORIUS Papa XIII. Ad perp. rei mem.

„ In supereminenti &c. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nostrorum Caroli tit. S. Apollinaris presb. card. de Lotharingia nuncupati, & nobilis viri Caroli, Lotharingiae & Barri ducis, petitio continebat, quod alias, cum Carolus cardinalis .... necnon etiam Carolus dux praedicti pia meditatione cogitassent, quod longe lateque diffusum undique haeresis esset malum ... illique tutius & fortius remedium afferri nequaquam posset, nisi ubique terrarum doctorum virorum conventus erigerentur, qui sana imbuti doctrina populos sibi propinquos catholicam docerent disciplinam ... decreverunt in oppido Pontis Monsonii metensis dioecesis ... unum presbyterorum regularium societatis Jesu collegium erigere & instituere, ad effectum, ut illarum partium juventus non solum doctrina ... sed etiam bonis instituatur moribus & exemplis, si ad id nostra & sedis praedictae interveniret auctoritas .... Nos igitur &c. Dat. Romae apud S. Petrum an. incarn. domin. 1572. nonis decembr. Pontific. nostri an. 1.

VI. „ GREGORIUS (XIII.) episcopus servus servorum Dei. Ad perp. rei mem.

„ Postquam Deo placuit &c. Caeterum, cum societatis presbyterorum Jesu in hoc educandorum instituendorumque puerorum munere diligentia, fides, integritas & in aliis hujusmodi collegiis, & in hoc ipso (Germanico) satis cognita sit atque perspecta, volumus, idem collegium atque scholares sub ipsorum, sicut adhuc fuit, regimine, institutione, doctrina, atque obedientia esse. Dat. Romae apud S. Marcum an. incarn. domin. 1573. octavo idus aug. Pontific. nostri an. 2.

VII. „ GREGORIUS Papa XIII. Dilecto filio Abbati monasterii Fuldensis ordinis S. Benedicti.

„ Dilecte &c. Semper amavimus excellentem charitatem, pietatem, Dei gloriae, atque animarum salutis studium & curam tuam ... nunc autem dici non potest, quantopere simus laetati isto tuo facto, tam praeclaro tamque eidem Deo accepto, in jesuitarum collegio & tot convictorum seminario constituendo, quantasque eo nomine divinae bonitati gratias egerimus. sic enim perspicimus, sacrosanctae religioni mirifice consultum esse, provisumque, ne magna illius cum jactura & animarum pernicie liceat sathanae latius diutiusque bacchari. erunt enim ad ejus furias comprimendas parati innocentia, doctrina, sacramento-

„ rum

Digitized by Google

arbitratur. quem ego si illi gradum adipiscendae virtutis fore exi i-

„ rum usu, vitae exemplo servi Dei; „ quorum etiam operae & laboris merces magna ex parte ad te redibit. „ itaque &c. Dat. Romae apud S. Petrum 17. maji 1576. Pontific. nostri „ an. 4.

VIII. „ GREGORIUS papa XIII. Ad „ perp. rei mem.

„ Salvatoris domini nostri &c. „ Propter ipsius societatis Jesu tam „ utiles tamque necessarias functiones, quas tum in domibus ... tum „ in collegiis per lectiones tam bonarum litterarum, quam philosophiae „ etiam & theologiae, ad juventutem „ bonis moribus & litteris imbuendam „ ex ipsius societatis primaeva instituti erectione ac divina vocatione, „ magno Dei beneficio, & ecclesiae „ spirituali emolumento, exercet &c. „ Dat. Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 30. oct. 1576. „ Pontific. nostri an. 5.

IX. „ GREGORIUS (XIII.) episcopus „ servus servorum Dei. Ad perp. „ rei mem.

„ Dum attenta consideratione &c. „ Sane pro parte ven. fratris nostri Valeriani, episcopi Vilnensis, nobis „ nuper exhibita petitio continebat, „ quod, cum idem Valerianus episcopus a decem annis, vel circa, ad patriae & dioecesis suae, quae multiplici sectarum labe, & schismaticis „ erroribus, itemque mahometana infidelitate obsidebatur, tutelam, „ unum collegium presbyterorum societatis Jesu in civitate vilnensi canonice erigi ... curaverit, ac a dicto tempore ex ipso collegio in morum & disciplinarum exercitio non „ tenuis profectus exortus spectetur ... „ si in ipsa civitate ... una generalium „ tam divinorum quam humanorum „ studiorum universitas erigeretur & „ institueretur, ac in dicto collegio „ theologia, philosophia & artes liberales publice ... per ipsos presbyteros interpretarentur & praelegerentur ... id charissimo filio nostro „ Stephano, Poloniae regi illustri, „ cujus expressus ad hoc consensus accedit, gratum foret: quare pro parte ejusdem Valeriani episcopi nobis „ fuit humiliter supplicatum, ut fidei „ praesidio, ac civitatis hujusmodi „ decori, nec non publicae utilitati „ consulere de benignitate apostolica „ dignaremur. Nos igitur &c. Dat. „ Romae apud S. Petrum an. incarn. „ dominic. 1579. 3. Kal. nov. Pontific. „ nostri an. 8.

X. „ GREGORIUS (XIII.) episcopus „ servus servorum Dei. Ad perp. rei „ mem.

„ Immensa Dei providentia &c. „ Charissimus in Christo filius noster „ Stephanus, Poloniae rex illustris ... „ nobis nuper exponi fecit, quod, „ cum in plerisque regionibus & provinciis temporali dominio dicti Stephani regis subjectis, pestifera haeresum & impiorum dogmatum contagio longe lateque grassetur .... „ ipse autem Stephanus rex in eam curam ac cogitationem, per quam errorum hujusmodi caligo depelli, fidesque & religio ipsa ... ibidem restaurari & fulciri valeat, sedulo incumbens, nulla commodiore ratione id succedere posse speret, quam „ ut aliqua collegia clericorum & presbyterorum regularinm ejusdem societatis, qui laboriosam & indefessam operam in agro dominico colendo, vepribusque purgandis inter caeteros illius cultores cum multiplici „ fructu diaetim praestare non cessant, „ in diversis regnorum & proviuciarum „ praedictarum locis, praesertim ab „ eo e Moskovitarum potestate nuper „ redactis, propagetur ... praeterea, „ ex quo clerici & presbyteri regulares hujusmodi, nedum in juventute „ bonis moribus salutaribusque scientiis & disciplinis ornanda & imbuenda,

Digitized by Google

existimarem, in eo juvarem adolescentem, quantum possem: quod

„ da, verum etiam in concionibus habendis, aliisque fructuosis dictae societatis ministeriis assidue occupati &c. Dat. Romae apud S. Marcum an. incarn. domin. 1583. Kal. mart. Pontific. nostri. an. 12.

XI. „ GREGORIUS (XIII.) episcopus servus servorum Dei. Ad perp. rei mem.

„ Immensa Dei &c. Cum itaque ... charissimus filius noster Philippus, Hispaniarum rex catholicus, nobis nuper exposuerit, si in inferiori Germania, in qua ... christiana religio non parum labefactata reperitur, presbyteri societatis Jesu, qui, juxta eorum laudabile institutum, juventutem bonis moribus imbuant, simulque liberales disciplinas doceant ... introducerentur, ex hoc profecto religio ipsa restaurari, ac restaurata conservari posset, & propterea ipse Philippus rex unum collegium ejusdem societatis in civitate Iprensi perpetuo erigi ... desideret &c. Dat. Romae apud S. Petrum an. incarn. domin. 1584. nono Kal. jun. Pontific. nostri. an. 13.

XII. „ GREGORIUS (XIII.) episcopus servus servorum Dei. Ad perp. rei mem.

„ Immensa Dei &c. Sane charissimus in Christo filius noster Philippus, Hispaniarum rex catholicus, nobis nuper exponi fecit, quod, licet alias in civitate Brugensi unum collegium societatis Jesu erectum seu inchoatum fuerit, tamen malorum conditio temporum fert, ut illud, quod ad fidei catholicae defensionem & propagationem, ac juventutis in bonis litteris & christianis moribus institutionem non minus utile, quam necessarium fuerat, prout est hodie, dissolutum fuerit ... ac considerans uberes fructus, quos presbyteri dictae societatis ... in vinea domini producere soleant, & quam ad christianam religionem, in inferiori Germania his turbulentis temporibus labefactatam, restaurandam, restauratamque conservandam utiles sint, hujusmodi collegium in praedicta civitate restitui plurimum desiderat ... Nos &c. Dat. Tusculi an. incarn. domin. 1584. nono Kal. jul. Pontific. nostri an. 13.

XIII. „ GREGORIUS (XIII.) episcopus, servus servorum Dei. Ad perp. rei mem.

„ Laboriosam & indefessam operam, quam societas Jesu in militantis ecclesiae agro colendo ... assidue praestat, intra cordis nostri arcana revolventes, merito inducimur, ut ad ea, per quae ejusdem societatis collegia ubique propagari ac stabiliri valeant, libenter intendamus ... Cum itaque ... ut exhibita nobis, pro parte dilecti filii, nobilis viri, Guillelmi, & dilectae in Christo filiae, nobilis mulieris, Eleonorae ab Austria, ducum Mantuae & Montisferrati, petitio continebat, ipsi pio religiosoque erga societatem praedictam, ob certissimos & multiplices fructus ex illius collegiis, in variis christiani orbis partibus salubriter institutis, eidem militanti ecclesiae quotidie provenientes, zelo & affectu ducti, unum collegium ejusdem societatis in civitate Mantuana ... ad juventutem ipsius civitatis & finitimorum locorum in fide & pietate, litterarumque studiis, ac caeteris christiano homine dignis virtutibus instructionem & aedificationem, publicamque utilitatem & salutem, erigi & institui summopere desiderent ... Nos &c. Dat. Romae apud S. Marcum an. incarn. domin. 1584. idibus jul. Pontific. nostri an. 13.

XIV. „ SIXTUS (V.) episcopus, servus servorum Dei. Ad perp. rei mem.

„ Coelestis patris &c. Sane exhibita nobis nuper, pro parte dilecti „ filii

quod etiam faciam pro viribus, tua in primis causa, qui
Vol. II. Y mihi

„ filii, nobilis viri, Caroli, archiducis Austriae ... petitio continebat, „ quod, postquam alias fel. rec. Gregorius papa XIII. praedecessor noster, in oppido Graecensi salisburgensis dioecesis ... collegium presbyterorum societatis Jesu, propriis „ sumptibus ipsius Caroli archiducis fundatum & extructum, auctoritate apostolica perpetuo erexit & instituit ... praefatus Carolus archidux ... „ catholicam religionem sartam tectam & inviolatam in locis sibi subjectis, ubi viget, conservare, sicubi „ vero collapsa est, hac potissimum „ ratione restituere, suosque subjectos „ quamplurimos ad litterarum studia, „ navandamque bonis artibus operam „ excitari cupiens, atque utraque in „ re praedictae societatis operam & industriam, laboresque, ea de causa „ susceptos, valde utiles & fructuosos „ in dies magis expertus, ut ampliores manipuli ex diversarum nationum ac linguarum agris, quarum „ provincias dictus Carolus possidet, „ opitulante Deo, colligi possint, studii „ generalis universitatem in dicto collegio potissimum auctoritate praedicta erigi, ejusque curam & regimen „ praedictae societati committi & mandari desiderat ... Nos &c. Dat. Romae apud S. Petrum an. incarn. domin. 1585. Kal. maji, Pontific. nostri an. 1.

XV. „ SIXTUS PP. V. Ad perp. rei „ mem.

„ Exhibita nobis nuper pro parte „ Ven. fratris Joannis, episcopi Tornacensis, petitio continebat, quod, „ cum ipse charitatis studio erga populum civitatis & dioecesis tornacensis, suae curae creditum, ductus, „ judicaret ad piam & catholicam institutionem juventutis dictae civitatis tornacensis, quae post aliquot „ annos in viros evadet eruditos, & „ remp. administrabit, & extirpandas „ haereses, augendamque pietatem cleri & populi, summopere expedire, „ in dicta civitate, in qua domus duntaxat novitiorum est, institui collegium presbyterorum societatis Jesu ... Nos &c. Dat. Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 30. „ mart. 1590. Pontific. nostri an. 5.

XVI. „ CLEMENS (VIII.) episcopus, „ servus servorum Dei. Ad perp. rei „ mem.

„ In sacra coelestis clavigeri sede &c. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ... nobilis viri Georgii „ Popelii, baronis de Lobroviz, ac „ domini in temporalibus dicti oppidi ... & supremi regni Bohemiae praefecti, petitio continebat, quod alias „ dictus Georgius varios modos & rationes, quibus religionis catholicae, „ potissimum vero suarum ditionum „ incommodis, hac calamitosa tempestate salubre & consentaneum subsidium afferre posset ... maxime necessarium est arbitratus ea praesidia „ conquirere, quae tantam perniciem „ avertere, & populum suae ditionis „ summo regi conciliare & conjungere „ possent. cum autem in clericis societatis Jesu singularia eaque valida „ subsidia esse a Deo instituta, quibus „ tam inveteratis reip. morbis subvenirl posset, animadverteret, utpote „ qui ubivis terrarum sua & eruditione & pietate populos quamplurimos „ per devias opinionum & vitiorum „ tenebras errantes ad veritatis lumen „ & virtutum splendorem non minus „ laboriose quam salubriter reducant, „ in eam spem venit, per eorumdem „ sinceram religionis romanae catholicae doctrinam & vitae integritatem eos non solum, qui sibi subjecti „ sunt, sed etiam alios plurimos, in „ ditiones suas adventantes, ad pristinum salutis portum revocandos, „ quandoquidem videret dictae societatis non solum in Europa susceptos „ labo-

Digitized by Google

„ labores cum magno fructu evasisse, „ sed etiam in caeteris orbis partibus „ apud barbaras & immanes gentes „ remotissimis & innumeris populis per „ eamdem societatem divinae crucis „ cum religionis christianae augmento illatum vexillum fuisse: quapropter ad laudem & gloriam Dei omnipotentis ... & ecclesiae catholicae „ propagationem, nec non populi sibi „ a Deo commissi suamque salutem, „ juventutis quoque domesticae & externae in doctrina & pietate institutionem, in oppido praedicto, suae „ ditioni subjecto, unum collegium „ dictae societatis ... fundavit ... Nos „ igitur &c. Dat. Romae apud S. Marcum an. incarn. domin. 1594. 4. Kal. „ aug. Pontific. nostri an. 3.

XVII. „ Clemens PP. VIII. Venerabili fratri archiepiscopo pragensi.

„ Venerabilis &c. Jam complures „ menses effluxere, ex quo primum „ relatum nobis fuerat de Praeposito „ Glaciensi, quod pia & salutari deliberatione statuisset in illa sua praepositura erigere collegium clericorum societatis Jesu: quae sane res „ perjucunda nobis accidit. videbamus enim, loco valde opportuno „ pietatis & eruditionis tamquam officinam institui, in qua juventus ad „ catholicam religionem & bonas artes „ exerceretur &c. Dat. Romae apud „ S. Petrum &c. 18. febr. 1595. an. 4.

XVIII. „ Clemens PP. VIII. Charissimo in Christo filio nostro Rodulpho Hungariae & Bohemiae regi „ illustri, in romanorum imperatorem electo.

„ Charissime &c. Piam & salutarem „ deliberationem dilecti filii Praepositi „ Glaciensis, quam & majestati tuae „ notam esse arbitramur, valde semper probavimus & commendavimus „ in domino. is enim zelo Dei & salutis multarum animarum incensus ... sponte praeposituram illam „ suam obtulit, ut in ea collegium „ clericorum societatis Jesu erigatur. „ qua ex re quam multa bona, Dei „ adjutrice gratia, sperare liceat, nihil necesse est copiosius explicare, „ tibi praesertim, cui illius comitatus glaciensis status est notissimus. „ nam & haeresum peste est infectus, „ & vicinas atque adjacentes provincias eas habet, unde mortiferi morbi lues alitur assidue & augetur. „ hoc autem remedium in primis opportunum est, strenuos & fideles „ operarios in vineam illam mittere, „ quam ferus aper silvester dissipavit ... „ Illi enim verbo, doctrina, exemplo, „ juventute pie, ut solent, educando, „ sementem bonam facient, ut, Deo „ benedicente & incrementum dante, „ fructus aliquando catholicae religionis & pietatis uberes edat &c. Dat. „ Romae apud S. Petrum &c. 18. mart. „ 1595. an 4.

XIX. „ Paulus PP. V. Ad perp. „ rei mem.

„ In supereminenti &c. Sane nomine Ven. fratris Theodori, episcopi Paderbornensis, sacri romani „ imperii principis, nobis nuper expositum fuit, quod ipse a viginti annis, vel circa, ut adolescentes suae „ civitatis paderbornensis in bonis „ litteris, moribus, & sincera pietate „ instituerentur, & populus sibi commissus ... in spiritualibus promoveretur, in eadem civitate unum collegium societatis Jesu, in quo humaniores litterae docerentur ... erigi & institui curavit ... Cum autem ... „ provide consideret, tam in suo, „ quam in vicinis episcopatibus magnam penuriam parochorum, qui „ litteras sciant, ut populum erudire, „ & sese haereticis eorumque falsis & „ erroneis opinionibus opponere, ac „ etiam eorum, qui cum dignitate clero saeculari, civitatibus, oppidis „ & locis, ac etiam abbatiis & monasteriis praefici possint, existere ... „ & propterea ut religionem catholicam, quae in locis sibi subjectis, „ & vicinis episcopatibus viget, conservet, &, ubi collapsa est, hac potissi-

mihi eum tantopere commendas. tu velim, si quid est, in

Y 2 quo

„ tissimum ratione restituat, ac suos „ subditos & vicinos quamplurimos ad „ litterarum studia & navandi bonis „ litteris operam excitet, universita„ tem studii generalis ... sub cura, re„ gimine & administratione dictae so„ cietatis ... per nos erigi & institui „ summopere desideret ... Nos &c. Dat. „ Romae apud S. Mariam majorem die „ 2. apr. 1615. an. 10.

XX. „ GREGORIUS PP. XV. Dile„ cto filio nobili viro Duci Vene„ tiarum.

„ Dilecte &c. Urbis vestrae am„ plitudo ut pulchritudine aedificio„ rum, e fluctibus ipsis emergen„ tium, jucundissimum praebet exte„ ris nationibus spectaculum, ita sa„ pientium mentes in se convertit, „ praeclara gravissimi senatus instituta „ suspicientium ... Neminem reperiri „ arbitramur, qui saltem Americae, „ Indis, Sinis, caeterisque novi orbis „ populis, cui nondum euangelii lux „ affulserat, jesuitas salutares fuisse „ perneget. Porro & Italia ipsa plura „ se eis beneficia debere profitetur. „ nam sacra accuratius coli, juventu„ tem sapientius institui, pietatis stu„ dia frequentius exerceri, jesuitis in „ eam rem alacriter incumbentibus, & „ pleraeque hujus provinciae civitates „ testificantur, & non pauci etiam ve„ strae ditionis homines palam fate„ buntur. &c. Dat. Romae apud S. Ma„ riam majorem &c. 14. aug. 1621. „ an. 1.

XXI. „ URBANUS PP. VIII. Dile„ ctis filiis Magistratui Sedunensi.

„ Dilecti &c. Ubi juventus litte„ rarum studiis excolitur, & pietatis „ artibus munitur, ibi plerumque vir„ tus floret, & felicitas conquiescit ... „ Ejusmodi prosperitate perfrui cupi„ mus civitatem sedunensem ... Nunc „ autem hortari vos decrevimus, ut „ sacerdotibus societatis Jesu colle„ gium aliquod in civitate vestra pa„ tefaciatis. eorum enim vigiliis ac „ virtutibus catholicam fidem armari „ videmus, juventutem vero ad prae„ claras artes ediscendas deduci. qua„ re existimatote, si pontificiae com„ mendationis rationem habere volue„ ritis, vos isthic gymnasium sapien„ tiae, & arcem pietati extructuros, „ paternas vero sollicitudines nostras „ non mediocriter consolaturos &c. „ Dat. Romae apud S. Mariam majo„ rem &c. 22. jun. 1624. an. 1.

XXII. „ URBANUS PP. VIII. Di„ lectis filiis Scultetis Landamannis & „ Senatui octo pagorum Helvetico„ rum catholicorum, videlicet Lucer„ nae, Uraniae, Subsilvaniae, Svi„ tii, Tugii, Friburgi, Salodori & „ Abbatiscellae, una cum catholicis „ Claronensibus ecclesiasticae liberta„ tis defensoribus.

„ Dilecti &c. Fortitudo & fideli„ tas Helvetiorum tanti fit in Europa, „ ut bellorum confectores, & custodes „ regnorum ex alpibus vestris idemti„ dem arcessantur. Non minori laude „ cupimus conventuum vestrorum con„ silia in romana ecclesia celebrari ... „ Stabulatur, ut scitis, in Vallesiae „ regionibus haeresis, pestis animo„ rum & fax seditionum ... Ne latius „ diabolicae illius pestilentiae conta„ gio serpat, enitendum nobis est. „ optimum autem gliscenti morbo re„ medium adhibebitur, si juventus „ vallesiana verae pietatis lac suget, „ & armatura lucis muniatur. pro„ pterea plurimum ejus salutem adju„ vari posse censemus, si sacerdotes „ societatis Jesu sedunensis magistra„ tus in eam urbem evocet. collegia „ eorum esse experimur gymnasia chri„ stianae sapientiae & propugnacula „ catholicae fidei. presbyteri enim illi „ publico bono nati pietatem discipli„ nis communiunt, panem angelorum „ frangunt esurientibus, nullumque „ recusare se profitentur aut laborem

„ aut

Digitized by Google

„ aut periculum, ut animarum incolumitati serviant &c. Dat. Romae apud S. Mariam majorem &c. 17. aug. 1624. an. 1.

XXIII. „ URBANUS PP. VIII. Dilectis filiis Magistratui Sedunensi.

„ Dilecti &c. Vallesianae nationis fortitudinem cum magni in Italia finitimisque regionibus fiat, cupimus non in terris modo, sed etiam in coelo triumphare. eveniet autem id perquam feliciter, si ea habebitur catholicae fidei propugnaculum, & terror impietatis haereticae ... Tantum nationi vestrae beneficium optantes, hortamur vos pro paterna nostra in sedunensem populum charitate, ut sacerdotibus societatis Jesu collegium in urbe vestra quamprimum extruatis. neque enim illi in ecclesiis latitant alienae salutis obliti, suae appetentes: sed juventutem docent, conciones habent, sacramenta ministrant, &, pietatem cum sapientia consocíantes, se non sibi, sed publicae utilitati natos profitentur. &c. Dat. Romae apud S. Mariam majorem &c. 17. aug. 1624. an. 1.

XXIV. „ URBANUS PP. VIII. Dilecto filio, nobili viro, duci Michelburgi.

„ Dilecte &c. Bellator in plausu Europae triumphans, promereris plane benedictionem coeli, dum tanto magnanimae pietatis studio extruere conaris in animis devictarum nationum non modo altaria, sed etiam propugnacula veritati orthodoxae .... Cum autem justam tanti beneficii spem extructam arbitreris in collegiis & seminariis societatis Jesu, pontificia laudatione coronamus tam gloriosi principis charitatem. Armamentaria coeli plane erunt ea gymnasia, in quibus sapientia religioni serviens gladios illos ancipites conflabit, quorum splendore daemones & haereses profligantur. ex litteris dilecti filii nostri cardinalis Barberini cognosces, quam propensa voluntate optimi Imperatoris votis & nobilitatis tuae consiliis faveamus &c. Dat. Romae apud S. Mariam majorem &c. 8. novembr. 1629. an. 7.

XXV. „ ALEXANDER PP. VII. Dilectis filiis, nobilibus viris, Bertuccio Valiero Duci, & Reip. Venetiarum.

„ Dilecti &c. Labores, quibus, uti fideles operarii in Christi vinea, societatis Jesu religiosi viri assidue exercentur, fructusque, quos, domino benedicente, ex illa percipiunt, nobilitatibus vestris probe cognitos ac perspectos esse non dubitamus. adeo enim uberes atque amplì sunt, ut bonus eorum odor longe se lateque diffuderit, & ad longinquas etiam remotasque regiones jam olim pervenerit ... Novit prudentia sapientiaque vestra, quanti intersit maxime lubricam incertamque adolescentium aetatem bonarum artium ac pietatis studiis innutrire ... In illa vero aetate gubernanda sanctissimisque praeceptis conformanda, jure nulli iis religiosis peritiores aut magis idonei esse existimantur; qui hac in re non exiguam vitae partem ponere plerumque solent, callentque jam longo usu atque exercitatione facillimas quasque atque utilissimas docendi praecipiendique vias; quodque maximi fieri debet, non minori cura pietatem Deique timorem, unde verae omnis sapientiae ac scientiae initium ducitur, quam litteras disciplinasque edocere satagunt &c. Dat. Romae apud S. Mariam majorem &c. 23. decembr. 1656. an. 2.

XXVI. „ ALEXANDER PP. VII. Dilectis filiis, nobilibus viris, Antianis & Vexilliero Reip. Lucensis.

„ Dilecti &c. Ea plane de spectato pietatis & religionis studio vestro persuasio nobis est, ut rationibus & consiliis, quae ad illas isthic „ augen-

Digitized by Google

quo tibi usui esse possim, ne parcas operae ac studio meo, qui

„ augendas, & ad posteros quoque „ propagandas, facere possunt, no„ bilitates vestras libenter assensuras „ esse, credamus. Porro autem huic „ rei vel maxime profecto conduceret „ in civitatem istam introductio so„ cietatis Jesu; cujus peculiare propo„ situm est lubricam juventutis aeta„ tem, quae disciplinis & rectore po„ tissimum indiget, eximiis morum „ & virtutum decoribus informare... „ Accedit egregia in omni optimarum „ artium genere eruditio & exquisita „ scientia ... quorum sane omnium „ edocendorum usus & ratio apud eos „ adeo conspicue floret, ut vix ho„ die ulla supersit ex praecipuis Ita„ liae & aliarum provinciarum catho„ licarum urbibus, quae patres socie„ tatis experiri non voluerit, experta „ non probaverit, & acceptiores cha„ rioresque in dies non habuerit &c. „ Dat.Romae &c. 14. febr. 1660. an. 5.

XXVII. „ INNOCENTIUS PP. XI. „ Charissimo in Christo filio nostro Leo„ poldo, Hungariae & Bohemiae regi „ illustri, in romanorum imperato„ rem electo.

„ Charissime &c. Societatem Jesu, „ cujus eximia erga ecclesiam Dei pro„ merita commemoravit majestas tua, „ praecipuo quodam paternae charita„ tis affectu prosecuti semper sumus. „ neque enim ignoramus, quae quan„ taque pro recta adolescentium insti„ tutione, pro assiduo catholicae fidei „ incremento, proque aeterna anima„ rum salute ejusdem societatis pa„ tres indefesso labore ac studio ubique „ terrarum agant &c. Dat. Romae &c. „ 25. iul. 1682. an. 6.

XXVIII. „ CLEMENS PP. XI. Vene„ rabili fratri Joanni, patriarchae Ale„ xandrino.

„ Venerabilis &c. Redeunti in „ istas partes dilecto filio Abrahimo „ de Anna, quem fraternitas tua Ro„ mam jampridem allegaverat, injun„ ximus, ut, apprecata tibi nostro „ nomine vera in domino salute, cer„ tiorem te reddat de peculiari ponti„ ficiae nostrae in te charitatis propen„ sione, quam sane non parum tibi „ conciliant humanitatis officia, qui„ bus a te excipi atque foveri audivi„ mus missionarios apostolicos, ac „ praesertim religiosos viros societa„ tis Jesu; quorum opera cum juven„ tutem istam bonis artibus ac disci„ plinis institui permiseris, commodo „ atque utilitati nationis istius prae„ clare consuluisti &c. Dat. Romae &c. „ 10. jul. 1705. an. 5.

XXIX. „ CLEMENS PP. XI. Sere„ nissimo, potentissimo ac magno do„ mino Czari & magno Duci Petro, „ universae magnae, parvae & al„ bae Russiae autocratori, nec non „ magnorum dominiorum orienta„ lium, occidentalium, & septem„ trionalium paterno avitoque hae„ redi, successori, domino & domi„ natori.

„ Singulari gaudio nos affecit su„ perioribus annis nobilis vir, dux „ borisius, Kurakinus, quem tunc „ majestas tua cum suis litteris ad nos „ allegavit. uberrima siquidem nobis „ reddidit testimonia tuae erga nos „ voluntatis egregiae atque praecla„ rae... Solatium porro longe majus „ ille nobis attulit, ubi insimul cer„ tiores nos fecit, constitutum tibi „ fuisse liberum & publicum catholi„ cae romanae religionis exercitium in „ universa tua amplissima ditione per„ mittere; immo jam permisisse, ut „ in civitate tua Moscua nedum fun„ daretur conventus ordinis fratrum „ minorum S. Francisci, Capuccino„ rum nominatorum, sed etiam eri„ geretur ecclesia & domus pro reli„ giosis viris societatis Jesu, una cum „ gymnasiis ad erudiendam bonis lit„ teris, ac imbuendam christianis mo„ ribus juventutem pernecessariis &c. Dat.

„ Dat. Romae &c. 12. maji 1717. „ an.17.

XXX. „ Clemens PP. XI. Dilectis „ filiis Vicecomiti majori, Scabinis „ & Consilio civitatis Dolae.

„ Dilecti &c. Cognita subreptio- „ ne, qua Simon Rochet sibi a nobis „ concedi obtinuit prioratum S. Simo- „ nis de Motha nuncupatum, aucto- „ ritate fel. rec. Gregorii XIII. prae- „ decessoris nostri jampridem isti do- „ lensi collegio societatis Jesu in per- „ petuum unitum, litterarum aposto- „ licarum ejusmodi provisionis execu- „ tionem illico inhibuimus ... Haec „ autem omnia prompto libentique „ animo peregimus, tum ut justitiae, „ cujus apostolica sedes religiosissima „ cultrix est, satisfaceremus, tum „ etiam ut luculentius in dies testa- „ tum omnibus esset, memoratam so- „ cietatem Jesu a nobis summopere di- „ ligi, ob sedulam strenuamque ope- „ ram, quam in procuranda ubique „ aeterna animarum salute, catholi- „ cae religionis incrementis promo- „ vendis, ac juventute christianis mo- „ ribus bonisque artibus instituenda, „ ponere probe novimus. Eodem por- „ ro honoris & gratiae loco ipsam so- „ cietatem apud vos quoque esse, im- „ pense gaudemus; cupimusque pla- „ ne vehementer, ut, quoad vobis „ licuerit, ejus jura tueri nunquam „ intermittatis; praesidioque vestro „ antedictum in primis collegium a „ molestiis, quibus exagitatur, eri- „ pere omni studio curetis. Id vero „ quantopere nobis gratum futurum „ sit & acceptum, re ipsa experiemi- „ ni, cum occasiones suppetent de „ vobis bene merendi &c. Dat. Ro- „ mae &c. 14. dec. 1717. an.17.

XXXI. „ Clemens PP. XI. Charis- „ simo in Christo filio nostro Augusto, „ Poloniae regi illustri.

„ Charissime &c. Quibus par erat „ honoris pontificiaeque charitatis si- „ gnificationibus nuper excepimus di- „ lectum filium, nobilem adolescen- „ tem, Joannem Georgium de Thes- „ chen, majestatis tuae natum, q... „ ad almam hanc urbem nostram mit- „ tendum duxisti, ut illius ingenium „ in Seminario romano litterarum stu- „ diis excolatur, bonisque artibus & „ consentaneis christianae pietatis mo- „ ribus instituatur. Laudamus qui- „ dem summopere consilium tuum. „ nam, etsi communis omnibus pa- „ rentibus esse debeat cura liberos „ recte pieque educandi, multo ta- „ men major incumbit regibus, quo- „ rum nati praesidium & fructum „ uberrimum ecclesiae Dei afferre pos- „ sunt. hunc sane fructum nobis me- „ rito pollicemur tum a praeclara, „ quam in eodem Joanne Georgio per- „ speximus, indole atque modestia „ singulari, tum etiam ab optima di- „ sciplina & institutione religiosorum „ virorum societatis Jesu; quibus „ eum impense commendavimus &c. „ Dat. Romae &c. 25. nov. 1718. „ an.18.

XXXII. „ Benedictus PP. XIV. „ Ad perp. rei mem.

„ Constantem omnium sensum, „ pontificio etiam confirmatum oracu- „ lo, omnipotentem nimirum Deum, „ sicut alios aliis temporibus sanctos „ viros, ita Luthero ejusdemque tem- „ poris haereticis S. Ignatium & insti- „ tutam ab eo societatem objecisse, „ adeo religiosi ipsius societatis alu- „ mni, luculentissimis tanti parentis „ vestigiis insistentes, per assidua re- „ ligiosarum virtutum exempla, & „ praeclara omnium doctrinarum, ac „ praesertim sacrarum, documenta „ comprobare pergunt, ut, quemad- „ modum non mediocre ad gravissimas „ catholicae ecclesiae rationes salu- „ berrime accurandas, componendos- „ que mores, atque in bonis artibus „ instituendos adolescentes, subsidium „ conferre satagunt, ita nova aposto- „ licae benignitatis argumenta prome- „ reri videantur .. satis enim superque „ compertum est universis atque ex- „ ploratum, quibus per omne tempus „ religiosis viris, & christiana pieta-

qui te merito tuo unice diligo. Vale. Romae. prid. Kal. decembris. M. D. LX.

„ te & omnium disciplinarum splen-„ dore & multiplici litterarum co-„ gnitione aeternaeque Christifidelium „ salutis zelo commendatissimis, ad-„ dictissima huic sanctae sedi ipsa Jesu „ societas locuples adhuc, veluti ge-„ nerosa mater, non immerito gloria-„ tur. Nos sane, qui eapropter sem-„ per plurimi fecimus, atque, in su-„ prema hac sacrosancti apostolatus „ cathedra plane immerentes per inef-„ fabilem divinae bonitatis abundan-„ tiam sedentes, majori in honore lau-„ datam societatem habemus, decet, „ ut perenni etiam nostrae charitatis „ auctoritatisque apostolicae testimo-„ nio eamdem donemus &c. Datum „ Romae apud S. Mariam majorem. „ sub annulo Piscatoris, die 24. apr. „ 1748. Pontificatus nostri an.8.

XXXIII. „ BENEDICTUS PP. XIV. „ Ad perp. rei mem.

„ Praeclaris romanorum pontifi-„ cum, praedecessorum nostrorum, de „ inclyta societate Jesu benemerentis-„ simorum, vestigiis insistentes, eam-„ dem societatem, cujus religiosi alu-„ mni Christi bonus odor sunt & ubi-„ que gentium habentur, ex eo prae-„ sertim quod, ut adolescentes, ad „ eorumdem sacras aedes & scholas „ accedentes, tam in bonarum artium, „ doctrinarum ac disciplinarum stu-„ diis, quam in christianae religionis „ ac pietatis operibus & exercitatio-„ nibus erudiantur, omnem operam „ studiumque impendere, magno cum „ eorumdem adolescentium profectu, „ pergunt, novis nostrae etiam pon-„ tificiae benignitatis testimoniis cu-„ mulare nos non dubitamus. &c. „ Dat. Romae apud S. Mariam majo-„ rem sub bulla aurea. an.incarn.do-„ min. 1748. 5. Kal. octobr. Pontific. „ nostri an.9.

Horum mihi tam multorum tamque insignium, de societatis Jesu, in *juventute litteris ac probis moribus instituenda*, facultate, testimoniorum recensendorum occasionem quidem non dissimile Truchsesii nostri in sua ad Stradinium epistola testimonium sane idoneam atque aptam (quam tamen potuissem ac certe voluissem praetermittere, praesertim ad reliquas Pogiani epistolas properans) attulit; contraria vero ejus, quem supra significavi, obtrectatoris in suo illo libello testificatio plane necessitatem imposuit: cui propterea possim ac fortasse etiam debeam cum beato Paullo dicere: *Factus sum insipiens; tu me coëgisti*.

C I.

Otho Truchses Card. Augustanus Archiepiscopo Coloniensi.

Archiepiscopi postulata a pontifice max. se impetrasse, significat, & ad adjuvandum concilii tridentini negocium cohortatur. 30.nov. 1560.

ETSI quicquid indulti & singularium, ut nunc vocant, gratiarum nomine continetur, novo decreto a pontifice max. universe sublatum est, tamen est factum mea deprecatione, ut tui

Digitized by Google

tui & collegarum electorum ratio haberetur; quibus, quam antea habebant hac in re ab apostolica sede facultatem, eam uti retinere possint, ipsius sanctissimi domini nostri concessu permissum est: qua de re misi ad consiliarios meos, ut primo quoque tempore pontificias literas ad vos perferendas curarent. factum arbitror; ut te, antequam literas (a) accipias illas putem legisse. quamobrem non est, ut verearis, ne valeant, quae contulisti in eruditos istos & pios viros, quos scribis, ecclesiastica beneficia. rata & grata sunt ea sanctissimo domino nostro; cui nota est etiam tua pietas & summa cura de religione; quam suis optimis consiliis & institutis de concilio habendo, deque restituenda catholica disciplina, non mediocri adjumento fore, sperat. quare te etiam magnam spem habere velim, futurum, ut brevi numerus haereticorum, quem augeri scribis, Deo approbante, imminuatur. initur enim ea ratio, ut pristinus reddatur honos pietati ac religioni. quod ut tibi jucundissimum esse intelligo, tuisque collegis, amplissimis & optimis viris, sic eosdem operam, studium & facultates suas ad praeclaram hanc sanctissimi domini nostri voluntatem collaturos esse confido. de me autem polliceor tibi operam ac diligentiam meam singularem in omnibus rebus, quas ad tuam utilitatem dignitatemque pertinere arbitrabor. quod non solum postulat a me ratio officii mei, sed etiam flagitat eximius quidam amor erga te, quem cupio incolumem esse. Vale. Romae. pridie Kal. decembris. M. D. LX.

(a) Contra hunc locum mendi notam in nostri exemplaris margine adscripsit Gratianus. mihi etiam mendosus videtur. sententia quidem aliquid hujusmodi postulare videtur: *ut te, antequam has meas accipias, pontificias illas putem legisse.*

C I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Maximiliano Regi. (a)

6. dec. 1560.

Commendonum, pontificis max. Nuncium, commendat.

Mittit sanctissimus dominus noster primum ad caesarem; deinde ad omnes inferioris Germaniae principes interpretem hunc & internuncium voluntatis & consiliorum suorum de

(a) Edidi hanc epistolam Florentiae anno 1745. inter adnotationes ad Gratiani opus *De scriptis invita Minerva* vol. II. pag. 15. Pagina autem ejusdem voluminis sexta habes mandatorum seriem (quam *instructionem* appellant) a pontifice max. Commendono, suo ad caesarem atque inferioris Germaniae

de sacro concilio Joannem Franciscum Commendonum episcopum (*b*); quem etsi scio cum ipso officio, tum suis actionibus tibi gratum & jucundum fore, tamen postulat a me singularis b

 mea

maniae principes nuncio, illi nimirum ipsi, qui hisce litteris Maximiliano, Bohemiae regi, a Truchsesio commendatur, datorum: quae supervacaneum visum est heic describere. inde, siquis cognoscendi est cupidus, petat.

(*b*) Commendoni episcopatus qui fuerit, quando initus, quo tempore dimissus, dicendum est. Gratianus libro I. de *Vita* Joannis Francisci Commendoni cap.14. *Primis*, inquit, *pontificatus* (Paulli IV.) *diebus ignarum* (Commendonum), *non solum non petentem*, ZACYNTHIORUM EPISCOPUM *designavit* (idem Paullus), *venetorum legato coram, honorifica oratione prosecutus. abnuentem, seque imparem ferentem pontifex osculatus admonuit, honores pari pudore recusaret ac peteret . . . Cum episcopatu beneficium ei in veronensi agro dedit; cujus annuum vectigal erat quingentorum aureorum nummum*. At de eodem Commendoni episcopatu Latinus Latinius viterbiensis in litteris, ad Andream Masium Roma IV. Kal. nov. an.1554. datis, &, inter ejus epistolas, ibidem an.1659. editas, relatis pag.231. *Commendunius*, inquit, *noster valet, triduoque ante Zacynthi episcopus declaratus, altero etiam Vincentiae sacerdotio auctus, sexcentis aureis nummis locupletior est factus*. De re modo cum Gratiano Latinius consentit; de rei adjunctis magis dissentire non potest. de sacerdotio veronensi, de ejus sacerdotii vectigali, de tempore, quo Commendonus designatus est episcopus, denique de ipso pontifice, qui eum episcopum designavit, ab eo longe alia traduntur, nam, quem Gratianus a Paullo IV. primis sui pontificatus diebus (fuit autem Paullus die 23. maji an.1555. pontifex renunciatus) episcopum designatum ait, eum Latinius mense octobri anni 1554. (quo mense atque anno ejus illae litterae datae conspiciuntur) declaratum episcopum tradit: quo eodem mense atque anno pontificatum maximum non Paullus IV. sed Julius III. gerebat. Omnino mihi persuasum est, in adscriptione Latinii litterarum non ab ipso, sed a typographo esse peccatum, & pro anno 1555. annum 1554. mendose esse perscriptum. de vincentino autem sacerdotio, deque ejus sacerdotii vectigali quae Latinius contra Gratiani testimonium tradit, ea ipsius peccata puto. in quo facile fuit errare homini, vulgi sermonem ac rumores in re, tum recenti, minimeque ab eo quaesita atque explorata, ut fit, sequuto. At vero in mensis designatione Latinio potius credendum, quam Gratiano, ob eam ipsam recentis rei rationem censeo. si enim Commendonus mense majo episcopus a Paullo IV. designatus fuisset (id, quod Gratiani verba significant), Latinio numquam venire in mentem potuisset illa extremo demum octobri scribere *Commendonus . . . triduo ante Zacynthi episcopus declaratus est*. contra Gratiano, qui illa de Commendono amplius triginta, postquam acciderant, annis scribebat, facile fuit in re & vetustioris memoriae, nec admodum insigni, labi, & episcopum primis pontificatus Paulli IV. diebus designatum fuisse scribere eum, qui designatus non nisi primis illius pontificatus mensibus fuerat. Hactenus de Commendoni episcopatu inito: nunc de dimisso dicam, sive potius dicentem eumdem Gratianum inducam. is igitur libro I. ejusdem *Vitae* cap.17. & lib.II. cap.1. *Bona*, inquit, *cum pontificis* (Paulli IV.) *venia anno insequenti 1559. ab urbe Venetias discessit, inde Zacynthum ac* *Caepha-*

mea in illum benevolentia, ab egregia ejus virtute profecta, & summo quodam studio in germanicam nationem, ut eum commendem quoque literis meis. commendo igitur eum tibi sic, ut magis ex animo commendare non possim; affirmoque, neminem fortasse esse aut pluribus animi & ingenii ornamentis praeditum., aut religionis magis colentem, aut tui observantiorem, aut denique ad res agendas, tractandosque hominum animos commodiorem, quam illum. quare a te precibus omnibus peto, ut virum hunc & doctum & bonum & prudentem, tum his, tum mea etiam causa, benigne complectaris. magno enim me beneficio affeceris: cui perpetuam observantiam & fidem meam commendo, & salutem precor. Roma. VIII. idus decembris. M. D. LX. (c)

CIII.

Caephaleniam, quarum insularum episcopus erat, transmissurus. verum, dum ibi tempestatem ad navigandum idoneam opperitur, ad XV. *Kal. sept. Paulus IV. decessit... Commendonus, omisso consilio in Graeciam navigandi, Romam est reversus, eo animo, ut successorem sibi in episcopatu a novo pontifice impetraret. retinuerant enim eum in Italia sui, nec passi trajicere Zacynthum fuerant. quid enim longinqua atque inopi in insula, inter paucos & sordidos graeculos, incultam desertamque ab amicis vitam ageret, ut maris & navigationis incommoda non extimesceret? Ipse, si non eundum sibi, ne habendum quidem episcopatum statuit. Romae post quartum demum interregni mensem renunciatur pontifex Joannes Angelus Medices mediolanensis, qui Pii IV. nomen accepit. ab eo facile impetratum, ut alius episcopus zacynthiensibus praeficeretur, arbitriumque deligendi Commendono ipsi permissum; quem etiam honorifica oratione Pius est prosequutus, virum talem Romae ad usus reipub. retinendum ferens.* Quibus ex verbis intelligimus, haud ita multis post initum a Pio IV. pontificatum maximum mensibus, hoc est intra annum a Chr. nato 1560. Commendonum sese episcopatu abdicasse. mense quidem martio ejus anni ineunte, id eum nondum praestitisse; sed de eo cogitasse atque egisse, didici ex Latinii ad Masium litteris, die 4. mart. 1560. datis, & in secundo ejus epistolarum tomo, Viterbii an. 1667. edito, recensitis, in quibus, *Commendunus*, inquit, *nunc dat operam, ut, quam jampridem ecclesiam administrandam suscepit, ejus curatio alteri demandetur*. Haec autem curatio cui fuerit demandata, intelligimus ex catalogo episcoporum, qui, a Pio IV. creati, concilio tridentino interfuerunt; inter quos recensetur *Joannes Petrus Delphinus venetus, ordinis canonicorum regularium, episcopus Zacynthi & Cephaloniae secundus*. At vero, post abdicatum etiam episcopatum, episcopus appellari Commendonus non desiit, nisi anno 1565. quo cardinalis est factus.

(c) Haec epistola caeteraeque de Commendono, octavo idus, hoc est sexto decembris die, anno 1560. datae, minime dubitandum est, quin ipsi Commendono traditae a Truchsesio Romae fuerint, ad eos, ad quos scriptae erant, perferendae. eo igitur ipso die erat etiam tum Romae Commendonus. sed & post eum diem aliquamdiu ille Romae constitit, nec, nisi decimo quarto vel tertio ejusdem mensis, inde discessit. Latinius enim litteris, ad Hosium die 21. dec. 1560. Roma datis, *Commen-*

Commendonus, inquit, *legationem ad Germaniae principes omnes, synodi Tridentum revocandae causa, suscepit. is autem ante dies octo profectus est recta prius ad caesarem*. Quorsum haec? ut intelligatur, mendose adscribi diem VI. decembris & annum M. D. LX. epistolae cardinalis Borromaei, Roma ad Hosium Viennam datae, quae in *Tabul. eccl. rom.* pag. 127. exhibetur hoc exordio: *Reverendus episcopus Commendonus istuc pervenisse jam debet, & cum meis litteris exposuisse reverendae dominationi tuae mandata, quae habebat*. Qui Roma nondum die sexto decembris, immo ne aliquot quidem post diebus, ex Truchsesii & Latinii testimonio, discesserat, qua ratione eum Viennam jam pervenisse, eo ipso die sexto Romae scribens Borromaeus affirmare aut suspicari poterat? Omnino illi epistolae adscribendus est dies sextus non decembris, sed januarii, neque annus 1560. sed 1561. Et certe, Commendonum die ineuntis anni 1561. tertio Viennam pervenisse, binae ejus apud me litterae, alterae ad card. Borromaeum, alterae ad card. Moronum datae, declarant: ut ratio itineris Commendoni & adventus ejus Viennam Borromaeum, die illo januarii sexto scribentem, non fefellerit. sed idem, illo novi anni initio scribens, & suspenso animo multisque occupationibus cum publicis tum privatis distracto, atque etiam festinanter scribens, credendus est proxime praeteritum annum atque mensem, lapsu propter consuetudinem superioris temporis admodum facili atque usitato, pro praesenti anno atque mense adscripsisse.

CIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Paulo Hebero. (a)

a f. 6. dec. 1560.

Idem argumentum.

CUM mihi dubium non esset, te ex eorum esse numero, qui intestinis malis Germaniae nostrae, quae ex perturbatione disciplinae veteris & sectarum varietate profecta esse non ignoras, maxime commoventur, ne dubitare quidem potui, si qua via iniretur religionis istic concordiaeque constituendae, fore, ut rem consilio, opera, opibus denique tuis omnibus adjuvares. scito igitur, Pium IV. pont. max. divino plane consilio ad eam voluntatem incubuisse, nihil ut praetermissurus sit, quo pax, otium, salus cum universae christianae reipublicae, tum vero maxime germanicae nationi pariatur. ea nunc de re mittit Joannem Franciscum hunc Commendonum episcopum, venetum hominem, ad caesarem & ad Germaniae principes; cujus viri singularem probitatem, pari doctrina, prudentia & humanitate conjunctam, amor & studium erga germanos facile superat. quamobrem peto a te majorem in modum, ut,

(a) Huc ego hanc epistolam conjeci, non temporis adscriptione, quae nulla in ea est, sed argumento sententiaque ejus admonitus. quod jure factum, qui eam post superiorem legerit, judicabit.

ut, quibuscunque rebus juvare poteris, aditus ejus & progressus ad causam, consilia, officia, tempora juves; neque desis homini, omnibus animi & ingenii bonis ornatissimo, nationi nostrae (quod mox intelliges) perutili ac salutari. nulla, mihi crede, re unquam aeque atque tuo in eum officio delectabere. mihi certe gratissimum feceris: de quo habebo tibi maximam gratiam. Vale.

C I V.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

f. 6. dec. 1560.

Idem argumentum.

JOannem Franciscum Commendonum episcopum, quo pontifex maximus, bonis omnibus approbantibus, interprete & internuncio uti voluit voluntatis & consiliorum suorum de publico christianae ecclesiae concilio ad caesarem & ad Germaniae principes, si tibi commendem, amicitiae vestrae (a), si laudem apud te, singulari tuo judicio injuriam faciam. tantum igitur & tibi gratulabor his literis, cui, tum tua tum reipublicae causa, ejus viri legationem omnium gratissimam & jucundissimam esse, intelligo, & significabo, nihil, mea quoque sententia, causae nostrae eo in genere opportunius aut utilius fieri potuisse. peto igitur a te, in eo viro complectendo, ut summi etiam mei tum in te tum in illum amoris recordere. Vale. Romae. VIII. idus decembris. M. D. LX.

(a) *nostrae* exempl. Gratianus emendavit.

C V.

Otho Truchses Card. Augustanus Georgio Majori. (a)

f. 6. dec. 1560.

Idem argumentum.

MAjor tibi jandiu facultas data non est eodem tempore de christiana ecclesia, de Germania nostra, de excellenti virtute bene promerendi, quam nunc offeratur ac detur adventu ad vos Joannis Francisci Commendoni episcopi, cum optimi ac religiosis-

(a) Hanc etiam epistolam, etsi nullo certo tempore notatam, huc pertinere, manifestum ex superioribus literis est.

giosissimi viri, tum doctissimi & humanissimi hominis; germanicae autem nationis ita studiosi, ut, qui de ejus dignitate ac salute magis laboraverit, neminem hinc putem in Germaniam memoria nostra legatum fuisse. is Pii pontificis jussu conveniet caesarem ac Germaniae principes, ut ejus curam ac mentem omnem, in communi ecclesiae, in primis vero Germaniae nostrae, incolumitate fixam & locatam, illis ostendat, doceatque eos de saluberrimis ipsius pontificis max. consiliis, deque salutari ratione publici christianae ecclesiae concilii. huic ornatissimo viro, christianam causam, & plane germanicam, agenti, vehementer a te peto, uti operam, quam poteris, naves; rationem, quam noveris rei accommodatam, indices; aditum patefacias ad eos, per quos & recte institui negotium, & commodissime agi, & ex sententia confici possit; omnium mores & studia, quibuscum agendum sit, pro virili parte demonstres. nihil enim facere potes, quod Deo gratius sit, genti nostrae utilius, te denique dignius. a me certe maximam ea re gratiam inibis.

C V I.

Otho Truchses Card. Augustanus Georgio Sabino.

Idem argumentum. 7. dec. 1560.

SI tibi spes ostentetur boni alicujus, quod non solum ad te, sed ad patriam ac gentem nationemque tuam perventurum sit, cum summa laetitia jucundissimi nuncii afficiére, tum in eum, qui tanti gaudii causam afferat, etiamsi omnia officia contuleris, tamen expleri non poterit amor & studium tuum. venit igitur in Germaniam, missu pontificis maximi, Joannes Franciscus Commendonus episcopus ad caesarem & ad provinciae principes, ut eos doceat de summa ejus voluntate securitatis ac tranquillitatis praestandae (a) cum toti reip. tum vero maxime a
Germaniae nostrae: in cujus cogitatione securitatis ac tranquillitatis ita infixus est pontifex maximus, ut, si eam vita sua mercari posse speret, non dubitanter occumbat. habes certissimum consilium pontificis. consilii autem & voluntatis ejus interpres & internuncius est is, quem dixi; in quo cum sit eximia vitae ac doctrinae laus, mirifica praeterea morum suavitas, & ingenii

(a) Hanc vocem *praestandae* cum reliquis ad *ita infixus* omittit nostrum exemplar; in cujus margine mendi notam Gratianus adscripsit. addidi eas ego ex codice vaticano: in quo tamen pro *toti reip.* mendose legitur *totae rep.*

genii commoditas, illa omnia cumulantur summa quadam hominis benevolentia in gentem nostram, & incredibili cupiditate germanicae pacis & quietis. huic tali ac tanto viro, sic in nos omnes animato, libentissime, puto, & offeres & praestabis omnia, quaecunque studio, opera, consilio, diligentia tua consequi poteris. quod cum feceris, cum officio functus fueris optimi & ornatissimi hominis, tum me etiam magno beneficio devinxeris. Vale. Roma. VII. idus decembris. M. D. LX.

C V I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Julio Episcopo
a Numburgensi. (a)

21. dec. 1560. *Stephani Agricolae, ad catholica sacra reducis, familiam Augustam deduci, & itineris sumtus ab episcopo suppeditari, vult.*

b VEnit ad me Romam accersitu meo Stephanus (b) Agricola; cujus religionem & submissionem animi, plane christianam, cum multorum gravium virorum testimoniis commendatam, tum a me ipso cognitam habeo. hunc, quia sic intelligo postulare ejus rerum statum, apud me magna ejusdem voluntate esse volui: qui quoniam tui est observantissimus, seque tibi multum debere profitetur, ego, qui illum amo merito suo, maximam quoque eidem tibi habeo gratiam; optoque & a te
c vehementer peto, ut vetera (c) tua in Agricolam merita nova
d hac accessione cumulare (d) velis, ut ejus familiam per tuos & adduci in eam sententiam (si forte ab ea ratione, circumventa haereticorum artificiis & consiliis, abhorreat), ut Augustam se conferat, & eodem deduci jubeas, juvesque, si opus fuerit, viatico, dum eo pervenire possit. quicquid enim in illam contuleris, id tibi bona fide Augustae reddetur: ubi ego eandem familiam recte & excipiendam & collocandam curavi, eam curam & cogitationem suscipiente Canisio. hoc facto tibi jam antea

tea

(a) Edidit ante nos hanc epistolam Cyprianus in *Tabul. eccl. tom.* pag. 550. & Stephani Agricolae ad eumdem hunc Julium Pflugium, naumburgensium episcopum, aliam pag. 547. cui de ipso Agricola commentariolum subjecit: tertiam denique Canisii, item ad Pflugium, pag. 551. de hoc ipso Agricola agentem. Ad Agricolam autem a Truchsesio datas litteras, quibus eum Romam evocabat, dedimus supra die 27. jul. 1560. quarum initium est *Summa caelestium*.

(b) *magister Stephanus* Tabul.

(c) *caetera* id.

(d) *cumulari* id.

tea obligatum Agricolam maxime obstringes; me, tui studiosissimum, magis etiam devinctum habebis; a Deo certe summam gratiam inibis. Quoniam vero ab eodem Agricola multo uberius & melius cognovi consilium tuum, quam (*e*) antea feceram, te rogo, ut rem omnem reique causam, verissime plenissimeque expositam & explicatam, huc perferendam cures. nam, etsi paene nova est ista ratio adjutoris (*f*), propptereaque summam per se habet difficultatem, tamen, propter eam cautionem, ne episcopatus ab haereticis occupetur, fortasse aliquid fieri possit. ego certe omnem operam, diligentiam ac studium meum adhibebo & in ea re & in omnibus, quas ad tuam utilitatem dignitatemque pertinere intelligam: quem Deus servet incolumem. Romae. XII. Kal. jan. M. D. LX.

(*e*) *quae* id. (*f*) *coadiutoris* id.

CVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Jacobo Zimmermano (*a*) Dantiscano.

Gratum ejus animum laudat, &, in proxima concilii tridentini convocatione spem se habere de haereticorum salute, dicit. 21. dec. 1560.

QUam tu istam, christiano homini necessariam, grati animi virtutem colas, ex eo intelligo, quod te mihi, a quo nihil habes, praeter exploratum amorem ac studium in te meum, tantum debere praeteferas. quo major etiam mihi, in summa mea ejus rei voluntate, quodammodo necessitas imponitur de te benemerendi; quam facultatem, cum dabitur, non praetermittam. interea tibi gratias ago, qui me de statu rerum vestrarum certiorem feceris. quas res etsi perditas paene esse

(*a*) Agitur de hoc Zimmermano in Gratiani *Itinerario prussico* anni 1564. quod est apud me manuscriptum, his verbis: *A li 17. di maggio la mattina, essendo pur gran vento nel fiume (Vistula) monsignore (Commendone) ordinò, che parte de la famiglia con le robe se ne venissero per barca a Danzich al meglio, che potessero; & esso con tre cocchi presi dal vescovo (di Culma) se n'andò a Danzich sei leghe: & vi arrivammo poco dopo mezzo giorno. quì trovammo messer Jacomo Cimmermanno, canonico di Varmia, & cittadino di Danzich de' principali; un fratello del quale è console & thesoriere de la città. questo canonico era stato mandato dal card. Varmiense, acciò che tenesse compagnia a monsignore in quella città, & fin' a Varmia; dove esso cardinale aspettava la sua venuta.* De eodem Zimmermano agitur in epistola *Non sum passus* d. 15. maji 1560.

esse video ex tuis literis, tamen, quia Deo nihil est desperatum, qui lapidibus etiam fidem ingenerare potest, & ipse spem aliquam habeo de salute istorum, hac praesertim instauratione & convocatione publici christianae ecclesiae concilii. id enim remedium divinitus inventum est iis venenis, quae communis Dei & hominum hostis toto paene terrarum orbe dispersit. in cujus concilii peragendi voluntatem divino impulsu (*b*) incumbentem habemus pontificem maximum, approbantibus summis christianae reipublicae principibus; ut confidendum sit, fore, ut haeretici aut recognitis suis sceleribus in gratiam redeant cum sanctissima parente ecclesia, aut condemnati impietatis, consentientibus regibus, poenas pendant. eadem est, mihi crede, Dei infinita potentia, quae semper fuit, eadem cura ecclesiae; cujus injurias, cum minime flagitiosi homines arbitrantur, maxime vindicare solet. te quidem vehementer laudo, qui te, tanquam alterum Loth, in ista Sodoma purum integrumque serves. pro qua pietate ac religione cum a Deo ipso aeternae beatitudinis praemium, tum a bonis ac piis omnibus & gratiam & laudem consequéris. perge igitur; & ad me, cum poteris, de rebus istis omnibus scribe diligenter: erunt enim mihi tuae gratissimae literae. Vale. Roma. XII. Kal. januarii. M. D. LX.

(*b*) *impulsum* exempl. Gratianus emendavit.

C I X.

Julius Pogianus Francisco Davanzathio.

21. dec. 1560. *Propter multiplices urbanae vitae molestias, aliquo avolare cupit. Nonnulla de Sirleto, de Faërno, de Aldobrandinio, de Tectio, de Sigonio addit.*

In summo tui desiderio parique satietate urbis urbanarumque molestiarum (*a*), quibus effectum est, ut me librorum ac literarum odium paene ceperit, magnae mihi levationi fuit epistola tua, plena suavitatis, humanitatis, studii, amoris erga me tui. requisivi enim te semper ex eo tempore, quo a nobis profectus es; quem unum maxime omnium socium & comitem esse cupiebam discessus ex urbe, itinerum ac fortunarum mea-

(*a*) Mallem *rerum*. nam *molestiarum satietatem* dici, rectum non puto. satietas enim eorum est, quae jucunda aliquando vel certe non injucunda fuerunt. molestiae autem, siquidem molestiae sunt, numquam possunt esse aut jucundae, aut vero etiam non injucundae.

mearum. nam, quod futurum jam tum, cum hic esses, praesentiebat animus meus, in malis sane divinus, multae mihi causae acciderunt evolandi hinc, eoque penetrandi, quo vix loci hujus fama perveniret (*b*). b propterea (tute scis) in nostris congressionibus & collocutionibus inculcabam fere profectionem aut navigationem aliquam: Cretam, Cyprum, atque aliam quamvis longinquam & reconditam insulam anteponebam his honorum amplissimorum & pontificatus max. sedibus. sed tu, sive jocari tum putasti me, sive ab ejusmodi consilio abhorruisti, accepisti conditionem (*c*) nobilis juvenis ejus, apud quem es; c

(*b*) *pervenerit* exempl. Emendavi.

(*c*) Davanzathius operam suam erudiendo nobili cuidam adolescenti sive Patavii, sive potius Venetiis, locarat. Venetiis quidem datae ab eo, die 10. aug. 1555. ad Sirletum litterae exstant in codice vaticano 6189. pag. 18. quas, certe non injucundas lectoribus nostris futuras, heic exhibemus.

Al Molto magnifico Messer Guglielmo Sirleto ... A Roma. In Borgo vecchio nelle case dei sign. Alessandro Cervini.

Molto magnifico signor mio. Il non havergli scritto insino a hora dopo la mia partita da lei, non credo, che appresso V.S. mi habbia dato colpa veruna, essendo quella discreta, e considerando i travagli e fastidj, in che l'huomo si truova, quando fà qualche mutatione, e massimamente della sorte, ch'è stata la mia. Ma confesso bene, che s'io fossi stata più a far questo uffitio, mi harebbe parso mancar del debbito mio, come in fatti harei mancato. Io nel mio viaggio passai per Firenze, dove mi fu molto caro trovare messer Pier Vettori, il quale dua dì dopo la mia giunta arrivò: non essendo egli andato insino a Vinetia, per haver trovato per strada monsignor della Casa. il qual messer Piero mi parlò più d'una volta di V.S. dicendo, che si rallegrava molto di haver trovato in quella, oltre l'altre mirabili virtù, che essa ha, una mirabilissima fortezza d'animo; havendo V.S. fatto così gagliarda resistenza al dolore causato dal gran comune e particolar suo danno; al quale egli per la sua parte diceva non haver potuto in modo cedere (fort. *resistere*. significatur autem praepropera Marcelli II. mors), *che ancora non n'havesse una grandissima parte. ma circa a questo basta. è un mese e poco più, ch'io arrivai quì, dove son stato, e sono al presente accarezzato da questi gentilhuomini, appresso i quali sono, conformemente all'ottima fama, ch'io di loro haveva costì intesa. Siamo stati in Padova circa a venti giorni; onde poi per sospetto della peste, la quale ancora fù qualche danno, ci siamo partiti circa dieci giorni fà: talchè hora mi truovo quì in Vinetia, e nella maggior quiete che mai, per la Iddio gratia; & ho tempo, quanto voglio, di studiare. ma perciò non resta, ch'io non habbia un grandissimo martello di V.S. ricordandomi, quando io mi trovava con lei, del piacere & utilità, ch'io cavava da i suoi non men dotti, che dilettevoli e prudenti ragionamenti, de i quali hora son privo. e, se non fosse la speranza, ch'io ho di rivederla di quì a qualche anno forse in miglior fortuna dell'uno e dell'altro, che non è stata quella del passato, la sua privatione mi sarebbe quasi impossibile a tolerare. Vorrei saper da V.S. chi fu quel gentilhuomo vinetiano, il quale non sò quando, secondo ella una volta mi disse, richiese V.S. se voleva venir quì alla cura della libreria: e quanto tempo è, che fù questo: e quanto salario gli fù offerto; e di lì a quanto tem-*

quae tibi res si bene procedit, ex animo gratulor. Ego susceptum paulo ante (*d*) scribendi laborem sum persecutus: in quo, praeter ineptias innumerabiles & ipsam barbariem, quae mihi devoranda est, opprimor negotii magnitudine. nam, qua is (*e*) est ambitione, cui operam locavi meam, & sexcentis literis necesse habeo respondere, & multos praeterea lacessere epistolis. & sunt quaedam domestica, quae pudet me scribere; eos, qui illa vel non animadvertunt vel dissimulant, non pudere, demiror. sed, quoniam incommodis conjuncta est indignitas, diutius ea perferre non possum, nec, si possim, velim. Accedit eo, quod, ne dejicerer de beneficii possessione, quod in me pensionis nomine contulerat Hieronymus Dandinus cardinalis, sponte decessi. &, ut scias, inventa est, illo mortuo, captio quaedam in formula supplicis libelli, qui ejus cessionem continebat, quae rem omnem revocarit in dubium. quamobrem, de sententia Marci Antonii Hortensii, qui, quantum (*f*) sit in illis tendiculis aucupiisque verborum, bene novit, transegi quingentis aureis nummis potius, quam cum pecunioso, eodemque gratioso adversario, judicio contenderem. ubi est illud patrocinium aequitatis, cujus olim domicilium Romae fuit? nam,

mihi

to tempo gli disse, che harebbono vo'uto, che V.S. fosse venuto quì a pigliar l'uffitio. delle quali cose tutte ella mi farà singolar gratia a darmene particolare avviso: che, per servire un mio amico, m'importa a saperlo. & a V.S. anco piacerà avvisarmi, quale è al presente il suo stato, e se si truova ancora, dove la lasciai: perchè l'amore, ch'io gli porto, mi fà desideroso di saperlo. Messer Paolo Manutio circa a quindeci dì fà si partì di quì per alla volta di Bologna. Messer Michele Sofiano si raccomanda pure assai a V.S. e se io di quà posso servirla a cosa alcuna, quella mi farà favore a comandarmi. e sia contenta, quando vede il Faerno, messer Giulio, e il P. Ottavio, di raccomandarmi a lor signorie. e rispondendo V.S. indrizzerà le lettere quì a piè del ponte de' berettari alla libreria dell'albero. nè altro. a V.S. mi raccomando. Di Vinetia a lì 10. di agosto 1555.

Di V.S. Deditissimo
Francesco Davanzati.

(*d*) Scilicet *quam tu Roma discederes*. id quod ineunte vere hujus anni 1560. accidisse, crediderim.

(*e*) Otho Truchsesius card. augustanus: de quo deque ejus hac eadem ad plurimos scribendi ambitione atque intemperantia, de qua Pogianus heic queritur, sunt illa Gratiani in epistola harum litterarum nuncupatoria ad card. Commendonum: *Post Hieronymi* (card. Dandinii) *mortem ad Othonem Truchsesium, augustanum cardinalem, liberaliter ab eo invitatus se contulit, apud quem partem maximam earum epistolarum scripsit, quae hoc volumine continentur. nam & pro homine germano ad plerosque latine necessario scribendum erat, & Otho, quia Julii facultate delectabatur, de industria scribendi causam quampluribus quaerebat.*

(*f*) Videtur vox aliqua, exempli causa *periculi*, desiderari, ad quam hoc *quantum* referatur. namque illa, quae mox sequetur, *verborum* vox ad *tendiculas* & *aucupia* pertinet.

Digitized by Google

mihi crede, singulae syllabae possunt hominem de certissimis bonis exturbare: totum ut in forensium scribarum fide positum esse videatur. veruntamen, hoc facto in re & fortuna mea vulnere, non maxima mercede. liberum me esse a colenda urbe, bonarum artium studiosis infensa & inimica, facile patior. quare nullam jam moram interponam, quin, si inclamaris, talaria induam. habes de me. Sirleto bene fuit adhuc: sed, nescio quomodo, illi laterum dolores incipiunt esse permolesti; quorum status, motus ac reversiones, praesertim hoc anni tempore, pertimesco. Faërnus diuturno morbo paene stomachum amiserat; quem aliquando revocavit, ut pontificias (g) coenas obire possit. Aldobrandinus (h) noster aestatem egit in vejenti solitudine. nunc ubi terrarum sit, ignoro. de quo quidem vehementer doleo, illud ingenium, illam virtutem & humanitatem in haec tempora incidisse. nosti, puto, caetera. tuas ad eum literas dedi Petro, ejus fratri. De Tectio (i), minime tecto, quid

Aa 2 quae-

(g) Fuit Gabriel Faërnus propter suavissimos mores & praestantem eruditionem Romae vulgo gratiosus, & Pii IV. pontificis admodum familiaris. Latinius in litteris ad Andream Masium 4. mart. 1560. datis: *Sed iterum*, inquit, *longius abripior. Faërnus tamen revocat, quasique contemptum se queritur; ut est homo nunc in omnium deliciis, pontificique in primis, ut antehac semper, carus. Nunc hominem videre & audire est operae pretium. quamquam enim non, quaecumque multorum causa vult, eadem potest, laborat tamen libenter; efficit certe aliquid: ita, ut eum patronum sibi omnes, qui modo aliquam operam litteris navarint, quaerant. quare putato, virum bonum numquam carere molestia, nosti enim, poëtarum praesertim, improbitatem: ne hic tibi inopissimorum adolescentium legionem commemorem, ad petendum non hostem, sed obsonium sportulamque promptissimam.*

(h) Vide epistolam *Dum tu vejenti*, ad hunc Thomam Aldobrandinium die 17. aug. 1560. datam.

(i) De Scipione Tectio, sive Tettio, heic agi puto, eo, cujus pereruditus commentarius *de Apollodoris*, ad cardinalem Othonem Truchsesium nostrum missus, exstat, Romae an. 1565. editus. Eum Pogianus *minime tectum*, e nomine jocum captans, dicit, quod, ut opinor, minime dissimulator esset, &, quae sentiret, liberius loqueretur, immo & scriberet atque adeo etiam ederet. nam certe illa in extremo eo, quem dixi, commentario non parum aperte ac libere scripta mihi quidem videntur: *Ego plane*, inquit, *his meis adjici posse multa, confiteor; nec dubitamus, multa esse, quae & nos praeterierint. homines enim sumus, librorumque ac necessariorum copia destituti, &, novercante fortuna, & urbe Roma*, IN QUA ALIUD SPECTATUR QUAM GENUS ET VIRTUS, *aliis occupati, succisivisque temporibus ista curamus*. Utinam libertatem ille suam in loquendo scribendoque de hominibus dumtaxat, non etiam in sentiendo de Deo ac religione exercuisset! non ille fortasse vitam exitu tam miserabili conclusisset, de quo hominis, itemque de Palearii Franchiique exitu sunt illa in Jacobi Augusti Thuani *Vita*, ab ipsomet conscripta, pag. 22. editionis londinensis an. 1723. ad an. Chr. 1574. *Ab eo* (M. Antonio Mureto)

quaeris? valet, & illam suam securitatem ac libertatem retinet. Sigo-

to) *de Scipionis Tettii neapolitani casu cognovit* (ipse Thuanus, Romae cum esset), *hominis undecunque, ut ille ajebat, doctissimi: qui delatus, quod male de numine sentiret, remo mancipatus fuerat. & tunc, an adhuc in vivis esset, incertum erat. Dolebat & Aonii Palearii verulani, & Nicolai Franci beneventani vicem; qui, ille quidem ob nimiam in pietate simplicitatem (sic enim loquebatur) ad ignem, hic ob invisam in caelo romano in sermocinando libertatem sub Pio V. ad furcam est damnatus*. In Thuani hac narratione Thuanum agnosco; cogorque propterea heic paullisper insistere. Numquam equidem adducar, ut credam, ejusmodi hominum, quales Aonius (hoc enim sibi ipse nomen ex *Antonius* fecerat. de qua nominis mutatione exstant Latini Latinii valde truces in eum iambi) Palearius (ital. *Pagliari*), & Nicolaus Franchius fuerunt, & eo supplicio, quo, sanctissimi pontificis Pii V. jussu, affecti sunt, dignissimorum, *vicem* Muretum, hominem romanae ecclesiae addictissimum, maximeque pium, *doluisse*, aut Paleario extremi supplicii causam *nimiam in pietate simplicitatem* fuisse, dicere potuisse. nam neque in *simplicem*, quantumvis nimio opere simplicem, tam atrociter fuisset animadversum, & Palearium neque nimium simplicem, neque satis pium, sed & admodum malitiosum, & maxime impium, ejus pleraque, quae circumferuntur, scripta coarguunt; duo praesertim illa, quorum alterum *Actio in pontifices romanos & eorum asseclas* inscribitur, alterum epistolam, ad *Lutherum, Melanchthonem, Buterum, Calvinum, & Germaniae Helvetiaeque universos, qui invocant Jesum Christum*, de concilii tridentini, cujus cogendi tempus instabat, sive avertendi sive evertendi ratione communiter datam, continet: quae qui legerit, non nisi nimiam in summa impietate malitiam atque intemperantiam agnoscens, mirari desinet, si Joannes Georgius Schelhornius, & Christianus Gottliebus Buderius, aliique heterodoxi Pelearium vindicant sibi, suaeque sectae martyribus hominem, *ab nimiam*, ut auctor est Thuanus, *in pietate simplicitatem, ad ignem* ab romana ecclesia *damnatum*, adscribunt. Quamquam, si verum quaerimus, vivens ille quidem atque incolumis ab ecclesia romana dissensit, damnatus vero & proxime moriturus, singulari Dei beneficio cum ea rursus, quemadmodum a puero institutus fuerat, sentire coepit; ut homini supplicium illud non ad interitum, sed ad salutem irrogatum fuisse videatur. Viget etiamnum Romae ac floret piorum hominum vetus ac veneranda sodalitas, a *S. Joanne decollato* nuncupata, cujus sanctissimum atque praecipuum institutum est, capitis sententia ab judicibus condemnatos in suam fidem curamque recipere, & omnibus christianae pietatis officiis ad mortem pie sancteque subeundam juvare: quod, pro suo praestanti Dei gloriae & hominum salutis studio, proque eximia in eo munere obeundo facultate, vix umquam non consequi solet. uniuscujusque autem hujusmodi condemnatorum nomina, quaeque per eam occasionem paullo insigniora memoriaque posteritatis digna contigerunt, in codicem deinceps referre consuevit, qui apud ipsos sodales diligentissime adservatur. quo ex codice sequens de catholica Palearii jam jam morituri professione monumentum, illo ipso tempore perscriptum, depromtum profero.

Lunedì a' dì 3. Luglio 1570.

Essendo stata chiamata la nostra Compagnia domenica notte, venendo il lunedì, giorno 3. di luglio 1570. in Tordinona, dove ne fu dato nelle mani,

Digitized by Google

Sigonii orationem (*k*), patavini gymnasii nobilitate plane dignam, legi libenter: pro qua tibi gratias ago. Vale. Roma. XII. Kal. januarii. M. D. LX. k

ni, condannato a morte per via di giustizia dalli ministri della S. Inquisizione messer Aonio Paleari da Veroli habitante in Colle di Valdenza, quale confesso & contrita domandò perdono a Dio & alla sua gloriosa madre vergine Maria & a tutta la corte del cielo, & disse voler morire da buon christiano & CREDERE TUTTO QUELLO CHE CREDE LA SANTA ROMANA CHIESA. Non fece testamento alcuno, se non che ci dette le due sottoscritte lettere, scritte di sua mano; pregandoci le mandassimo alla moglie & figliuoli suoi a Colle di Valdenza .... Poi si celebrò la S. Messa. A l'hora solita fu menato in ponte; dove fù appiccato, & poi brusciato.

(*k*) Eam Sigonius in gymnasio patavino primam habuerat 8. id. nov. hujus ipsius anni 1560. Exstat inter ejus orationes editas, incipitque *Si quis mihi dies unquam &c.*

C X.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

De vormaciensi beneficio, Joanni a Via dando. De aquisgranensibus per Hosii litteras confirmatis. De Monhemio haeretico doctore. De Delphinio pontificis max. nuncio. 21. dec. 1560.

SI tibi alioqui integrum est, ut istuc vormaciense beneficium des Joanni a Via (*a*), homini, ut scribis, de ecclesia Dei bene merito, per pontificem max. sane licet; cujus interdictum ista de re ad ejus interpretes & internuncios minime pertinet (*b*). quod etiam est pontificis declaratum literis; quarum exemplum dedi Georgio polono, pontificis max. cubiculario, ut ad te mitteret. Cohortatione tua confirmatos esse aquisgranenses (*c*), facile spero. ego enitar, ut a sanctissimo domino nostro auferam literas commendatitias ad caesarem, quibus ab isto metu liberentur. De Monhemio (*d*), pernicioso doctore juventu-

(*a*) Vide epist. *Vere tu* d. 28. sept. 1560.

(*b*) Hoc est, Pii IV. de non conferendis beneficiis ecclesiasticis edictum pontificios nuncios non comprehendit.

(*c*) Vide epist. *Respondeo* d. 7. sept. 1560. & epist. *Vere tu* d. 28. sept. 1560. Verebantur autem aquisgranenses catholici, ne haereticorum potentia, quos urbe exterminandos curarant, violatae concordiae, quae *pacis religionis* vocabulo appellabatur, rei agerentur, & gravissimas caesareae legis poenas, ejusdem pacis violatoribus constitutas, subirent. Vide epistolam Hosii XXVIII. ad magdeburgensium episcopum die 19. jan. 1561. datam.

(*d*) Commendonus in litteris ad card. Borromaeum, die 25. apr. 1561. Colonia datis, de hoc Monhemio agit his

Digitized by Google

ventutis, praeter literas tuas, conquesti praeterea sunt colonienses ac lovanienses: in quam rem consilium inquisitionis incumbet. Si, quantum te amo, tantum vel suadendo, vel consolando
e do possem, darem operam, ut tibi istam molestiam (*e*) abstergerem. sed non est ingenii mei; vel tuae unius potius facultatis est. quid enim admirabilis & vitae & doctrinae tuae laus,
f quid tot scripta divinitus, quid praeclarae actiones (*f*) tuae a te postulent, vides. nihil a te in ista legatione vel actum vel dictum est, quod iniqui reprehendere audeant. aequis & bonis viris omnibus satis fecisti tu quidem. quare cupiditate & ambi-
g tione quadam congressus cum principibus viris facile pátere (*g*), te vinci ab iis, qui una illa ratione tuentur officium suum; quos velim existimes, & saepius se offerre non accersitos, & accersiri interdum aliis de rebus, quae nihil cum tua causa
h conjunctum habeant. sed puto, totam iterum (*h*) tuam istam esse
i provinciam, aut profecto (*i*) collega ad Germaniae principes, aut

his verbis: *Oltra di questo i figliuoli de' principali cittadini vanno a certe scole vicino a Colonia, dove imparano il catechismo d'heretici, & spetialmente in Dusseldorf, dov' è maestro il Monhemio, huomo di pessima dottrina, & d'incredibil rabbia contra la religione catholica; & di là ritornano tutti infetti: & fra poco tempo dovendo succedere ne' magistrati, si può dubitare grandemente di mutatione &c.* & alteris ad eumdem litteris d.5. maji 1561. Clivia datis, *E ancho*, inquit, *in Dusseldorf, terra di sua eccellenza* (il duca di Cleve) *presso a Colonia, un certo Monhemio, il quale ha circa cinquecento scolari, & gli fà tutti heretici: il che è cosa di momento assai, come io scrissi con l'ultima mia di Colonia.*

(*e*) Molestiam capiebat Hosius ex eo, quod a Zacharia Delphinio, altero pontificio nuncio, quaedam negocia, se inconsulto, cum caesare & cum Bohemiae rege tractarentur. Cardinalis Moronus litteris ad Hosium 26.febr. 1561. datis, *Delphino*, inquit, *in primis mandatum fuit, ut non modo cum illustrissima dominatione vestra omnia communicaret, verum illam auctorem & caput in omnibus negotiis & consiliis haberet. cum mandata pontificis, & vero monita mea non servasse, & mihi & pontifici ipsi permolestum sane fuit.*

(*f*) *actionis* exempl. Emendavi.

(*g*) Notatur, opinor, his verbis, Delphinii quaedam ambitio. Sine, inquit Truchsesius, mi Hosi, Delphinium cupiditatem atque ambitionem congrediendi agendique cum istis principibus majorem prae se ferre, quam te; id ille eo agit, ut aliquid agere videatur; atque ea se una ratione sustentat. itaque offert se saepe principibus non arcessitus; aut arcessitur ab iis ille quidem aliquando, sed certe ad legationis tuae consultationes ac negocia non adhibetur.

(*h*) Id est, *rursus*: quemadmodum nimirum, antequam Viennam Delphinius veniret (qui jam sive inde profectus est, sive brevi proficiscetur) tua unius tota ista provincia ac procuratio fuerat.

(*i*) Vienna Delphinius non nisi die 14. jan. insequentis anni una cum Commendono Pragam ac deinde Naumburgum profectus est. Naumburgum autem, quo Germaniae principes convenerant, eos pervenisse die ejusdem mensis 28. ex utriusque apud me litteris constat.

Digitized by Google

aut jam profecturo; quem, quaeso, perfer (*k*). nam in eum locum res adductae sunt, ut non multum molestiae reliquum esse videatur. Quod me admones de re Cytardi, & id, & quicquid praeterea ad me scripseris, quod uni mihi scriptum volueris, tacitum tenebo, tanquam mysterium. Vale. Roma. XII. Kal. januarii. M. D. LX. (*l*)

(*k*) Ad eumdem Hosium hoc ipso die dedit litteras cardinalis Puteus, in quibus illa est, hujus similis, cohortatio: *Rogo vero etiam atque obtestor, ut multa dissimulanda tibi esse in animum inducas: modo id agatur, ut catholicae religionis causam honeste tuearis*. & superioribus die 7. datis: *Devora*, inquit, *mi frater, pro Christi ecclesia sublevanda eas molestias. &c.*

(*l*) In exemplari nostro annus 1561. huic epistolae adscriptus est. nos 1560. quo certe anno data fuit, emendavimus, neque tamen defendi adscriptio illa non potest. qui enim decembri mense, exactis idibus, latine scribit, & scriptionis suae tempus notare vult, is ita reliquos ejusdem mensis dies, ex latinorum prisca ac recepta consuetudine numerat, ut necessario in insequentis januarii Kalendas incurrat, eumque nominatim appellare debeat. quum autem novi anni initium ex ipso januario ducatur, is, qui post idus decembres anni 1560. scribens, dedisse se illas litteras duodecimo ante Kalendas januarii 1561. die, dicit, non eum, quo scribit, annum, sed eum, cujus futurae sunt Kalendae illae januariae, hoc est eum, qui illum ipsum, quo scribit, annum consequitur, potest notare velle. ut enim *vicesimoprimo mensis decembris die* scribens, scribere se tamen *duodecimo ante Kalendas januarii die*, vere dicit, sic, etsi *anno* 1560. scribat, scribere se tamen *ante januarium anni* 1561. non minus vere potest dicere. Atque hujus quidem rationis acres, immo etiam pertinaces defensores, late annos circiter ducentos primum exstitisse, vir admodum eruditus Latinus Latinius viterbiensis, litteris ad illum hispanorum omnium ea tempestate eruditissimum Antonium Augustinium, ilerdensium episcopum, die 4. jan. 1567. datis, significat; de qua etiam hominis sententiam vehementer exquirit: *Nunc abs te*, inquit, *pro singulari tua in omnes humanitate peto, ut, quod viris doctis certe & judicio non mediocri praeditis in dubium venisse audio, tua sententia definias: quod & te facile praestare posse, certo scio. Est enim quaestio, ut ego quidem sentio, indigna, de qua viris doctis dubitandum esse censeam; & mea tamen plurimum interest, eruditorum virorum, tui similium, suffragiis quorumdam pertinaciam retundi; qui, nisi quid ipsi primi viderint aut senserint, nihil videri rectum, postulant. est autem haec quaestio: Ejusne, qui die 18. decembris mortuus est anni 1566. inscribendum sepulchro sit* XV. Kal. januarii 1567. *an vero 1566. ut adhuc videmus in usu & more positum*. Quid Augustinius rescripserit, quaque in sententia fuerit, ex ejus ad Latinium litteris, quae in vaticanae bibliothecae codice 6201. pag. 5. autographae adservantur, discimus. quarum exemplum hoc, diligentissime transcriptum, V. C. Petrus Franciscus Fogginius, ejusdem bibliothecae procustos, mecum humanissime communicavit.

Antonius Augustinius episc. Ilerden. Latino Latinio sal.

Numquam putaram, in re levi, & quae prima fronte non videatur esse digna, ut scribis, doctorum virorum cogitatione, diutius fore dubitandum: nisi me ipsum illud, quod dubitationem aspernatur, movisset, ut aliquid acutius excogitarem; ne tibi, dubitationis

nis expertem quaestionem proponenti, vulgari quodam genere litterarum rescriberem, & me eadem sentire, quae te ac ceteros crederem, affirmarem. sed, cum tu neutram partem definias, ego meam explicem oportet: quae sive eadem sit, sive aliena ab ea, quam tu carere dubitatione existimes, eam ad te mittere non dubitavi. Quaeris, ejusne, qui die XVIII. *decembr.* M.D.LXVI. *mortuus est, inscribendum sepulchro sit* „ XV. *Kal. jan.* M. D. LXVII. „ *an* „ XV. *Kal. jan.* M.D. LXVI. „ *quod in usu & more positum esse, affirmas. Quid moveat eos, qui aliter scribunt, quam in usu sit, existimo esse, quod illis verbis* „ XV. *Kal. jan.* „ *intelligimus quinctum decimum diem ante Kalendas januarias, quae Kalendae futurae sunt anno* M. D. LXVII. *At, qui usum vulgarem sequuntur, cogitant, eum diem, qui est quinctus decimus Kalendarum, diem esse anni* M. D.LXVI. *licet ipse Kalendae januariae sint anni* M. D. LXVII. *Eadem quaestio foret, si quis Kalendis natus esset: diceret* „ *Pridie Kalendas, pridie natalem meum quinquagesimum* „; *sed non diceret, se quinquaginta annos natum ante ipsas Kalendas. Si indictio Kal. septemb. mutaretur,* „ *Quarto Kal. sept. indictionis septimae scripsi* „ *significaret, illum indictione sexta scripsisse, ante septimam indictionem? Quid in annis imperii, pontificatus, regni, si Kalendis initium sumpserunt? an dicemus, mutaturum pontificem, aut ceteros, annos post idus proximi mensis? Non igitur habenda est ratio Kalendarum, sed ejus diei, qua scriptum vel gestum quid est, idque recte in usu & more est, nec facile mutandum: nisi tibi pro tuo acumine aliud videatur. Avide expecto miniatulas ceras, ut ille ait, tuas in iis, quae superioribus diebus conscripsimus de controversia Sigoniana. Tu valebis; & nos amabis.* V. *idus febr. Tamarito.*

Verum mihi tam in hac Augustinii, quam in contraria appellandorum ex januarii Kalendis annorum ratione, nisi omnes in unam eamdemque sententiam convenerint, dubitationi atque adeo errori relinqui locus videtur. equidem utramque probandam atque usurpandam existimarem, si modo illa cautio adhiberetur, ut annus in altera sexto casu, in altera secundo inflexus efferretur. licebit igitur per me de eo; qui mortuus sit die 18. decembris 1566. alterutro modo quis dicat, vel ita „ *obiit* XV. *Kal. jan. anno* 1566. „ vel ita „ *obiit* XV. *Kal. jan. anni* 1567. „ Neque quemquam moveat, in hac posteriore ratione januarium *anni millesimi &c.* pro januario, *qui in annum millesimum &c. incidit*, dici, quasi id minus latine dicatur. latine enim tam id dici necesse est, quam latine a Cicerone in oratione pro Plancio sect. 90. dictum est, *ego mense decembri mei consulatus* (pro *decembri, qui in meum consulatum incidit*) *omnium parricidarum tela commovi*. Quod quamquam ita est, ego tamen priorem illam sexti casus rationem & in ejusmodi sepulcrorum inscriptionibus, & in epistolarum adscriptionibus praeferendam posteriori censeo; ut eo ipso anno notatae res, quo quaeque acciderunt, primo statim adspectu, ac sine ullis subductionibus appareant. Maxime autem omnium illa mihi ratio probaretur, ut priore loco annus, posteriore dies mensisque notarentur, sic: *Obiit anno* 1566. XV. *Kal. jan.* qua in ratione illud commodissimum est, quod, quae res in temporum designatione maxime quaeritur atque exspectatur, ea primo statimque intelligitur.

CXI.

C X I.

Otho Truchses Card. Augustanus Rectori, Magistris & Discipulis Collegii Dilingensis. (a)

Ad collegii progressus ab unoquoque pro virili adjuvandos cohortatur. a f. extr. 1560.

ETSI non dubitabam, quin & voluntatis meae & vestri officii memores certatim universi Dei gloriae & communi omnium nostrum laudi serviretis, tamen abundantia quaedam meae

(a) Hanc epistolam, nulla in exemplari nostro temporis adscriptione notatam, in haec annorum 1560. & 1561. confinia propterea contuli, quod, quum ad alterutrum mihi eam diligenter considesanti pertinere visa sit, nolui videri plus uni me favere, quam alteri; etsi, ut priori potius eam adjudicarem, potior conjectura me duceret. Nunc, quo paratior ad eam legendam lector accedat, operae pretium est quaedam praemittere, illa nempe ipsa, quae Ignatius Agricola in *Historia provinciae Germaniae superioris* decade III. ad an. Chr. 1563. num.90. & seqq. tradit: *Dum respirat*, inquit, *Augusta, novus Canisium labor Dilingae excepit, collegii videlicet ordinandi; cujus initia hoc demum autumno poni Otho cardinalis, Romae tunc agens; atque Franciscus Borgia, quem Laynii vicarium fuisse meminimus, collatis consiliis volueie... Successerat hic (Otho) Christophoro a Stadion, laudatissimo praesuli, in comitiis, quibus caesaris Caroli vices gerens aderat, apoplexia mortuo, sub annum 1543.... Jam ab eo tempore, quo pastorale munus suscepit, tum suapte voluntate, tum Jaji nostri suasu, in eam cogitationem incubuit, ut seminarium aliquod sub divi Hieronymi, doctoris ecclesiae maximi, tutela ac patrocinio, juvenibus ad sacerdotium quamoptime formandis, institueret... Itaque huic operi Dilingam elegit (an.1549.), utpote solis pleno jure subjectam episcopis. Primum alumnis rectorem Petrum Endavianum praeposuit, ac biennio post Cornelium Rosendalium lovaniensem; alio nomine Harlemium, vel Herlenium, qui aliquammultis annis eo munere insigniter functus est. Advertit propere commodi, ex hoc collegio prodeuntis, magnitudo Sueviae totius nobilitatem. itaque magnis haec flagitavit precibus, ut suos quoque liberos ad contubernii hujus communionem liceret mittere, sumptu alendos, quem episcopus aequum statueret. Lubens assensit episcopus: utque tam suam, quam nobilium spem certius expleret, doctrina celeberrimos viros ex florentissimis totius Europae atheneis, ingentibus stipendiis conduxit, qui divinas humanasque literas docerent. Horum facile primus erat magnus ille Petrus de Soto, hispanus, ex ord. S. Dominici, cum duobus Jacobis ejusdem familiae, hispano uno, germano altera. Cum his professores quoque aderant Gullielmus Lindanus, Martinus Rithovius, & Martinus Olavius, doctor parisinus, atque alii. spectabiles seminarii profectus animum injecere cardinali illius ad academiae celebritatem evehendi, idque eo magis, quod aliam Suevia academiam catholicam non haberet. Egit de hoc cum augustanis canonicis, monasteriis, & nobilibus Sueviae, ut conferrent subsidia: egit cum Julio III. pontifice, cum Carolo V. imperatore, ut facultatem concederent, auctoritatem & privilegia adderent, atque titulum

meae erga vos benevolentiae, & incredibilis cupiditas, ut collegii nostri dignitas propagetur, & ad totius Germaniae exemplum juventus erudiatur verissimis & optimis morum doctrinaeque praeceptis & institutis, fecit, ut currentes vos in isto laudis & indu-

tulum Universitatis (ut hujusmodi scholas appellamus) confirmarent. Plana ubique est nactus omnia. Ne forent diuturna, bellum Mauritianum, de quo alias, intervenit. Coacti fugere professores una cum alumnis Ingolstadium se receperunt (an.1552.) sed, quod Albertus dux a copioso militum, quod imposuerat, praesidio quietem illis ad literarum studia non fore agnosceret, Landisbutum obtulit, ubi in patrum dominicanorum monasterio, ab incolis propemodum vacuo, Petrus Sotus hospitium advenis, quos secum duxerat, apparavit, scholasque aperuit. At neque hic diu manere tutum fuit. Salisburgum itaque, ubi & cardinalis Otho tantisper degebat, profecti, benigneque ab archiepiscopo Ernesto, ducis Alberti fratre . . . accepti, Frisácum Carinthiae urbem, & in ea dominicanorum rursus coenobium . . . prope desertum, in habitationem accepere. Ubi deferbuit armorum procella, Dilingam sunt reversi: quo etiam cardinalis rediit. ac tum demum quieta omnia conspicatus, novae academiae initia solemniter posuit, publicavitque. Dies erat mensis maji vicesimus anno ejus saeculi quinquagesimo quarto. Is cum illuxisset, praesente cardinali, nobilium atque doctorum frequentissimo coetu, res divina ritu celeberrimo peracta fuit, post quam Stephanus, Donaverdae ad S. Crucem ex ordine S. Benedicti antistes, episcopi spirensis Masquardi Hasteinii, quem pontifex caesarque ad celebritatem bene ablegarant, vices gerens, diplomata tum pontificia tum caesarea e suggestu promulgavit. Habita dein oratio latina, & recitata Universitatis privilegia, ampla sane illa, ut majoribus nullae per Europam academiae gaudeant. Demum, postquam Rosclandius ad cardinalis genua fidelitatis sacramentum edidisset, primus academiae promulgatus rector, sceptrum argenteum, epomidemque rubram e serico raso accepit, una cum sigillo argenteo . . . Stetit Universitas aliquot annis summo in flore sub tantis videlicet, quos nominavi, magistris. Verum ipsa horum eruditio, ubique pervulgata, non multo post plus famae, quam utilitatis academiae peperit. Ob doctrinae existimationem avocabantur magistri; saepe a principibus accersebantur ad comitia; adhibebantur consultationibus: ut longe interdum abire ac magisterium intermittere cogerentur, haud exiguo discipulorum damno . . . Petrus Sotus, etsi omnia Othonis cardinalis & academiae causa percuperet, migrare tamen coactus fuit imperatoris jussu, qui eum ad audiendas confessiones adesse sibi voluit (Atqui Sotus jam ante annum 1554. quo dilinganam academiam instauratam Agricola proxime commemoravit, se ab audiendis Caroli V. confessionibus omnino removerat, neque est umquam postea ad id munus revocatus. Vide Pallavicinium lib. XIII. Hist. concil. trid. c.8. n.6.), ac dein ad concilium tridentinum proficisci (Ad concilium tridentinum profectus est Sotus sive majo exeunte, sive junio ineunte anni 1562. non Caroli V. imperatoris, qui die 21. sept. an. 1558. obierat, sed Pii IV. pontificis max. jussu) ubi demum magno totius concilii luctu mortuus est. Rithovius, ac Lindánus ad infulas, ad ruremontanam hic, ille ad iprensem, a pontifice fuerant evecti. Olavius cum caesari a sacris esse aliquandiu fuisset jussus, spretis mundi, qui eum exspectabant, honoribus opibusque uon modicis, nostram societatem amplexus Romoe, ubi etiam collegii rector, theologiae professor, theologus

Digitized by Google

industriae cursu, tanquam facibus quibusdam amoris mei inflammandos putarem.

Et quidem a te, rector (*b*) & collegii moderator, faciendum duxi initium, non jam hortandi, sed laudandi tui: qui, cum caeteris praesis, virtute etiam praestas. quare intelligunt omnes, quem tibi cultum atque observantiam tribuunt, eum non magis honori, quam meritis tuis tribui oportere: nemoque est, quem non in officio contineat, non tam potestatis tuae metus, quam admiratio dignitatis. ex quo licet intelligi, non solum in magistratu, sed in omni gradu honoris, vel fortunae praestantia, & majorem vim atque auctoritatem habere exempla, quam jussa, &, sontibus aequioribus, petulantiam & maleficium vindicari. hae sunt igitur praecipuae tuae partes, ut, qui praeclare te ipsum regis, caeteros facile gubernes, & ideo excellas tui nomine officii, quod re prius excellis. nam, rectore ac moderatore te, floret ac viget auctoritas collegii nostri; cujus nomen jam omnium ore ac sermone celebratur. ergo maximam ejus laudis laetitiam capere debes, quam magna ex parte intelligis ad te ipsum redundare: nulliusque aut hominis aut rei molestia vel fastidium tanti esse potest, tibi ut vere persuadeat isto carendum esse jucunditatis fructu, quem ex tua administratione omnium judicio percipis. b

Neque vero tu, sacrarum divinarumque literarum magister & interpres (*c*), eges hortatore aut monitore tui muneris, cujus religio ac scientia, quasi clarissimum lumen, elucent; quibus & collegii nomen illustras, & eorum, qui tibi dant operam, alis animos, mores conformas. equidem vix te laudare possum perin- c

logus pontificis fuerat, cum ingenti doctrinae, majore sanctitatis fama extinctus est. Fuerant quidem adducti ex Hispaniae dominicanis viri docti, qui abeuntium vices supplerent. Verum aëris germani insolentia ex ipsa vita illis abeundum fuit. Haec de institutione, instauratione, variaque dilingani collegii fortuna ad hujus epistolae intelligentiam dicta sufficiant. Qua ratione autem translatum deinde sit ad nostrae societatis homines, illisque universae academiae gubernatio a Truchsesio tradita atque commissa, suo loco dicemus, cum ad epistolam *Permagna mihi*, die 23. jan. 1563. datam, venerimus.

(*b*) Ex superiore adnotatione didicimus, dilingani collegii rectorem hoc tempore fuisse Cornelium Rosendalium, alio nomine Harlemium. quod aliud hominis nomen facit, ut eum patria non lovaniensem (id quod Agricola affirmat), sed harlemensem, hoc est ex Harlemo, nobili Hollandiae septemtrionalis oppido, fuisse suspicer.

(*c*) Significari Petrum de Soto, hominem ex dominicana familia praestantissimum, atque iis laudibus, quae heic illi a Truchsesio amplissimae tribuuntur, dignissimum, non est dubitandum. sacrarum quidem litterarum magistrum & interpretem in dilingano collegio eum fuisse docet Echardius *de scriptoribus ordinis praedicatorum* tomo II.

perinde, ut meritus eſſe mihi videris: qua re fit, ut majore etiam ſim in te ſtudio ac benevolentia. ſed novi animum, novi ſapientiam tuam, qui totus ab illo pendes, cujus mentem & voluntatem juventuti noſtrae fideliter interpretaris. itaque caeteris praeſtas, qui & vitam tuam effingis ex caeleſti diſciplina, & auditoribus tuis, quo modo idem aſſequi poſſint, re ac verbis oſtendis: ut & tu felix ſis iſto animo & inſtituto tuo, & illi te praeceptore beati judicentur.

d Tum vero, vos alii (*d*), qui praeclaro iſti muneri praeeſtis docendae atque inſtituendae juventutis, quantam habetis facultatem non modo publicae utilitatis ac ſalutis, ſed veſtrae exiſtimationis & gloriae! veſtrae enim fidei prudentiaeque commiſſa & credita ſpes eſt doctrinae ac religionis non unius aut alterius civitatis, ſed totius paene Germaniae. in veſtram enim diſciplinam traditi ſunt tam multi adoleſcentes, qui, chriſtianis inſtitutis praeceptiſque eruditi, Germaniam, communem patriam & parentem, tanquam pii & grati filii, a perniciofis ereptam erroribus, in veritatis luce collocare poſſint. etenim tot iſtius provinciae vulneribus unum hoc provinciale remedium
e eſſe arbitror, proxime Dei benignitate excitatum (*e*). nam,
f g quantum in unius (*f*) hominis, Caniſii (*g*) noſtri, doctrinae vitaeque integritate, ponderis ac momenti ſit, ſumma mea piorumque omnium voluptate, Romae audio, vos propemodum Dilingae videtis. utinam modo plures aliquando ſint illius ſimiles operarii, qui in Chriſti domini horreo uberes animarum fructus reponant! quod fretus Dei bonitate, veſtra vero omnium cura ſtudioque confiſus, fore ſpero, vel potius jam exploratum habeo. itaque, mihi chariſſimi homines, elaborate, ut facitis, enitimini, efficite, ut, qui vos audiunt, tales evadant, quales & ratio officii, & conſuetudinis veſtrae, & Germaniae neceſſitas poſtulat. pro quo labore & induſtria, praeter eam laudem, quam ab omnibus bonis conſequemini, cum a me omnia, quaecunque

(*d*) Praecipuos ſupra nominavit Agricola, Guilielmum Lindánum, Martinum Rithovium, & Martinum Olavium.

(*e*) *exercitum* exemplar; in cujus margine mendi notam adſcripſit Gratianus. Neſcio, an emendarim reponens *excitatum*. Non diſpliceret *excogitatum*, multoque minus *comparatum*; niſi in utroque longius ab exemplaris lectione recederetur.

(*f*) *in unius Caniſii noſtri hominis doctrinae &c.* exempl. & cod. vat. Locum, certe mendoſum, unius vocabuli tranſpoſitione fortaſſe emendavi.

(*g*) De Ven. Petro Caniſio, *proprio*, quemadmodum alibi ait Truchſeſius, *auguſtanae meſſis operario*, vide epiſt. *In tuis ad me* d. 13. jun. 1560, & epiſt. *His literis* d. 2. nov. 1560. De eo plura dicemus in adnot. ad epiſt. *Clamant* d. 6. jun. 1562. ubi etiam perhonorificas Pii IV. ad eum litteras, die 5. mart. 1561. datas, afferemus.

cunque in vos proficisci possunt, sperare, tum ab eo praemium expectare debetis, qui caelestem vitam promisit iis, qui *ad justitiam multos erudirent*.

Sed aliquando ad vos sermonem & cohortationem meam converto, lectissimi adolescentes, quorum causa & collegium est institutum, & accersiti boni linguarum atque artium magistri, qui vos scientia, qui exemplis augere possent, & comparata, quaecunque adhuc potuerunt, commoda atque subsidia studiorum. itaque peto a vobis, & pro mea auctoritate moneo vos, uti certetis diligentia cum doctoribus vestris, operamque detis, ut eorum docendi ac praecipiendi studium vestro discendi ac parendi studio incitetur. &, quoniam vel optimarum artium cognitio nisi referatur ad vitam, ut probitas quasi doctrinae fores aperiat, doctrina probitatem confirmet, eam dedecori atque adeo exitio hominibus christianis esse necesse est, conservate decus & honestatem, ac studiorum laudem cum innocentiae laude conjungite. quid institutum, quid professio vestra postulet, videtis: meam spem, curam studiumque de vobis non potestis ignorare. quare & legum earum recordamini, quibus vivendum vobis est (*h*), & de sanctissimo illo atque omnium doctissimo viro Hieronymo, qui collegio vestro praesidet, assidue cogitate. quae quidem ratio & cogitatio vos ab ea regione officii, quae vobis proposita est, nusquam finet aberrare. mementote, vos esse eam sobolem, id seminarium Christi militum, quibus ea palma, is triumphus reservatus est, ut clarissimam florentissimamque Christi ecclesiae partem, ab acerrimo christianae fidei hoste multis locis occupatam atque oppressam, Jesu Christo auctore & adjutore, huic sanctissimo ecclesiae capiti ac reliquo corpori restituatis. cujus restitutionis salutisque Germaniae nostrae quod summo teneor desiderio, ad collegium vestrum academiamque universam, unde tantum opis, tantum auxilii, Deo approbante, expectatur, praecipuae & maximae curae meae referuntur, & in rectore, doctoribus, discipulis, vobisque adeo omnibus consumuntur. quare suscipio quotidie ego quoque partes meas; ago cum pontifice (*i*) maximo de communibus collegii rationibus & ornamentis; qui quidem pontifex, egregios conatus

(*h*) Non arbitror, alias heic leges significari, quam quae quodam libello continentur, qui editus Romae est hoc titulo: *Statuta collegii ecclesiastici, in oppido Dilingae augustensis dioecesis, provinciae moguntinensis, per reverendiss. & illustriss. D. D. Othonem Truchses, tit. S. Sabinae S. R. E. presbyterum card. Augustanum nuncupatum, sub invocatione S. Hieronymi nuper erecti. Romae apud Ant. Bladum impressorem cameralem* M. D. LIII.

(*i*) Pio IV.

conatus noſtros patria charitate complexus, perbenigne pollicetur, ſe nobis nulla, quoad poterit, re defuturum. magnam igitur in eo ſpem habeo augendae conſtituendaeque academiae, praeſertim cum ſe offerat, oſtendatque quotidie, rem noſtram commodis, gratia, omni facultatum genere adjuturum & amplificaturum eſſe. eſt vero quaedam praeterea a nobis excogi-
k l tata ratio (*k*) pecuniae, qua aedificationem (*l*) collegii noſtri,
m jandiu, ut mihi quidem videtur, interruptam, contextum (*m*) atque abſolutum iri, confido.

Vos vero, quorum intereſt de rebus omnibus, quae ad communem academiae utilitatem dignitatemque pertineant, nos admonere, ſi quid de privilegiis (ut vocant) collegii deque aliis rebus agendum eſſe intelligitis cum pontifice maximo, facite me de omnibus certiorem. tentabo, &, ut ſpero, conſequar omnia. unum enim illud & maxime cupio & ſummis a Deo precibus contendo, ut, antequam ex hac vita migrem, collegium iſtud, a me inſtitutum, ac multis jam ad imitandum, veſtra omnium virtute, propoſitum, mihi ita confirmatum & conſtitutum intueri liceat, ut nullis acerrimi hoſtis inſidiis deinceps labefactari, nulla impiorum hominum injuria convelli poſſit. ego ſevi fructuoſam iſtam Chriſti arborem, eandem, ſummis
n chriſtiani nominis principibus adjuvantibus (*n*), irrigabo, Deus ſua admirabili benignitate propagabit: vos univerſi in communem dignitatem & ſalutem incumbite. Valete.

JULII

(*k*) Ea ratio non alia fortaſſe fuit, quam quae in Truchſeſii plurimis litteris, die 6. mart. 1563. datis, quaſque ſuis locis recenſebimus, expoſita reperitur.

(*l*) *Pro ejus collegii*, inquit Oldoinius in card. Truchſeſii vita, *exaedificatione quinquaginta millia aureorum ipſum expendiſſe, ferunt; in quo poſtea trecenti & amplius juvenes educabantur*. Fallitur vero Oldoinius in eo, quod in eadem vita tradit, Truchſeſium *Julii III. auctoritate dilinganum gymnaſium ſocietatis Jeſu profeſſoribus & alumnis fundaſſe*. illud enim Truchſeſius, auctoritate quidem Julii III. medio circiter ſaeculo decimoſexto a ſe fundatum, & non unius ordinis profeſſoribus, praeſertim vero Petro Soto, Bartholomaeo Cleindienſtio (de quo vide Truchſeſii epiſtolam *Ego vero*, die 2. nov. 1560. ad Cromerum datam), aliiſque dominicanis doctoribus commendatum, non niſi Pio IV. pontifice ſocietatis Jeſu hominibus, anno 1564. die 22. ſextilis, ſolis habendum ac perpetuo moderandum commiſit.

(*m*) Mendi notam in exemplaris margine Gratianus adſcripſit. Cauſam non video. niſi forte ſcribendum exiſtimavit non *contextum* & *abſolutum*, ſed *contextam* & *abſolutam*, homo, quamvis latinae linguae atque elegantiae gnariſſimus, ſolitus tamen in hujuſmodi ſyntaxi peccare: quemadmodum in adnotatione quadam ad epiſtolam *Ego vero* d. 9. nov. 1560. nos animadvertere meminimus.

(*n*) Ad Sigiſmundum Auguſtum, Poloniae regem, ſubſidii hujus cauſa confugiſſe Truchſeſium, in litteris, die 6. mart. 1563. datis, quas ſupra ſignificavimus, ſuo loco videbimus.

Digitized by Google

JULII POGIANI
EPISTOLAE
ANNO M.D.LXI. SCRIPTAE.

I.
Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Epiſcopo Varmienſi.

Ineuntem annum Hoſio ſalutarem precatur. Addit de haereticis e Gallia ejectis, de eorumque inter ſe diſſidiis. 4. jan. 1561.

DESIDERIUM, quo tenebar, literarum tuarum, maxime ob eam cauſam, ut, quomodo te haberes, ex te cognoſcerem, tantum erat, ut meas ad te literas eliceret vel ſine argumento; quibus modo tibi hunc ineuntem annum ſalutarem & optarem & precarer: cum tuae mihi redditae ſunt de ſentina (*a*) haereticorum, quae ejecta ex Gallia, ne in Auſtriam confluat, ex Caniſii

(*a*) *Sententia* exempl. Gratianus emendavit. Caeterum de exterminandis e Gallia haereticis actum quidem ſuperiore anno, nec ſemel, fuerat: at numquam, quod ſciam, publica auctoritate perfectum. Habuerant ii fautores apud Franciſcum II. regem plurimos, ſed omnium acerrimum, potentiſſimum, callidiſſimumque Colinium, qui ſupplices eorum libellos deferendi ad regem provinciam, cum in Neuſtria belli ſcotici apparandi cauſa verſaretur, ſuſceperat, quos & regi in Fontebellaquenſi regni procerum concilio, die 20. ſeptembris ſuperioris anni habito, obtulit, continuo clara voce ab Albaſpinio ibidem recitatos: de quibus Pallavicinius lib.XIV. *Hiſt. con-*

Digitized by Google

nisii literis verendum est. summam provinciae perniciem; si verum id est, pertimesco. sed spero, caesarem, pro sua illustri religione ac pietate, illi pesti occursurum esse; ne passurum quidem, ut ille diaboli emissarius (*b*) in Moravia impune mortifera animarum venena dispergat. Calvinum (*c*) Deus a nostris prohibeat; de quo brevi certius aliquid habebo. Dissidium istuc (*d*) haereticorum, divinitus commotum, eorundem ruinas

concil. trident. cap. 16. his verbis agit: *Quivi si trattò di tutti gli affari del regno.... L'ammiraglio Colignì presentò al rè due supplicationi intitolate a nome de' fedeli cristiani in varie parti del suo reame. l'una conteneva, ch'essi erano fedeli vassalli di sua maestà, nulla involti nella passata congiura, la quale era stata opera d'ateisti... Nella seconda esponevano d'essere insegnati secondo la verità e la parola di Dio: e che faceva lor mestiere d'adunarsi insieme; ma, per non haver essi licenza d'adoperarlo publicamente, erano costretti a congregarsi in segreto; il che gli rendea soggetti a molte calunnie: onde supplicavano al rè d'assegnar loro un tempio, dove potessero convenire in paese, predicar la parola divina, amministrar i lor sacramenti.... L'ammiraglio aggiunse, che havea voluto far soscrivere i due memoriali da quei fedeli cristiani; ma che da loro s'era risposto, che la moltitudine degli oratori rendeva impossibile la soscrizion di ciascuno: che pertanto o si soscriverebbono alcuni di lor solamente, o si presenterebbono tutti davanti al rè a numero di cinquanta mila.* De eodem Colinio ad card. Mantuanum illa Commendonus Bruxellis scribit 18. Octob. 1561. *L'ammiraglio è tenuto uno de' principali autori di tutta questa tempesta & naufragio di Francia.*

(*b*) Significari puto eum, de quo Laurentius Surius in suo *Commentario brevi rerum in orbe gestarum* ad annum 1561. illa prodidit: *Hoc anno quidam impius blasphemus & ter execrabilis furcifer, Lucas Stembergerus nomine, in sacrosanctam trinitatem, in Christi Jesu divinitatem, in ipsum quoque spiritum sanctum, in sanctissimam Dei genitricem Mariam, de sabbatho potius, quam dominico colendo, de eucharistiae sacramento, de baptismo denique, quod sathanicam vocat institutionem, tam horrenda & abominanda palam dixit, ut nullae piae aures sine horrore ferre queant.* Harum ipsarum haeresum nonnullas, tamquam in Moravia exortas, commemorat Hosius in litteris ad Michaëlem, mersburgensium episcopum, die 19. jan. 1561. datis: *Nunc*, inquit, *in Moravia coepit initium haec haeresis, quae Christum Deum ex virgine natum esse negat, sacramenta omnia vocat praestigias diaboli, & nescio quae horrenda blasphemat.*

(*c*) Joannes Calvinus Genevae hoc tempore degebat; qua in urbe anno demum 1564. die 19. apr. pestifera illa sua scribens obiit, sex & quinquaginta annos natus. De eo verebatur Truchsesius, ne se hoc tempore Geneva commoveret, in Germaniamque, magno provinciae damno, hoc ipso tempore conferret.

(*d*) *Istuc* pro *istud* non infrequens latinis, comicis praesertim. De haereticorum autem hoc dissidio agit Hosius in iisdem illis ad mersburgensium episcopum litteris: *An non*, inquit, *praestaret unum agnoscere papam, quem semper agnovit sancta catholica ecclesia jam inde a Petri temporibus in hunc usque diem, quam istos ita multos, nova nobis fidei dogmata quotannis condentes, ac non inter se modo, verum etiam*

ruinas facile portendit. neque enim, si Martini (e) satietas & odium istos tenere coepit (f), qui ab illius sententia pendebant, Philippi (g) ratio diu vigere potest. omnes ruunt ad

 exi-

etiam persaepe secum diffidentes? de quibus idem Philippus queritur, quod anarchiam quandam in Germania pepererint, quae concedit licentiam pravis ingeniis fingendi monstrosa dogmata: quale fuit ipsius Philippi ingenium. cum initio fuisset christianus, factus est postea lutheranus, mortuus est ad extremum calvinianus . . . Itaque minus miror, si, qui circa venerabile sacramentum eucharistiae realia & corporalia sentiunt, passim civitatibus & ditionibus excedunt; manent autem, qui cum Calvino & Philippo sentiunt . . . . Deus est orandus, ut eorum oculos aperiat, quo videre tandem possint, quibus in tenebris, andabatarum more, quod est in proverbio, secum ipsi pugnent, & ad lucem aliquando redeant veritatis.

(e) Martini Lutheri.

(f) *cogit.* exempl. Emendavi ex ingenio, ut opinor, recte.

(g) Philippi Melánchthonis. Philippi autem *rationem* intellige ejus de religione doctrinam atque sententiam; quae ab Lutheri ratione non nisi in quibusdam capitibus discrepabat. obierat Philippus Schvvartzerde (hoc enim gentile cognomen, *nigram terram* germanice significans, fuerat ejus, qui se, graeco vocabulo, idem significante, Melánchthonem ab adolescentia, Joannis Reuchlinii, propinqui sui, hortatu ac voluntate, appellare deinceps coepit) obierat, inquam, proximo anno Wittembergae die 19. aprilis; at plurimos rationis suae aemulos ac sectatores reliquerat: quorum facile princeps Joachimus Camerarius elegiacum carmen in ejus obitu scripsit, & sepulcro inscribendum curavit; ex quo carmine aliquot versus, hominis vitam atque insigniora facta declarantes, etsi impios aliquando atque blasphemos, describere hoc loco non alienum existimavi:

. . . . Hac in parte sibi post mortem structa Melanchthon
Communi in luctu busta Philippus habet;
Qua templi foribus magni vicina Lutheri
E regione solum, quod tegit ossa, videt.
Dretta hunc vitales natum produxit in auras,
Dretta palatini limes amoenus agri . . .
Ludus eum puerum accepit Pfortzemidos urbis,
Heidelspergiaci mox schola gymnasii.
Doctrinae hinc fecit juvenem alma Tubinga magistrum;
Eximium laudis gessit ubi ille decus.
Inde triumphator monachorum Capnio jussit
Albidos hanc ripam visere saxonici:
Tunc nova dux Fridericus ubi collegia musis
Romani fundans ensifer imperii,
Vndique conductis praestanti laude parabat
Artis & ingenii reddere clara viris.
Heic, socio ipso annis viginti octoque Lutheri,
Wittembergiacae res fuit ampla scholae:
Quam septem bis adhuc provexit deinde, gubernans
Fluctivagam & vastum per mare nauta ratem.
Heic tempestates quas hic perpessus! & ad quam
Saevos haec scopulos acta carina fuit!

Quan-

exitium, aliis alios impellentibus; utinam incumbentibus principibus nostris! Jamdiu profectus est cum pontificiis literis, quibus Hungariae episcopatus confirmantur, episcoporum procura-
b tor (*b*); ex quo de mea etiam opera cognosces. qua de re
i colloquar cum Morono cardinale (*i*), ut, si quid reliquum est,
k quod non puto, conficiatur (*k*), quo episcopis omnino satisfiat.
l Vale, & me ama. Romae (*l*). prid. non. jan. M. D. LXI.

II.

Quantum externi odii, quantum invidiaeque suorum,
Ingratorum hominum quae maledicta tulit!
Ipse tamen, quamvis reflantibus undique ventis,
Directum est, retinens vera, secutus iter.....
Scripta sed illius memorabilia inter, & acta
Plurima, quae solidae nomina laudis habent,
Unum opus eximium est, fidei confessio sanctae,
Ante tuos, caesar Carole, lecta pedes.
Languida qua Christi jamdudum ecclesia nitens
Rursum audet vultus tollere laeta suos....
Corpus at exanimum tumulo hoc requiescit humatum;
Condecorant gratae quem monumenta scholae,
Ille quod expletis senio curisque gravatum
Sexaginta annis exuit atque tribus.

De Melanchthone si quis plura cognoscere voluerit, is legat libellum Caspari Ulenbergii Lippensis, Coloniae Agrippinae an. 1622. editum hoc titulo: *Historia de vita, moribus, rebus gestis, studiis, ac denique morte praedicantium lutheranorum Phil. Melanchthonis, Mathiae Flacci Illyrici, Georgii Majoris, & Andreae Osiandri*. Illud extremo loco dicere non omittam, eum, qui in superiore carmine *Capnio* appellatur, fuisse Joannem Reuchlinium; qui cognomen suum, quod germanice *fumum* significat, in graecum, idem significans, Hermolai Barbari admonitu, commutavit: Thuano si credimus *Historiae* suae tomo II. pag. 72. editionis novissimae londinensis.

(*b*) At card. Borromaeus ad Hosium 13. jan. 1561. *Quoad bullas*, inquit, *episcoporum pannoniorum, jam compluribus ab hinc diebus accepisse eas debet ab reverendo Commendono, qui eas detulit: pro certoque habeo, episcopis illis gratam benignitatem & liberalitatem erga eos sanctissimi domini nostri fuisse*.

(*i*) Is ad Hosium de hac ipsa re ita scripsit die 26. febr. 1561. *Summatim dicam.... hungaricis episcopis omnia esse perbenigne remissa, praeter operae mercedem, qua fraudari nullo modo mercenarii possunt*.

(*k*) Pro hac voce Gratianus in exempl. substituit *conficietur*. sed causam non video.

(*l*) Hanc vocem, in exempl. omissam, addidi.

II.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Serio ac diligenter de concilio tridentino instaurando a Pio IV. agi. 4. Jan. 1561.

ET superiora de moschorum duce libenter cognovi ex tuis literis; &, quid cum eo egerint legati vestri, renunciata legatione, nisi id sit in mysteriis, ex eodem te scire aveo. tu igitur tuae in me humanitati constabis. De camertum episcopo (*a*) & de concilio quid rex vester sentiat, nihildum accepi. Permolesta mihi quidem est cum divinatio (*b*) ista infrequentis concilii, tum interpretatio pontificis max. consiliorum; in quibus & prudentia Christi vicarii, & communis ecclesiae parentis charitas elucet: cujus non solum aequitatem ac reli- a b

Cc 2 gionem

(*a*) Ad Sigismundum Augustum, Poloniae regem, missus paullo ante fuerat de re potissimum futuri concilii nuncius a Pio IV. Berardus Bonjoannes romanus, jampridem a Paullo III. camertium episcopus factus. euntem ad munus suum obeundum Martino Cromero diligenter commendaverat cardinalis Puteus; cujus nova ejusdem episcopi ad eumdem Cromerum commendatio in litteris, hoc ipso quarto januarii die ab eo datis, exstat hujusmodi: *Delectaverunt me magnopere litterae tuae ..... propterea quod camertium episcopi, apostolici nuntii, dignitatem & commoda meo quoque nomine curae tibi fore polliceris; in quo diligendo, ejusque consiliis conatibusque tua auctoritate adjuvandis si studium tuum diligentiamque posueris, tam mihi gratum erit hoc officium, quam & provinciae vestrae salutare, & perhonorificum tibi futurum esse, intelligo*. Cyprianus, *Tabularii ecclesiae rom.* eruditus ac diligens editor, in argumento, quod Borromaei epistolae, ad Hosium die 24. jan. 1562. datae, pag. 210. praefixit, *Canobium* pro *Bonjoanne* imprudens posuit. agitur in ea epistola de *episcopo Camerini, apud Poloniae regem tum nuncio*. Canobius autem Camerini episcopus nullus umquam fuit. Vide *Italiam* sacram Ferdinandi Ughellii; qui hanc eamdem Bonjoannis ad Poloniae regem Pii IV. nomine allegationem commemorat. Exstat hujus Bonjoannis opus, editum Venetiis apud Andream Arivabenum an. 1564. hoc titulo: *Berardi Bonjoannis, episcopi Camerini, nuncii apostolici apud sereniss. regem Poloniae, brevis summa, in compendium totius summae theologicae divi Thomae aquinatis ad sanctiss. Pium pont. max.*

(*b*) Scripserat, ut opinor, Truchsesio Cromerus, eam hominum opinionem Viennae, ubi tum ipse degebat, esse, ad tridentinum concilium, quod proxime indictum a Pio IV. fuerat, non admodum frequentes episcopos conventuros; praetereaque ipsum Pium de eo concilio habendo non magnopere laborare. Eam opinionem, sive divinationem potius, de episcoporum infrequentia, eamque Pii voluntatis ac consiliorum de concilio iniquam interpretationem admodum displicere sibi, Truchsesius rescribit, & falsam ostendit.

Digitized by Google

c gionem in prosequendo (*c*) concilio, sed etiam liberalitatem ac benignitatem in invitandis eo principibus, qui aliter accipiunt, ii mihi videntur praejudicatam quandam, nec eam admodum aequam, opinionem ad id judicium afferre. qua in sententia te non esse, etiamsi ita scribas, & mihi ipse persuadeo, &, quia te amo, vehementer velim. nam ad ejusmodi homines maxi-
d me illud pertinet: *Vae* (*d*) *tibi, qui dicis bonum malum, & malum bonum*. qua supplicii denunciatione nihil aeque horribile
e aut pertimescendum esse in divinis literis, sanctissimi viri (*e*) memoriae prodiderunt. quare tu quidem, mi optime & humanissime Cromere, ut res est, omnem concilii habendi rationem vere & ex animo hic initam esse, existimabis. Vale. Romae. prid. non. jan. M. D. LXI.

(*c*) Recte *prosequendo*: nam concilium, a Pio indictum, non nisi continuatio esse debebat, & vero fuit, ejus concilii, quod, ut in ipsius indictionis edicto dicitur, indictum jam antea a Paullo III. & ejus successore Julio III. fuerat, sed, variis de causis saepius impeditum & interpellatum, perfici non potuerat.

(*d*) Apud Isaiam cap.5. vers.20. ad plures haec dicuntur: *Vae, qui dicitis malum bonum, & bonum malum*: quae nescio cur ad unum Pogianus sine necessitate, immo contraquam institutae sententiae ratio postulabat, transferre voluerit.

(*e*) Inter quos Basilius ille magnus, *Haec vox vae*, inquit, *quae intolerabilibus profertur doloribus, eis convenit, qui paulo post detrudendi erunt in grave supplicium*.

III.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

21. jan. 1561. *De salisburgensium archiepiscopi negocio. De Jacobo Noguera, quem plagii Jacobus Illecinus insimulaverat.*

a QUem mihi commendas (*a*) salisburgensium archiepiscopum designatum, eum ego talem jandiu cognitum habeo, qualem & caesaris & multorum praeterea judicio videri scribis;

(*a*) Eumdem hunc archiepiscopum cardinali item Puteo commendarat jam ante Hosius. *Quod scribis*, inquit Puteus litteris ad Hosium die 21.dec.1560. datis, & in *Tabul. eccl. rom.* pag.129. relatis, *de salisburgensi archiepiscopo jam electo, viro pio, erit mihi non minori curae illius dignitas, quam gratum certe fuerit, pii ac studiosi hominis electione factum esse, ut publicae utilitati ac saluti consuleretur*. Ad quem locum haec Cyprianus erudite adnotavit: *Archiepiscopus salisburgensis, cujus mentionem hoc loco facit Puteus, Joannes Jacobus de Kuon erat. electus anno 1560. mortalitatem exuit 1586. ut Hansizius refert Germaniae sacrae tomo II. p.635.*

scribis; ut confidam, eundem illi muneri, vel difficillimis his temporibus, satis esse facturum. quam vero moram aut difficultatem res ejus habitura sit, nihil ne suspicione quidem adhuc assequi possum. quare spero, confectum iri primo quoque senatu (*b*). b si quis nodus intercesserit, non patiar desiderari a me rationem officii mei. quod eo libentius faciam ac diligentius, quo magis rem caesari cordi esse, intelligo ex tuis literis. Scripsit ad me Jacobus quidam Illecinus (*c*), quem librum hic (*d*) decanus c d vien-

(*b*) Is senatus ante diem 18. hujus mensis videtur fuisse habitus, quo die illa card. Puteus ad Hosium scribebat: *Salisburgensis archiepiscopi causam ornavi, tuo testimonio fretus, honorifice. quod eo libentius feci quia, praeter gravissimum testimonium tuum, putavi id tibi gratissimum futurum.*

(*c*) Ad hunc Illecinum est Truchsesii, quae proxime sequitur, epistola, omnino legenda ei, qui rem, qua de heic agitur, volet plene planeque cognoscere. In Latinii ad Hosium litteris, 22. febr. hujus anni datis, non *Illecinus*, sed *Ilcinius* appellatur. de eo comperti nihil habeo, praeter ejus institutum erudiendae juventutis, quod in sequenti epistola commemoratur, & hanc ejus cum viennensium decano controversiam, quae his litteris significatur, & de qua pluribus inferius acturi sumus. immo, quum plurimarum bibliothecarum tum editos, tum scriptos catalogos diligenter inspexerim, neminem unum scriptorem, *Illecinum*, aut *Ilcinium*, aut *Illicinum* cognomine, potui reperire, praeter quendam Bernardum, cujus commentarius in Franciscum Petrarcam, Venetiis anno 1503. editus, in barberiniana bibliotheca adservatur; cui commentario haec inscriptio praefigitur: *Ad illustrissimum Mutinae ducem divum Borsium Estensem Bernardi Illicini medicinae ac philosophiae discipuli in Triumphorum* (sic) *clarissimi poëtae Francisci Petrarchae expositio incipit.*

(*d*) Ideo dicit *hic*, quia Romae tum is viennensium decanus degebat. Romam autem quam pridem venisset, quo nomine, qua gente, quo ingenio doctrinaque fuerit, nesciremus, nisi tum ea, tum alia quaedam, ad eumdem pertinentia, Latinus Latinius in suis aliquot epistolis, anno superiore 1560. datis, memoriae prodidisset: quarum has particulas habeto. Ex litteris ad Andream Masium die 4. mart. *Ante paucos menses venit in urbem Jacobus Noguera, homo hispanus, decanus ecclesiae viennensis; qui aliquot annos Ferdinando caesari sacris mysteriis peragendis, sacrisque libris pro concione interpretandis, cum summa, ut audio, laude operam dedit. multa hic quoque scripsit; ac propediem quatuor de ecclesia libros, quos partim absolutos jam, partimque excusos habet, publicabit: quos etiam spero jucundos omnibus, reique publicae in primis utiles fore. Tu, si quando leges, videbis, hominem, minime stertentem, non tantum res arduas graviter & erudite, sed etiam eleganter & quadam dicendi facilitate permirifica tractare. Is est apud me semper, meorumque aliquot librorum commoditate (quod ipsius nondum supellex est advecta) familiariter utitur; Faërnique nostri opera, & Tranensis cardinalis, summo pontifici notus est: quamquam (ne quid te celem) patroni mei* (card. Putei) *in primis testimonio, ac deinde Hispaniarum regis, atque ipsius caesaris legatorum commendatione perfectum jam est, ut in familiam pontificis honesta conditione sit adscitus. Hic scribet, ni fallor, plurima. ea est enim hominis in dicendo & scribendo facultas, ut quivis merito mirari possit, tantam in juvene hispano erudi-*

e viennensium edidit *de ecclesia Dei dinoscenda* (e), jussu meo Dilingae

eruditionem, tantamque ex tempore verborum bonorum copiam. Ex litteris ad Stanislaum Hosium d. 11. jun. *Sirletus, Faërnus, Nogheriaque optime valent, cupiuntque vicissim, te optime valere. Nogheria vero, quod hominis industria atque eruditio quaesitorum collegio aliqua in re prodesse poterat, in illud sine suffragio adscitus est. meminit ille tui libentissime, teque honoris causa frequenter nominat. scripsit autem ad te, si recte memini*. Ex litteris ad Valentinum Kutzborskium d. 20. jul. *Viennensis decanus, postquam in quaesitorum de haeresi collegium lectus est, nuper in familiam pontificis honorifice adscriptus, majora meditatur. pollicitus autem mihi est, se ad episcopum tuum diligenter scripturum*. Ex litteris denique ad eumdem illum Andream Masium d. 21. dec. *Sed, ut ad litteras tuas veniam, erit mihi curae, ut Basilii commentarios in Esaiam Noghera noster publico studiosorum commodo prodat in lucem*. Nicolaus Antonius in sua *Bibliotheca hispana*, Romae 1672. edita, Jacobum hunc Nogueram *Didacum de Noguera* appellat, hispanorum hominum rationem, tam in nomine, quam in cognomine sequutus; atque haec praeterea commemorat: *Inter episcopos Pii IV. nominatur in catalogo eorum, qui synodo tridentinae interfuerunt, Jacobus Gibertus de Nogueras hispanus, episcopus Aliphanus; quem Ferdinandus Ughellus tomo VIII. Italiae sacrae successisse Antonio Augustino anno 1561. obiisseque 1566. refert: qui idem, credo, est cum nostro*. Non credo, sed certe scripsisset Antonius, si Guilielmi Eysengreinii *Catalogum testium veritatis*, & Petri Canisii litteras, quarum caput infra afferemus, videre potuisset. nam, quod *Jacobus Gibertus* in eo catalogo noster hic appellatur, id non nisi binominem eum fuisse ostendit.

(e) Libri, de quo heic agitur, titulus atque inscriptio est hujusmodi: *De ecclesia Christi ab haereticorum conciliabulis dinoscenda praeclari libri duo, antehac nunquam aediti, authore Jacobo Noguera S. Theol. doctore, decano Vienn. & Caes. Maj. a sacris. Dilingae apud Sebaldum Meyer anno Domini* MDLX. Editionem hanc Stephanus Agricola augustanus curavit, qui & praefationem operi praefixit, *D. Michaëli archiepiscopo Saltzburgensi* nuncupatam, & die 29. junii ejusdem anni 1560. datam; in qua de auctore deque ipsius opere haec, quae sequuntur, testificatur: *Auctor ipse rem omnem satis expedit; qui utinam etiam reliquos libros duos, sicuti constituerat, adjunxisset: sed, nescio quo casu impeditus, & nobis e Germania modo subtractus, non absolvit libros quatuor; de quibus haud dubie contulit aliquando cum reverendiss. celsitudine tua, praesertim in comitiis nuper Augustae celebratis ..... Est profecto in his libris digna praestante scriptore atque theologo eloquentia: est varia reconditae eruditionis supellex: est non vulgaris rerum copia, & ex probatissimis quibusque patribus ea vis & efficacia testimoniorum, ut nullus, nisi valde protervus & in sensum datus reprobum, se his libris possit opponere ..... Primus liber ostendit, cur omnes haeretici ecclesiam se esse dicant, & quas ob causas nolint veram Christi ecclesiam agnoscere. Secundus autem refutat haereticorum aetatis nostrae sententiam de signis monstrantibus Christi ecclesiam, & declarat, eam non esse ecclesiam Christi, quam illi fingunt &c.* Haec de primo & secundo libro (qui tamen non est plane absolutus) in praefatione sua editor Agricola. in calce vero voluminis his verbis duorum reliquorum argumenta complectitur: *Tertius declarabit, nostri temporis haereticorum doctrinam naturae, scripturae, & disciplinae*

Digitized by Google

lingae impressum, a se quodammodo furatum (*f*) esse. moleste fero,

sciplinae morum repugnare: nostram vero doctrinam cum natura, scriptura & disciplina maxime consentire, atque ab iis fontibus profluxisse. quartus demum liber ostendet, quae sit vera Christi ecclesia, & quibus signis pernoscatur; declarabitque, eam in iis, quae ad fidei doctrinam pertinent, errare non posse; atque ejus matrem & magistram ecclesiam romanam esse, & ipsius pontificem summum Christi vicarium, & orbis christiani pastorem existere. Hosce ego posteriores duos *de ecclesia Christi* libros numquam postea fuisse editos, pro certo habeo; compositos autem & absolutos illa Guilielmi Eisengreinii in *catalogo testium veritatis*, Dilingae an. 1565. edito, videntur indicare: *Jacobus Noguera, hispanus, sacrae paginae doctor, decanus viennensis in Austria, post episcopus factus Italiae, insigni spectataque virtute praeditus vir, historicus celeberrimus, multarumque literarum & rerum peritissimus, de Christi ecclesia commentarios absolvit.* Petrus Canisius litteris ad Hosium die 16. mart. 1562. Tridentum Augusta datis, dilingensem priorum *de ecclesia Christi* librorum typographum nescio quid controversiae de re pecuniaria cum Noguera nostro, Alifanorum tum episcopo, unoque ex concilii tridentini patribus, habuisse, cum ipsius hujus operis tum aliarum inter eos rationum causa, significat: *Quod ad reverendum dominum*, inquit, *Alifanum attinet, agam libenter causam ipsius cum typographo dilingensi, cum is redierit ex mercatu franckfordiensi. queritur interim typographus, pro quatuor libris promissis duos non integros sibi contigisse, & auctorem, opere imperfecto relicto, cum iam secundo libro prelum occuparetur, hinc discessisse; & nescio quam membranam in principum gratiam non parvo emi jussisse, quam postea non exsolverit. Caesar ex libris ejus Nicephorum graecum sustulit; alii sibi quosdam vellent restitui. Debetur praeterea scholae ingolstadiensi aliquid, & rogant, ut fidem datam ille praestet. Ego libenter, non dicam amico veteri, sed episcopo catholico, si possum, gratificabor.*

(*f*) Habemus Illecini in Nogueram gravissimam criminationem, &, siquidem illa vera est, justissimam querelam. libros illos duos *de ecclesia Christi* a se scriptos Illecinus, a Noguera subreptos, & nogueriano nomine inscriptos dilinganis typis impressos prodiisse, affirmabat; de eaque tam insigni injuria apud Truchsesium, qui Dilingae, in suae dioecesis oppido, ipsum librum imprimi jusserat, per litteras expostularat. Sed reliqua nunc quidem perpetua oratione persequi omittamus. per partes potius ac singulatim, quemadmodum ab initio hujus negocii ac controversiae commemorandae coepimus, & ut a verbis atque sententiis ipsius epistolae admoniti fuerimus, causam hanc totam, certe insignem memoriaque dignam, & minime vel eruditissimis hominibus cognitam, nec nisi ex ipsa hac epistola nunc primum cognoscendam, deinceps exponamus. commodius id mihi ad explicandum, planius ac dilucidius ad intelligendum lectoribus nostris erit. De Illecino quidem, de Noguera, de *ecclesiae Christi* libris, de Illecini in Nogueram criminatione separatim diximus. causam nunc ipsam, quaeque in ea utrimque sunt, similiter distributeque videamus. tum denique, quid judicandum de re eoque sit, facilius statuemus.

Ac certe causa ea est, ut & diligenter cognoscenda & accurate tractanda sit. agitur de furto; quod crimen cum in omni re tum in litteris gravissimum ac turpissimum habetur: quo si Noguera, ejus criminis ab Illecino insimulatus, tenebitur, luat sane is, pervulgando flagi-

g fero, hanc haereticis ansam (g) dari maledicendi ab iis, qui & catholici in primis haberi volunt, & catholicorum magistri.
h si vera est Illecini querela, quid facias huic corniculae (h)? cujus in tam belle simulata religione impotentem ambitionem de-
i miror. & est aliqua etiam injuria mea (i). sed nolo quicquam de me dolenter, ne de hoc quidem durius dicere, antequam
k crimen comprobetur. tu, quaeso, quem (k) in iis numerat Illeci-

flagitio, infamiaque apud posteritatem suscipienda, meritas delicti sui ac debitas poenas. sin aberit a culpa, vel certe non perspicuis ac manifestis indiciis atque argumentis revincetur, nostrum est efficere, ut, qui tantae rei suspicionem, Illecini criminatione, omnibus ad hanc diem inaudita, in vulgus prodenda, primi apud homines commoverimus, aut eam levemus atque ab homine penitus removeamus, aut infirmam esse, neque satis ad agnoscendum amplectendumque crimen valere, ostendamus.

(g) Maledicendi certe occasionem haereticis praebuisset Noguera, si alienam lucubrationem sub suo nomine vulgasset, & tam impotentem homo catholicus ac sacerdos, in opere praesertim, quod adversus eos scriptum esset, ambitionem prae se tulisset. Quod si Illecinus, id quod verendum erat, furti plagiique cum eo agere libellis editis instituisset, contraque Noguera injuriarum illi ac calumniae actionem, ut fieri in ejusmodi controversiis solet, intendisset, tum profecto ludus iisdem haereticis ea hominum catholicorum concertatione ac jurgio mirificus ac multo jucundissimus esset datus. jure igitur Truchsesio Noguerae factum, quale sibi ab Illecino significatum erat, vehementer displicebat. Sed rem non usque eo progressam, argumento est, quod de ea mirum silentium est scriptorum illius aetatis omnium; ut, nisi haec Truchsesii epistola ac sequens exstarent, omnino nihil controversiae inter Illecinum Nogueramque intercessisse suspicaremur.

(h) Noguerae scilicet; qui, quemadmodum cornicula illa, quae est in fabulis, aliarum avium plumis amicta incedebat, sic is, Illecini libro suum nomen inscribens, tamquam alieno cultu ornatus in lucem adspectumque hominum prodierat, similem, atque illa, ambitionis suae aliquando fructum laturus. Horat. epist. 3. lib. I.

Quid mihi Celsus agit? monitus multumque monendus,
Privatas ut quaerat opes, & tangere vitet
Scripta, palatinus quaecumque recepit Apollo;
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus.

(i) Noguerae rogatu Truchsesius librum *de ecclesia Christi* Dilingae imprimi jusserat: ut ipse in sequenti ad Illecinum epistola scribit. ait igitur, in eo ipso sibi etiam, non modo Illecino, injuriam a Noguera factam, quod is ab se petierit atque impetrarit, ut alienus liber, sub illius nomine, suo jussu, in suo dilingensi typographio imprimeretur.

(k) Illecinus, ad Truchsesium scribens, quo illi librum *de ecclesia Christi* suum esse probaret, Hosium appellarat, cujus judicio atque censurae, praeter alios quosdam, quos nominabat, librum ipsum ab se exhibitum atque subjectum affirmabat. Hoc jam valde criminosum est; resque non verborum jactatione agitur, sed testium religione ac gravitate perpenditur. Si librum

Digitized by Google

lecinus ; quibus librum legendum & probandum dederit, quo-

 modo

librum *de ecclesia Christi* legendum Hosio, antequam Dilingae imprimeretur, probandumque Illecinus suo nomine dederat, libri certe auctor non Noguera, sed ipsemet Illecinus videtur fuisse. dedisse autem Illecinum Hosio librum, minime dubitandum videtur; siquidem is ad Truchsesium, Hosii amicissimum, scribens, ejus ipsius rei testimonium eidem Hosio quodammodo denunciabat. namque Hosio alienum librum, tamquam a se scriptum, cognoscendi causa Illecinum dare, summae temeritatis & incredibilis impudentiae, rursus in re falsa, in quaque redargui verbo uno mendacium posset, Hosium appellare, magis stultitiae atque stuporis, quam audaciae fuisset. igitur, neque, si dedisse se Hosio librum scripsit Illecinus, librum non dedit, neque, si dedit, alienum, non suum, dedit. Nogueram haec valde premunt: ut, nisi aut demonstranda eorum levitate infirmentur, aut contrariis gravioribusque argumentis afferendis obruantur, eum causa cadere, & litem Illecino adjudicari necesse sit. sed ampliandum censeo. nunc quidem institutam actionem persequamur, & reliqua, quae Illecini in Nogueram criminationem adjuvant, videamus.

Truchsesio quid Hosius de libro, sibi ab Illecino ad cognoscendum dato, rescripserit, reperire scriptum nusquam potui. Hosium ad Latinium de hac controversia quiddam scripsisse, in ipsius Latinii ad eum litteris, die 22. proximi februarii datis, video. *De Ilcinii*, inquit, *actione in Nogueram non satis intelligo, quid velis. curabo tamen, ut is* (Noguera) *ex me sciat, quod ego ex aliis discere necesse habeo*. Jam, quod Hosius ad Latinium ea de re scripserit, id quidem neutram in partem valet; neque in eo judicium ejus ullum aut sententia sive de facto sive de jure declaratur: ac tantummodo videtur ille voluisse Latinio Illecini expostulationem de libro, quem suum esse diceret, sub Noguerae nomine vulgato, significare, quae deinde, Latinio interprete, ipsi Noguerae innotesceret. Nihil igitur suspicionis in Nogueram ex illis Hosii ad Latinium litteris detorqueri potest: at ex Latinii ipsius litterarum silentio, de quo jam dicam, certe aliquid, atque haud scio an plurimum. namque hoc profecto mirum videri necesse est, post has februarii ad Hosium litteras, in reliquis ejusdem Latinii sive ad Hosium sive ad alios caeterorum mensium atque annorum litteris, quas ille plurimas scripsit, & Dominicus Magrius anno 1667. Viterbii edendas curavit, nullam amplius Noguerae mentionem usquam incidere. id ex eo factum Nicolaus Antonius in sua *Bibliotheca hispana* suspicatur, quod Noguerae mors immatura intercesserit. atqui, hoc si fuisset, id ipsum a Latinio in aliqua ad communes amicos epistola significatum maxime oportuit. non enim, qui de hominis in urbem adventu, de ingenio, de doctrina, de scriptis, de gratia apud principem, de honore, singulis paene litteris aliquid commemorarat, is de morte, acerba praesertim ac propemodum repentina, nihil sibi ne obiter quidem significandum duxisset. sed quid in re perspicua argumentamur? quum constet, totum quinquennium, post Latinii illas februarii litteras, superstitem Nogueram fuisse, atque hoc intervallo & episcopum Alifanorum sextili mense hujus ipsius anni 1561. creatum, & februario anni 1562. ad synodum tridentinam profectum; ibique aliquot ejus insignes & commemorandas actiones exstitisse. quarum rerum nullam postea a Latinio cuiquam significatam, immo ne Noguerae quidem amplius nomen in reliquis suis litteris ab eo usurpatum, nonne miran-

l modo rem esse (*l*) vel scias vel putes, ad me scribe; cujus etiam

mirandum? Jam quid vetat, hoc nos tam novum ac repentinum hominis silentium in eam partem interpretari, ut Latinium putemus, de Illecini in Nogueram actione Hosii litteris admonitum, in rem diligentius inquirere coepisse, ac Noguerae fraude atque insigni turpitudine, ut sibi videbatus, deprehensa, ut erat ipse homo maxime ingenuus, & ab omni fuco mendacioque abhorrens, ab eo confestim abalienatum refugisse, nec modo cum eo, sed ne de eo quidem amplius agere voluisse? ad quam suspicionem ac conjecturam trahere fortasse quis possit locum illum ex ejusdem Latinii ad Masium litteris, multo post hoc tempus, idest 14. sept. an. 1563. datis, quo in loco carpit ille quidem ac vituperat quemdam, de quo ad se Masius scripserat, sed ita, ut dedita opera atque consulto ab eo nominando abstineat: *Sed redeo*, inquit, *ad Sirietum (nam nugatorem illum, quem turpitudinis causa non nomino, de quo plurimus in urbe sermo, dum intra pallium totus latebat, dies ipsa revelavit): is igitur &c.* Si quis licere sibi arbitrabitur loci hujus aculeum ac male dictum in Nogueram convertere, idemque Latinii reliquam de eo taciturnitatem, post allatas Hosii ad se illas de Illecini querela litteras, attenderit, nae is Latinii judicio manifesti plagii hominem condemnatum existimabit. Nos tamen, neque satis valere haec contra Nogueram, & hominem falsi criminis ab Illecino insimulatum videri, jam jam ostendemus.

(*l*) Videamus igitur, num, quod se scire ex Hosio de hac controversia Truchsesius volebat, neque cuiquam ullis aut Hosii aut aliorum litteris ac testimonio compestum est, id nos assequi atque cognoscere conjectando argumentadoque possimus. Ac primo quidem, si Latinio satis justam causam removendi se penitus a Noguerae consuetudine atque amicitia illam esse potuisse existimamus, quod de hominis furto ac flagitio credidisset, non minus justam Hosio abalienandi sese a Noguera futuram fuisse existimare debemus, si ejusmodi facinus ab eo patratum comperisset. atqui in Hosio non modo nullum post haec abalienati ab illo animi indicium exstat, sed nonnulla potius propensae in eum voluntatis ac benevolentiae signa, & singularis studii atque officii argumenta constant. nam primum insequentis anni initio, Tridenti cum ageret, & oecumenico concilio non interesset solum, sed etiam pontificis maximi nomine praesideret, in summis tantae procurationis occupationibus Petro Canisio (cujus litterarum particulam supra recitavimus) Noguerae causam ac controversiam cum dilingensi typographo accuratissime commendavit; deinde per autumnum ejusdem anni cardinali Christophoro Madruccio, pro nescio quo subsidio Noguerae impetrando, supplicavit: cujus cardinalis litterarum, Roma die 21. novembris datarum, item particulam recitabo: *Ne miretur*, inquit, *dominatio vestra reverendiss. me litteris suis, quibus domini episcopi alifani, quem magna caritate prosequor, mihi subsidium commendavit, hactenus non respondisse. nam ipsas ego litteras illustriss. cardinali Borromaeo non vulgari cum commendatione dederam, ut ille a sanctiss. domino nostro, quod cupimus, impetraret. accidit interim comitis Borromaei aegritudo & acerbus interitus, quo turbati vehementer sumus, tota curia moerore squalloreque confecta. cum primum cessare videbitur luctus, rem, de qua non prius respondere decreveram, quam perfecta esset, ad optatum exitum perducendam curabo.* Hosius igitur, qui Nogueram amare, ejusque utilitatibus ac commodis favere

etiam literarum exemplum tibi misi. Vale: &, si per officii

Dd 2 tui

vere atque consulere, etiam post Illecini criminationem, tam studiose perrexerit, nonne videtur non modo crimen non agnovisse, sed tiam secundum reum judicasse?

At Latinius silentio illo suo & crimen agnovit, & hominem suo judicio condemnavit. Primum nescio. nam, quod de Noguera agere in suis ad amicos litteris, post cognitam Illecini criminationem, destiterit, si id vel maxime Latinii animum offensum ostenderet, tamen non continuo necesse esset, offensionis ei causam hoc Noguerae factum praebuisse; quum aliae permultae, ignotae quidem nobis, attamen verissimae, alienati animi ac simultatis causae illi esse potuissent. Deinde, si etiam Illecini criminationi de Noguera Latinius credidit, ob eamque rem factus est ab eo alienior, minime tamen convenit aut aequum est, quod aliquis aliquando de alio credidit, id statim a nobis verum ac credendum putari. creduntur saepe ab hominibus de hominibus falsa; magisque fere cavemus, ne in logicis aut physicis rationibus ponderandis, quam in hominum actionibus judicandis, fallamur. levi conjectura, fictis fabulis, rumoribus, ingenio saepe nostro, ad suspicandum prono pravoque, ducimur. quinetiam reperias aliquos in judicando de vitiis hominum atque peccatis ita leves, ita non consideratos, ita praecipites, ut, quae modo fieri ab aliquo potuerunt, nec, ne facta ab eo sint, magnopere quidquam obstat, satis id habeant, quo facta credant. Latinium ego in horum numero non pono; nec sane ponendi causas habeo aut vero etiam requiro. tantum sumo, fuisse eum hominem, & in suis judiciis atque sententiis errare potuisse; nec propterea, quod ille de Noguera fortasse credidit, idem a nobis necessario esse credendum. Non igitur Latinii silentio Noguerae causa laeditur; Hosii vero commendatione illa, quasi quodam innocentiae testimonio, etiam adjuvatur.

Sed maximum illi firmamentum (quoniam testibus quodammodo agere coepimus) Truchsesii cardinalis ad Illecinum litteris, quas supra significavimus, quaeque hanc ejusdem ad Hosium epistolam ordine sequetur, adjungitur; in quibus illa sunt fere extrema: *Qui jam impressus est* (Dilingae, sub Noguerae nomine, *de ecclesia Christi* liber) *uti tollatur* (id quod Illecinus voluisset, quodque a Truchsesio petierat atque contenderat), *nisi explorata fraude, praestare non possum nec debeo. re perspecta, tum denique partes meas suscipiam*. Quas vero partes? tollendi nimirum comprimendique illius libri. sustulit ne illum deinde Truchsesius atque compressit? immo venire in hominum manus & passim pervulgari permisit. nam certe & notus fuit hominibus illius aetatis, qui plurimi de eo in suis lucubrationibus meminerunt, & a nobis posteris legitur. Qui igitur, perfecturum se, perspecta re, ac Noguerae fraude explorata atque comperta, Truchsesius receperat, ut liber comprimeretur, nonne is, cum nihil tale neque fecit neque facere conatus est, nullam se postea Noguerae fraudem in illius libri editione, nullum furtum, nullum mendacium aut flagitium comperisse, quodammodo testificatus est? non arbitror hoc parum valere ad hominis innocentiam comprobandam.

Quid si etiam ipsius accusatoris indicio ac tamquam testimonio aliquod innocentiae subsidium possumus comparare? nonne faciamus? nos vero non tam pro reo (quamquam illi, vel quod doctus vir, vel quod hispanus, vel quod episcopus fuit, certe favemus), quam pro re ipsa, quantum possumus, contendamus; neque quidquam, quod ad investigandam patefacien-

tui religionem potes, fac me aliquando certiorem de rebus istis: sin

faciendamque veritatem pertineat, in nova obscuraque quaestione praetermittamus.

Ajo igitur, habere nos quoddam ipsius accusatoris Illecini de Noguerae innocentia testimonium. quod cujusmodi sit, jam intelligetur. Quid enim accusator criminabatur? Nogueram librum *de ecclesia Christi*, nogueriano nomine inscriptum atque editum, ab se esse furatum. magnum crimen, indignum facinus, injuriam non ferendam! neque enim scheda una aliqua Illecino aut pusillus exiguique pretii liber illa Noguerae fraude perfidiaque periisset; sed ingens volumen, magni laboris multarumque vigiliarum opus, eruditis illius aetatis hominibus doctrinae atque elegantiae gratia mirifice commendatum, & ab omni posteritate non sine fecundissima approbatione excipiendum, vivo videntique ereptum esset. quo in genere injuriarum ita non patientes, ita non dissimulantes, ita non taciti litterati homines esse solent, ut, quantum existimationis sibi ejusmodi furtis detractum putant, tantumdem ignominiae atque dedecoris detractoribus ipsis ac furibus comparari, eorum facinore voce scriptisque ubique vulgando, atque etiam posteritati prodendo, velint, idque omni ratione conentur. Quid simile Illecinum voluisse aut conatum esse in Nogueram, a quo tantum damni jacturaeque accepisset, videmus? unis ad unum Truchsesium missis litteris immane Noguerae facinus, suam summam calamitatem indicavit: nemini praeterea dixit; nullam aliam tantae rei querelam suam esse voluit; nullam doloris sui aliam vocem misit. Immo vero, dicet aliquis, dixisse & scripsisse eum de ea re multis, & vulgo magnaque cum hominum deorumque fidei obtestatione conquestum esse, credibile est; sed ejus rei nulla ad nos, tam longi temporis intervallo interjecto, fama pervenit. At mihi illud potius credibile ac verum videtur, perventuram eam ad nos famam fuisse, si ille, quod certe facere tam gravi injuria affectus debuit, questus de ea apud multos mortales esset, remque vulgasset. nulline aut Illecino amici atque fautores, aut Noguerae inimici atque obtrectatores fuerunt, quorum alteri alterius famam vindicandam, alteri alterius impudentiam exagitandam susciperent, illamque pulcerrimam sive amoris declarandi, sive exsaturandi odii sui occasionem arriperent? qui fieri potuit, ut horum ad nos de tanta re neque vox neque littera ulla pervenerit? ii certe, qui, per a iisque proxima tempora, rei litterariae litteratorumque hominum cognitione delectati, omnia in eo genere inquirentes persequebantur, monimentisque mandabant, aliquid, si quid in re fuit, audire ac scire debuerunt; nec, si quid audiverunt atque sciverunt, de eo caelare posteritatem velle potuerunt. atqui omnes ad unum (nam multi sunt) librum *de ecclesia Christi* illum commemorarunt, summisque laudibus extulerunt; nemo Illecino adscripsit, nemo non Noguerae sine ulla dubitatione adjudicavit. omittam reliquos, praesertim ab illa aetate, qua haec ipsa acciderunt, remotiores. Guilielmi quidem Eisengreinii spirensis testimonium in *Catalogo testium veritatis* hujusmodi supra recitavimus: *Jacobus Noguera, hispanus, sacrae paginae doctor, decanus viennensis in Austria, post episcopus factus Italiae, insigni spectataque virtute praeditus vir, historicus celeberrimus, multarumque literarum & rerum peritissimus*, DE CHRISTI ECCLESIA COMMENTARIOS ABSOLVIT. Haec Eisengreinius scribebat, edebat certe, Dilingae anno 1565. hoc est quinto, postquam in eadem urbe, ejusdemque Sebaldi Mayerii typis, liber *de ecclesia Christi* prodierat. utrum

sin id impeditum est, quomodo tecum agatur, ut ignorem, nolim

utrum igitur volumus? nescisse Eisengreinium quidquam de Illecini querela atque actione, quam Noguerae illius ipsius libri causa intenderat, an audivisse eum quidem aliquid, sed falsum comperisse? si audivit aliquid, & falsum comperit, quid de Noguerae innocentia dubitamus? si nihil audivit; nulla igitur fuerat paullo gravior aut testatior Illecini de libri illius furto querela; quae certe fuisset, & magna illa quidem, nec vulgo, quemadmodum supra dicebamus, ignota, si tanta Noguerae in se injuria constitisset. Si igitur nulla Illecini de libro, sibi ab Noguera subrepto, ejusmodi querela fuit, ne librum quidem Illecino Noguera subripuit.

Atque hactenus quidem hoc praetermissae ab Illecino querelae argumento, post alia, ab Hosii facto Truchsesiique dicto petita, veluti quodam ipsius de Noguerae innocentia testimonio, quoquo modo potuimus, abusi sumus. age: nunc Noguerae causam, non cujusquam aut facto aut dicto aut silentio, sed ipsius Noguerae scriptis, si possumus, ac tamquam voce, validius atque illustrius defendamus. Quod si aliquod aut illius aut adversarii ejus certum & minime controversum opus exstaret, nihil negocii esset, adhibita certi operis cum incerto comparatione, & utriusque scripti ratione diligenter animadversa, totam hanc controversiam sine ullo errore dirimere. nunc sub Illecini nullum, sub Noguerae autem nomine unum hoc *de ecclesia Christi* opus, de cujus auctore quaeritur, habemus. hoc uno agendum est; in hoc unum est inquirendum; hoc non jam cum aliis, sed secum est ipsum comparandum. quaestio quaedam operosior instituenda est, & tamquam tormenta adhibenda, ut veritas vel ab invito exprimatur. sed quaesitoris partes, quae plus laboris molestiaeque habebant, mihimet sumsi, jamque transegi. mea est nunc reliqua quaestionis ipsius una relatio, legentium autem futura est non nisi una cognitio.

Librum *de ecclesia Christi* legi totum, diligentissime legi, semel atque iterum legi. verba, verborum collocationem, vim, proprietatem, translationes, caeteraque, quae sunt ejus generis, expendi. sententias, sententiarum acumen, gravitatem, perspicuitatem, & quae praeterea in eo genere inesse solent, consideravi. rursus verba cum verbis, sententias cum sententiis, orationis universae formam atque habitudinem, cogitandi eloquendique rationem, toto opere diffusam, prima cum mediis, media cum extremis, extrema ipsa cum primis invicem contuli ac comparavi. nihil discrepans, nihil abhorrens, nihil divulsum, nihil simulatum aut imitatione aliunde expressum deprehendi. consentanea inter se atque apta omnia, nativa, sincera, eodem tamquam fonte deducta, uno eodemque veluti satu procreata comperi. idem color, eadem omnium indoles, idem stilus, eadem manus, eadem mens denique apparet. non ovum, ut dicitur, tam est ovi simile, quam quaevis libri pars cujusque partis simillima. experiatur, si quis volet (modo sit is, qui, ut de picturis pingendi periti, sic ipse de scriptis scribendi gnarus judicare possit), experiatur, inquam, librum ipsum inspiciat, excutiat, expendat. profecto non aliter judicabit; & universam scriptionem illam unius esse scriptoris opus agnoscet. quid tum? nempe, si liber universus non nisi ab uno conscriptus est, non ab Illecino, sed a Noguera conscriptum esse, confitendum est. quo nam tandem id modo? quia sunt in eo plurima, quae manifesto a Noguera esse conscripta constat: & est praeterea quiddam, quod, ut potuerit a Noguera non scribi, certe scribi ab Illecino non potuit.

hujus

hujus generis illud est pag.16. b. *Haec una pestis Germaniae imperium nobilissimum evertit, ludi scilicet magistelli, qui, cum quatuor paginas in Cicerone, Aristotele, & sacris literis legerint, statim se quidquid est eloquentiae, philosophiae, & rerum caelestium notitiae consecutos esse putant. &, quia quotidiano docendi usu aliquam sibi eloquendi, atque ornate dicendi vim compararunt, se de omnibus christianae fidei mysteriis disserere posse credunt; contra atque doctor ac magister gentium statuit, qui regnum Dei non in sermone, sed in virtute consistere ait.* Potueruntne haec ab Illecino scribi? nemo, opinor, dicet, qui meminerit, id, quod supra ex cardinalis Truchsesii litteris ac testimonio commemoravimus, ludi magistrum fuisse Illecinum. etsi enim verissime illa dicantur, tamen, qui eloquentiam atque humaniores litteras profiteretur, non his verbis earum dignitatem, ne in comparatione quidem, elevasset; nec, qui ejus artis magister esset, eos, qui in ea occuparentur, *magistellos* appellasset. Non possunt igitur illa esse Illecini.

Sed jam, quae sunt sine controversia Noguerae, videamus. Pag. ejusdem operis 17. *Nihil de meo hic fingo ... quod septem annorum experimento didici, loquor.* Pag.18. *Neque vero ignoro, singula haec separatim a maximis viris, distincte, ornate, & copiose explicata nostro tempore fuisse: inter quos facile principes sunt Stanislaus Hosius, Varmiae pontifex ..... & Petrus Sotus, hispanus meus.* Pag.20. b. *Nos quoque omnes, qui in aula invictissimi Ferdinandi caesaris versamur, novimus quendam, cui si Labacensis ecclesiae episcopatus, pro eo atque ipse optavit, fuisset datus, aut intra ecclesiae sacraria mansisset, aut tam cito inde non exivisset.* Pag.60. *Dum christianissimo Ferdinando caesari septem fere annis servio in iis actionibus, quae sacrosanctae sunt, & ad immortalem vitam perducunt, bonam Germaniae partem peragravi; nec ullum vel privatum vel publicum hospitium ingressus sum, in quo non viderim biblia sacra germanice expressa ..... Annus est, cum Viennae me ad mensam adhibuit Martinus Cromerus, clarum & eximium polonorum gentis ornamentum, qui .... nunc regis sui nomine legatione apud caesarem fungitur. Tum, pro ea humanitate, quam germani conviviis celebrandis declarare solent, hospes una cum uxore ad prandium vocatus est; atque ibi uxor germanice de conjugio sacerdotum disputare mecum coepit. ego, quamvis pleraque perciperem, tamen, cum ita respondere, ut me illa intelligeret, non possem, & disputationem finiri cuperem, jussi, testamentum novum, vulgari lingua perscriptum, adferri: quod illa cum statim produxisset, ex eo legendum illi exhibui illud, quod Paulus ait, mulieri non permitti, ut in ecclesia loquatur. quae verba cum illa de Paulo audivisset, Quid, inquit, contra me testem Paulum appellas, qui nobis mulieribus idcirco infensus fuerit, quod a mulieris congressu perpetuo abstinuerit? Tum disputatio risu soluta est.* Pag. 135. *Insigne illud & memorabile est, quod mihi anno superiore narravit Georgius Vvicelius, vir probus, & linguarum excellenter peritus, cum Francfordiae in comitatu christianissimi romanorum caesaris Ferdinandi eodem hospitio uteremur, multaque de haeresibus hujus aetatis colloqueremur.* Haec profecto non alius scripsit, nisi is, cujus nomine liber inscriptus est, Jacobus Noguera. etenim vel ejusmodi res iis locis omnibus significantur, quas non nisi ad eum pertinuisse, & Latinii & aliorum testimonio constat, vel ea commemorantur, quorum conscii ac tamquam participes, editis prolatisque nominibus, appellati, nisi vera essent, scribentis impudentiam atque mendacium una omnium voce refellere ac coarguere potuissent. Quod si illa Noguera scripsit in eo libro, in quo omnia non nisi

nolim committas. iterum vale. Roma. pridie idus januarii. M. D. LXI.

nisi ab uno scripta esse docuimus, an non universum librum a Noguera scriptum esse, confitendum est?

Superest, ut ad illud, quod pro Illecino contra Nogueram supra injecimus, nec tamen dilui tum oportere censuimus, sed certe dissimulandum non est, extremo hoc loco respondeamus; non quo verendum sit, ne quis eo ad labefactandam Noguerae causam, quae firmissima est, mutarique non potest, forte abutatur, sed ne ullus in animis hominum, re non penitus explicata atque perspecta, tamquam scrupulus resideat. est enim certe adhuc quiddam, quod eos dubitatione quadam distrahat, & incertos suspensosque teneat. nam librum quidem *de ecclesia Christi*, Dilingae impressum, a Noguera compositum esse, certissimis argumentis coacti sumus fateri. rursus eumdem librum, antequam imprimeretur, ab Illecino, tamquam a se compositum, Hosio ad cognoscendum fuisse datum, non potuimus ipsi Illecino, id in suis ad Truchsesium litteris supra affirmanti, non credere. quid ergo est? an potuit unus idemque liber ab utroque esse compositus? certe non potuit. ab utro igitur est compositus? dubitare non possumus, quin a Noguera. quid igitur? Illecinus non eumdem librum Hosio suo nomine dederat? dedisse concessimus. quid jam consequitur? illud, opinor, ut, si Illecinus eumdem librum, qui fuerat a Noguera compositus, Hosio ad cognoscendum suo nomine dederat, Noguerae librum Illecinus, antequam is imprimeretur, exscripserit, Hosioque, tamquam a se compositum, tradiderit; atque adeo, in quo peccatum in se a Noguera falso criminatus est, in eo ipse in Nogueram vere peccarit, qui illius opus pro suo impudentissime venditarit. Placet sic agi? placet hominem pressius insequi, atque acrius urgere, & accusatorem ipsum nostrum duplici crimine furti atque calumniae accusare? Mihi vero non placet. certum est neminem insectari. non ero in Illecinum tam infensus, quam ipse in Nogueram fuit. de tanto ejus flagitio mihi non satis liquet. suspicionibus tantummodo quibusdam ducor. si mitioribus minusque invidiosis uti possum, acrioribus magisque odiosis uti non debeo: minimeque convenit, quam ego turpissimi facinoris infamiam a Noguera amoliri conatus sum, eam a me in Illecinum, fortasse immerentem, temere retorquenda criminatione conferri. ut igitur in re obscura, neque mihi satis explorata, sic agam; & quid mihi de ea videatur, edisseram.

Illud igitur maxime verisimile atque adeo verum puto, unum idemque *de ecclesia Christi ab haereticorum conciliabulis dinoscenda* argumentum a duobus, Noguera videlicet atque Illecino, quin alter de altero sciret aut cogitaret, uno eodemque tempore fuisse tractatum. erat id scriptionis genus illa aetate, qua prope innumerabiles haereticorum hominum sectae ubique exortae erant, in diesque exoriebantur, valde opportunum ac propemodum necessarium: ut, qui pro vera Christi ecclesia adversus illos falsitatis magistros scribere aliquid animum induxisset, vix aptiorem magisque utilem deligere ad scribendum materiam potuisse videatur. & sane plurimos in ea versatos esse, qui haereticos per illa tempora scriptis voluminibus, quae etiamnum exstant, confutarunt, non ignoramus. Jam quarumdam rerum, de quibus scribendum sibi docti homines arbitrantur, ea conditio atque natura est, ut, si a pluribus tractentur, similiter atque eodem propemodum modo eas tractari, & alios in aliorum quo-

quodammodo rationem, ac quasi vestigia incurrere, necesse sit. nulla disciplina est, in qua non id & ratione atque argumentis posse contingere, & exemplis allatis contigisse etiam aliquando, demonstrari queat. duobus modo, in una eademque Justi Lipsii persona, contenti erimus; quae quidem, non nostris, sed eorum, qui primi illa animadverterunt monueruntque, verbis proferemus. M. Antonius Muretus *Variarum lectionum* libro XI. cap. I. *Multa*, inquit, *jampridem notaveram in C. Cornelium Tacitum, eaque, ut soleo, cum amicis compluribus communicaveram: cogitabamque eum, si daretur occasio, edere, a multis studio atque opera mea errorum maculis vindicatum. sed dum diem ex die duco ... ecce tibi Justus Lipsius, adolescens eleganti ingenio praeditus, mihique, dum Romae fuit, persamiliaris ... Taciti libros a se emendatos & illustratos publicavit. qui cum ad me perlati essent, eosque una ego & Gibertus Oddus perusinus, quicum ego ante hos duodecim annos Tacitum totum diligenter evolveram, curiose cum eo, qui tum a me emendatus erat, conferre ac contendere coepissemus, deprehendimus, ita saepe incurrisse utrumque nostrum in eadem vestigia, ut, qui rem non nosset, pleraque sumpsisse alterum ab altero, suspicaretur &c.* Nicolaus Abramius in commentario ad Ciceronis orationem in Pisonem sect. 88. adnot. 12. *Non est*, inquit, *operae pretium hic in explicando Tribuni militum efficio diutius immorari, cum Justus Lipsius, magnum criticorum decus, dialogo 9. libri 2. & noster Antonius Valtrinus, non secundum, sed alterum litterarum lumen, libro 3. cap. 10. de re militari rem totam pro dignitate tractaverint. adeo uterque totum antiquitatis fontem exhauserat, ut, quamvis eodem tempore scriberent, sed Valtrinus prius aliquanto opus absolveret, nihil tamen ab altero dictum sit, quod alter praeteriret.* Quod igitur in Lipsii duobus operibus videmus accidisse, ut e Mureti Valtrinique libris expressi atque descripti, propter rerum similitudinem, viderentur, id Illecino in Noguerae *de ecclesia Christi* libro, cujus in multis ac fortasse plerisque suum similem ipse comperisset, factum esse potuit videri. itaque, Noguerae fraudem ac manifestum flagitium se tenere existimans, nihil expiscatus est; rem ad Truchsesium tamquam certam atque exploratam detulit, testem etiam Hosium, qui suum librum, nogueriani operis simillimum, jam ante vidisset, appellavit. qua quidem testimonii tam audacter tanto viro denunciandi fiducia, non (quod supra Illecini causae ad tempus servientes visi sumus existimare) rei, in quam dabatur ille testis, veritas comprobatur, sed tantummodo ipsius Illecini opinio atque judicium ostenditur, qui, quod sibi de Noguerae opere perperam ac falso visum fuerat, idem Hosio visum iri arbitrabatur. potuit igitur credere, opus illud suum, quod Hosio legendum ante dederat, idem esse, atque illud, quod postea Noguera vulgavit; eáque opinione adductus Noguerae judicium de plagio neque temere neque fraudulanter intentare. Si sic acta res est, quemadmodum certe videtur, si is error improvidam Illecini mentem occupavit, si eo errore ad accusandum Nogueram adductus est, magnopere velim, eum & erroris, non sceleris ullius sui, & accusationis ac querelae, propemodum justae, non conficti criminis aut calumniae, veniam ab aequis judicibus impetrare. ita reus, defensoribus nobis, cum dignitate, accusator sine ignominia, lector, veluti quidam judex benignus atque misericors, ab hoc tamquam judicio, quod de plagio hactenus commissum est atque exercitum, cum voluptate discedet.

I. V.

Otho Truchses Card. Augustanus Jacobo Illecino. (*a*)

Illecini institutum laudat, & ad querelam de Jacobi Noguerae plagio respondet. 12. jan. 1561.

LIbenter legi tuas literas; in quibus amavi institutum tuum & erudiendae juventutis, & illustrandi (*b*) scriptis catholicam disciplinam. quam consuetudinem uti serves & augeas in dies magis, a te vehementer peto. nihil enim utilius reipub. ne tempore quidem opportunius (*c*) facere potes. qua in re si quo tibi adjumento esse possum, si ad me retuleris, non desiderabis officium meum. ut enim reliquarum virtutum, quarum mihi laudem perhumaniter tribuis, nihil agnosco, praeter egregiam quandam earum cupiditatem, sic amorem ac studium meum viris tui similibus, praesertim de ecclesia Dei bene meritis, libentissime semper praestiti. quae mihi etiam causa fuit amplectendi Jacobum Nogueram (*d*), qui eundem istum christianae laudis cursum, in quo tu es, tenere videbatur: cujus librum, quem scribis, rogatu ejus imprimi jussi Dilingae. is liber si tuus est, doleo non tam tua, qui parum in eo damni feceris, cum tuum esse constiterit, quam ipsius Noguerae causa, qui, in quo laudem quaerebat, si modo res se sic habet, ut scribis, vituperationem effugere non poterit. est praeterea id invidiosum ad haereticos, quibus impotens ista ambitio & concertatio catholicorum dabit sermonem. equidem divinare non potui, christianum hominem & religiosum virum alienum librum suo nomine pervulgare. cavebo quidem, ne reliqui duo Dilingae imprimantur, priusquam tibi cum illo conveniat. qui jam impressus (*e*) est, uti tollatur, nisi explorata fraude, praestare non possum, nec debeo: re perspecta, tum denique partes meas suscipiam. Vale. Roma. pridie idus januarii. M. D. LXI.

(*a*) Vide epistolam superiorem, & ad eam adnotationes.

(*b*) *illustrandis* exemplar. Emendavi.

(*c*) Propter tot ubique, in Germania praesertim, grassantes haereses.

(*d*) *Nogeram* exempl. neque aliter infra.

(*e*) Atqui non unus, sed duo libri impressi fuerant. quod Pogianus sive non animadvertit, sive *libri* nomine non nisi volumen, libris duobus constans, voluit intelligi.

Digitized by Google

V.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

22. jan. 1561.

Quaternis Hosii litteris respondet.

QUatuor a te epistolas accepi eodem tempore, priores tres VII. V. IIII. Kal. decembris, postremam III. no-
a nas (a) januarii datam. hujus brevitatem compenset laetissimus nuncius de adventu ad vos praestantis viri Joannis Fran-
b cisci Commendoni episcopi, quem Viennam venisse (b) incolumem, ei, nobis, Dei ecclesiae gratulor. tu quidem certe aliquando habes, quicum omnia libere ac tuto conferre possis. quod equidem, his multorum insidiis, nec minore perfidia, instar vitae puto. Accipe nunc ad primas tuas literas. probo religionem officii tui & fidem. etsi libenter cognoscerem, praesertim ex te, occultiora quaedam, tamen aequo animo fero, te in isto munere publico non egredi scribendo eos terminos, qui tibi constituti sunt. Eosdem autem esse arbitror, qui in te, & in excellentem virtutem ac pietatem animo sunt alieniore: quo minus tibi id molestum esse debet. Illud vero jucundissi-
c mum, te a rege (c) gratiam inivisse. quod si nihil praeterea in ista provincia profecisses, tamen esset is laborum tuorum fructus uberrimus. sed erunt alia uberiora. De confessione augu-
d stana (d) accipio excusationem occupationum tuarum, praeser-
e tim cum (e), iis, quos scribis, turpiter inter se digladiantibus,
f satis illa sit causa jugulata. Pauci utinam essent, Canisii (f) similes!

(a) *nonis* exempl. Emendavi.

(b) Viennam pervenerat Commendonus die hujus mensis tertio. didici ex ejus apud me litteris.

(c) Maximiliano, Bohemiae rege.

(d) Cujus confessionis augustanae confutationem, ab Hosio inchoatam, perfici quamprimum ab eodem, Truchsesius voluisset. vide epistolam *His literis* d. 2. nov. 1560.

(e) Sic erat in exemplari *praesertim cum iis, quos scribis turpiter inter se digladiantibus. satis &c.* Gratianus credidit, voculam *cum* abundare, eamque expunxit. nos, interpunctione commutata, retinendam censuimus.

(f) De eodem Petro Canisio similia sunt in ejusdem Truchsesii ad dilingensem academiam epistola *Etsi non dubitabam*, extremo anno 1560. data: *Quantum*, inquit, *in unius hominis, Canisii nostri, doctrinae vitaeque integritate, ponderis ac momenti sit, summa mea piorumque omnium voluptate Romae audio, vos propemodum Dilingae videtis. utinam modo plures aliquando sint illius similes operarii, qui in Christi domini horreo uberes animarum fructus reponant!* In epist. *His literis* d. 2. nov. 1560. ad Hosium, *De Canisio*, inquit, *percrebrescit illud idem, quod multo ante tuas literas cognoveram; quem spero majores & mirabiliores res in dies effecturum esse.*

Digitized by Google

miles! non quo non sit optanda copia talium virorum; sed, in summa eorum inopia, minore etiam numero contenti esse possemus. Spem istam tum de rege, tum de amplificatione istic christianae religionis Deus approbet. Cunctatorem Zasium! cujus ego etiam literas desidero. Tu quid vereris, ne minus saepe ad tuas literas rescribat numburgensis episcopus (*g*), si hominem salutaris, ejusque (*h*) officii admonueris? istam ego vix agnosco causam; ne illius quidem fidem probo, si dubitat ducis nomen profiteri, cujus signa sequitur. De pragensi re (*i*) multum laboro, ut perficiatur. quid proficiam, nescio. scio, datum esse negotium a pontifice quibusdam, & expectari nonnulla istinc, quae ad eam rem requiruntur. caesari spero totum negotium curae esse. In altera tua epistola scribis dialogos, quos habuit Cytardus (*k*) pater de se ac de catholica fide cum rege Maximiliano: quae me epistola valde delectat. praeclara ipsius Cytardi purgatio; mirifica & heroica oratio in rege obtestando, uti se eum, qui haberi velit, profiteretur: nec minus praeclara regis responsio, illo gradu honoris, illo genere, illo ingenio digna. neque vero unquam ego aliter existimavi, atque ipse rex de se affirmet (*l*); semperque putavi, fieri ab haereticis injuriam praestantissimo juveni (*m*), qui illum & suum & cau-

 sae

(*g*) Julius Pflugius; ad quem Hosii binas litteras vide in *Tabul. eccl. rom.* p.124. & 131. Vide etiam epist. *His literis* d. 2. nov. 1560. non longe ab extremo.

(*h*) *ejus* exempl. Gratianus emendavit.

(*i*) Vide epist. *Georgii* d.3.aug.1560. & epist. *His literis* d.2. nov. 1560.

(*k*) De eo vide epist. *Ego nihil* d.16. aug. 1560. & epist. *Utinam* d. 30. aug. 1560. & epist. *Respondeo* d.7. sept.1560.

(*l*) Usitatius fortasse dixisset *affirmat*. sed & *affirmet* non est inusitatum. Cicero lib.4. epistola 4. ad Ser. Sulpicium: *Quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis*.

(*m*) De catholicae religionis professione Maximiliani regis sunt illa in Commendoni ad card. Carolum Borromaeum litteris, die 13. hujus ejusdem mensis Vienna datis: *Col serenis. rè di Bohemia sono state hieri lungamente. sua altezza ha ragionato molto del concilio, del presente convento de' principi, de l'haver mandato loro sua santità & brevi & nuntii, & chiamatoli* dilectos filios. *in somma ha laudato la benignità di nostro signore, dicendo, che haveva fatto, quanto mai altro papa, & dimostrato pienamente la mente sua. anzi poi mi disse, che sua santità haveva fatto quasi più di quello, che si poteva; & discorse sopra la natura di questi principi di Germania, & di loro interessi & loro discordie. disse, che teneva quasi per impossibile, che si unissero in una confessione: ma che s'allegrava d'intendere, come fosse ne le cause de la convocatione di questo convento aggionto* Et, si eundum sit ad concilium, quomodo eundum, *anchora che però non poteva sperar molto; tanto sogliono essere ostinati. & qui havendo io pregato sua altezza, che essa anchora ajutasse questa piissima opera,*

ſae principem numerent. Sed quid ais? concilium a nobis ſpecie ſimulationis oſtentari? & ſunt, qui iſta vel dictitent vel credant? ego, niſi hic res agitur ex animo (*n*), niſi haec cura eſt antiquiſſima, fateor, me verae & ſimulatae actionis diſtinctionem ignorare. ſed video pontificem max. & rei & celeritatis cupiditate flagrantem. jam neceſſariis illi apparationi rebus homines praefecti ſunt; curatores diverſoriis & conquirendis & aſſignandis conſtituti; primo ſenatu legati concilii creabuntur. quare tu quoque manſionem vel moleſtiſſimam, quaeſo, perfer, dum inſtituta perficiuntur; in quibus paululum jam morae eſſe poteſt. quod ſi iſti legationi qui melius praeeſſe poſſit, quam tu, non reperias, certe eam ſummo ipſius tempore deſerere non debes. Tertia epiſtola quereris, quae a te ſcribuntur, efferri ex curia. at tu ſcito, pontificem earum rerum ſilentium indixiſſe, ut, qui ea enuncient, nefario ſe ſcelere adſtringant. verum, quia ſunt etiam, qui pontificis interdictum religioni non habent, probo cautionem tuam. Literae tuae mihi quidem, quae longiſſimae, gratiſſimae ſunt; quarum qui brevitatem malunt, nullas potius, neque tuas, neque alienas, velle arbitror. Collegam tuum (*o*) iſtinc amotum puto. De Cytardo patre pudet me toties ſcribere quid egerim, quantopere cum iis, qui tenent, commendarim; cum, in ſumma hominis laude, pari etiam, quemadmodum mihi videtur, de eo bene merendi ſtudio, nullam ejus adhuc rationem re habitam eſſe, videam. quam tamen culpam ſuſtinet multitudo & maguitudo romanorum negotiorum (*p*); quibus cum aliqua ex parte principes levati fuerint, excel-

opera, mi riſpoſe, che, ſe bene non poteva molto, nondimeno lo farebbe. in fine mi diſſe, che non ſapeva, come corriſpondere a l'infinita benignità di noſtro ſignore verſo di lui, & che conoſceva, di non l' haver mai meritata, ma che ſperava per l'avvenire moſtrar con l'opere l'animo ſuo.

(*n*) Vide epiſt. *Utinam ut* d.31. aug. 1560. & epiſt. *Qui literas* 16.nov. 1560.

(*o*) Zachariam Delphinium, alterum pontificium nuncium. deceſſerat is Vienna cum Commendono die 14. hujus menſis, Naumburgum ad principum proteſtantium conventum proficiſcens; quò die 28. pervenit.

(*p*) Quorum negociorum non poſtremum de Caraffarum cauſa fuit. Comprehenſos Pii IV. pontificis juſſu die 7. jun. 1560. Latinius ad Hoſium litteris, poſtridie datis, ſcripſit: *Carolus, inquit, & Alphonſus Carafae cardinales in molem Hadriani juſſi ſunt, non animi, ſed cuſtodiae cauſa proficiſci: quo paulo poſt Joannes, Palliani dux, e domeſticis latebris, per viatores extractus, cardinalis auguſtani vehiculo perductus eſt, frequentiſſima undique concurrente, tamquam ad ſolemne ſpectaculum, popularium turba. quare vereor, ne quid tragicis argumenti ad ſcribendum detur.* Oldoinius autem in *Vita* card. Caroli Caraffae haec addidit: *Per eos dies aliquot alii clientes & amici eorum in publicum carcerem rapti fuerunt. cardinalium quae-*

excellentis illius virtutis memores erunt. Vale. XI. Kal. februarii. M. D. LXI. (q) q

quaestioni, ut judiciam rite peragi videretur, octo ejusdem ordinis senatores, Federicum Caesium, episcopum, Bartholomaeum Cuevam, Jo. Baptistam Cicadam, fr. Michaëlem Alexandrinum, Joannem Bertrandum, presbyteros, Julium Ruvereum, & Aloysium Cornelium, diaconos, praefecit, qui omnia inspicerent, & fiscali adessent. Ipse pontifex in hac quaestione versatus est: de qua re cardinalis tridentinus litteris, ad Hosium die 5. januarii 1561. datis, *Ut vero*, inquit, *non nescias quid rerum modo geratur inter nos, diebus istis numerosos atque perlongos Carafarum processus perlegit pontifex, jam bis ad sententiam citatorum.* Supplicium de card. Carolo Caraffa, & de ejus fratre, Palliani duce, mense denique martio hujus ejusdem anni sumtum est.

(q) 1560. cod. vatic. Mendose.

VI.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

25. jan. 1561.

Antiquissimam Pii IV. curam esse de instaurando concilio tridentino.

SI polonici motus ex gallico tumultu pendebant, illo magna ex parte sedato, gentem quoque vestram quieturam esse, confido. sed utinam, desperato perditarum rerum exitu, etiam causae tollantur! nos quidem certe, ramis aliquot haereseos, tanquam pestiferae cujusdam arboris, in Gallia amputatis, fibras praeterea malorum evellere conabimur. quae res currentes nos incitavit; tantum abest, ut quicquam de concilii studio remittamus (a). haec est antiquissima cura pontificis max. cui, in optima voluntate sanandi aegras reip. partes, non deest consilium, voluntati par. quanquam & consiliariis abundat: quibus equidem & religiosis & reip. amantibus viris prudentiam concedo omnibus, cupiditatem restituendae religionis nemini. omnes omnino hic omnium curae ad dignitatem & utilitatem ecclesiae referuntur; cujus unius habita est ratio edicendo concilio, eaque edicendi formula adhibita, quae ad rem aptissima & maxime necessaria visa est. orandus est Deus, ut praeclara instituta sua gratia prosequatur. Morbus (b) vero, quem scribis, ita

(a) Scripserat fortasse Cromerus ad Truchsesium in eamdem sententiam, in quam ad Pflugium die 23. nov. 1560. *Videntur quidem*, inquit, *certis hominibus res pacatae in Galliis multum detracturae esse de studio maturandi concilii.*

(b) Sententiam suam de Germaniae morbo curando aperuerat cardinali Puteo Cromerus litteris, ad eum mense no-

ita curabitur, ut neque lenibus, neque acerrimis remediis aegra membra medentium culpa interire possint. Vale, & me, ut facis, ama. Romae. VIII. Kal. februarii. M. D. LXI. (c)

se novembri an.1560. datis, his verbis: *Si institui debet concilium, non nostra, qui in antiqua ecclesiae catholicae doctrina firmi per Dei gratiam permanemus, sed eorum, qui partim ab ea desciverunt, partim nutant adbuc & vacillant, causa institui debet; ut iis utrisque medicina salutaris, non tanquam ab inimicis vel mercenariis, sed tanquam a parentibus medicis afferatur. quid igitur faciunt medici, si vis morbi sit vehementior, aut natura aegrotus a pharmacis abhorreat? omnia tentant, & excogitant, fallunt nescientem, eduliis pharmaca miscentes; indulgent etiam ei nonnibil, praeter certas curandi cujusque morbi rationes atque canones, nec desinunt laboranti fomenta admovere, quoad aliquis in eo superest vitalis balitus, ut vel invitum quodammodo servent. an non idem autem propositum esse debet medicis iisdem, patribus animarum, quarum longe periculosior est morbus, & gravior interitus? remittere eos nonnibil de suo jure ac de rigore canonum moribusque & institutis majorum, par est, si aliter salus aegroti repraesentari nequeat.* Aliquid hujusmodi scripsisse eum etiam ad Truchsesium, credibile est.

(c) 1562. exempl. Correxi ex cod. barber.

VII.

Otho Truchses Card. Augustanus Roberto a Berges Episcopo Leodiensi.

25. jan. 1561.

Ejus negocium apud pontificem max. se diligenter curaturum.

VIdeo, te omnium esse gratissimum; &, quas mihi gratias agis, intelligo a singulari quadam tua bonitate & humanitate proficisci. quicquid enim operae ac studiii confero ad causam episcopalem (confero autem quicquid possum), totum id est officii mei, cujus aliquam partem praetermittere sine reprehensione non possum. qua de re qui te certiorem fecit vir elegantissimus Laevinus (a) noster, idem est optimus testis doloris mei, quo afficior, cum res nobis minus ex sententia succedit. sed cedendum est tempori. Quod autem a me petis, ut, quod indulti nomine, me deprecatore, concessit pontifex antistiti coloniensi, id etiam operam dem, ut tibi impetrem, libentissime rem suscipiam. debeo enim & cupio tantum tua causa, quantum praeterea (b) cujusquam; cujus nobilitatem, virtutem,

(a) Laevinus Torrentius. Vide epist. *Ut excellens* d.19. maji 1560.

(b) Haec est exemplaris lectio, sed videtur addenda particula *non*, legendumque *non praeterea*.

tem, pietatem, caeteraque praeclara animi & ingenii ornamenta amo & admiror. causae quidem, quas affers postulationis tuae, sunt omnium aequissimae & optimae. geris enim Christi negotium, arripis patrocinium virtutis & religionis, & saluti consulis eorum, qui tuae fidei ac prudentiae commissi sunt. quare, cum primum pontifex Romam redierit, qui maritima loca, vicina urbi, visit, adhibitis amplissimis cardinalibus Morono & Tridentino, enitar, quantum potero, ut tuae honestissimae cupiditati satisfaciam. Vale. Romae. VIII. Kal. februarii. M. D. LXI.

VIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Comiti Tarnovio.

Ipsi atque ejus parenti de religione ac christiana pietate gratulatur. 31. jan. 1561.

EGO vero fateor, ex eo die, quo parentem tuum, virum clarissimum, & ornatissimum principem, ac postea te, expressam paternae fidei caeterarumque ejus praestantium virtutum imaginem, cognovi, meum in vos eximium studium & singularem amorem extitisse; praesertim cum mutua vestra in me benevolentia & summa humanitas mihi semper constiterit. quare etiam, cum religionem & christianam pietatem vestram, in magna istic earundem perturbatione, in dies magis tanquam clarissimum lumen elucere, intelligerem, & praecipua quadam laetitia sum affectus, & vobis aliquoties de eo gratulandum putavi per literas, & verissimas istas laudes, dignas genere ac nobilitate vestra, apud omnes praedicare non destiti. itaque vigetis in ore & amore omnium, maxime vero optimorum & amplissimorum virorum. vides, nobilissime juvenis, quam mercedem suis cultoribus ac fidelibus ministris Dei benignitas largiatur? ut amentur, colantur, omnium sermone ac fama celebrentur? quo sane nihil homini in vita felicius, nullum majus specimen, nullum caelestis praemii pignus certius dari potest. & quidem haec superiora, ac perpetua de vobis. harum vero literarum, quas ad me ineunte januario dedisti, cum testificatione praeteritae vitae vestrae, tum futurae professione, quid potest esse vel ad beatitudinem firmius, vel magnificentius ad gloriam? eas ego literas & multis patribus amplissimis legendas dedi, & ipsi legi sanctissimo domino nostro. mirifica ab omnibus tributa est vobis laus incorruptae religionis, singularis virtutis

Digitized by Google

tutis praeconium impertitum. id ex ipsius pontificis ad te literis facile intelliges; in quibus admirabilis in vos charitatis effigiem, & eminentem quandam faciem verae laudis agnoscetis. quem igitur triumphum huic tum amori erga vos, tum de vobis praedicationi antepones? quas ampliores fortunas filiis ac posteris vestris relinquetis? quod regnum, quod imperium conferes cum hac famae celebritate? itaque vivetis in splendore solidae gloriae clari & illustres in hac vita, quam excipiet immortalitas & sempiterna beatitudo. quamobrem, optimi principes, tuemini, ut facitis, sanctissimam parentem ecclesiam, &
a Jesu Christi vicarii auctoritatem defendite. pugnat (a) nunc animi, ingenii, fortunae, quibus Dei benignitate praeditus est, firmissimis opibus heros fortissimus pater tuus pro catholica disciplina & sacris verisque ritibus, qui toties contra impios hostes in acie pro Christo feliciter dimicavit. tu vero, praestantissime juvenis, cursum istum paternae & avitae laudis, ut coepisti, tene; & istis & sensibus & itineribus perge ad eam palmam, quam iis, qui Dei praecepta observant, propositam esse,
b sapienter scribis. non enim dubito, fore (b), quin & virtute & exemplo vestro multi in Polonia resipiscant: quod salutis & dignitatis vestrae causa & vehementer cupio, & a Deo assidue precor. Extremum illud est, ut petam a vobis, ut, quando me totum vestrum esse, exploratum habetis, me ac rebus meis omnibus non secus ac vestris utamini; quos Deus incolumes servet. Romae. pridie Kal. februarii. M. D. LXI.

(a) *punget* exempl. Gratianus emendavit.

(b) Vox *fore* videtur supervacanea; aut pro *quin* proxime scribendum *ut*.

IX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo Varmiensi.

1. febr. 1561. *Canobium commendat. Naumburgensem conventum negat ullam moram concilio allaturum.*

a PUto, velle pontificem (a), utrunque & Commendonum & Delphinum, episcopos, naumburgensis conventus diem obire: quod a Joanne Francisco Canobio cognosces, qui pontificium sacri

(a) Card. Borromaeus litteris ad Hosium die 11. dec. 1560. datis, *Ordinavit*, inquit, *sanctitas sua, ut dictus episcopus Commendonus Germaniam infe-*

ſacri gladii munus ad caeſarem defert. eum tu Canobium & prudentem & bonum virum, & mei ſtudioſum, & cupidum tui, ſi me amas, tuo ſtudio ac benevolentia complectere. Ullam tu concordiam fore putas cogendae februario menſe in Tranſilvania iſtius imperitae multitudinis, praeſertim duce diabolo, diſſenſionum principe & auctore? ego non exiſtimo, ne in nefario quidem ſcelere conſenſuram. Duplici (*b*), quam ſcribis, iſtorum Naumburgum (*c*) conveniendi cauſa, vobis a rege expoſita, duplicem, vel multiplicem potius, moram concilio quaeſitam eſſe, arbitror. ſed inane fuerit impedimentum. De Cy- b c

inſeriorem, Saxoniam, Haſſiam & caeteras regiones ſeptentrionales perluſtret; Delfinus vero Germaniam ſuperiorem: ſi ita tamen caeſareae majeſtati videbitur expedire; ad cujus arbitrium ſe refert ſanctitas ſua. Quum autem principum proteſtantium conventus Naumburgi in Saxonia ad viceſimum januarii an. 1561. diem indictus eſſet, placuit caeſari eo utrumque nuncium, illorum conveniendorum cauſa, proficiſci: idque utrique die 8. januarii per codicillos hiſce verbis ſignificandum curavit: *Quod attinet ad ordines auguſtanae confeſſionis, majeſtas caeſarea reverendiſſimos dominos nuntios celare non poteſt, quod certo compertum habeat, omnes illos electores, & principes, aut pleroſque ſaltem, perſonaliter ad diem viceſimum praeſentis menſis in civitate numburgenſi congregatum iri. itaque, licet majeſtas ſua caeſarea non cogitet ipſis reverendiſſ. dominis nuntiis modum praeſcribere, juxta quem mandata ſanctitatis ſuae exequantur, cenſet tamen ad expediendam hanc rem plurimum momenti allaturum, ſi reverendiſſ. domini Pharenſis, & Zacynthius ambo una recta ad conventum illum ſeſe ferant. ita nanque non ſolum poterunt evitari majores labores atque moleſtiae, quae forent ſuſcipiendae, ſi omnes illi electores, principes, & ſtatus eſſent ſingillatim adeundi, ſed id etiam utilitatis inde percipietur, quod hac ratione reverendiſſ. domini nuntii facilius certiuſque ſint certum & determinatum reſponſum conſecuturi, quam ſi circumeuntes convenerint ſingulos in ſua provincia. nunc enim, iis ſimul congregatis, non eſt verendum, ne, in recipiendo commodiore vel incommodo reſponſo, ab alio ad alium remittantur. poſtea nanque poterit nihilominus uterque e Naumburgo ſeparatim iter ſuum ſeparatim proſequi ad illos principes, ad quos proficiſci juſſus eſt, ibi non inventos.* Caeſari morem nuncius uterque geſſit, & die 14. ejuſdem januarii Naumburgum verſus iter ſuſcepit, re pontifici ſex ante diebus per litteras ſignificata; qui eam deinde probavit ratamque habuit: ut ex hoc etiam Truchſeſii litterarum loco intelligimus. Naumburgum die 28. ejuſdem menſis pervenerunt. ibi quid egerint, infra, ubi ad epiſtolam XI. venerimus, ex ipſis audiemus.

(*b*) Duplicem cauſam, a principibus auguſtanae confeſſionis Naumburgum conveniendi praetextam, prodidit Commendonus litteris ad card. Moronum die 8. jan. 1561. Vienna datis, in quibus, *Di queſto convento*, inquit, *io ſcriſſi di viaggio il primo del preſente. poi gionto in corte inteſi di più, come era ſtato inditto ſotto tal titolo* UT PRINCIPES DELIBERARENT, AN AD CONCILIUM EUNDUM SIT, ET QUIBUS CONDITIONIBUS.

(*c*) *Naumbergam* exempl.

d Cytardo (*d*) nostro non solum quid expediat, sed quid omnino necesse sit, video; in quo commendando vereor interdum, ne molestior sim. sed nihil tanti est, quo ab officio discedam; de quo si serius, quam oporteat, certe aliquando aliquid agetur. In Cassoviensium (*e*) impunitate furoris & amentiae non possum non ingemiscere; quos nisi impii facinoris poeniteat, ego jam iis, qui potiuntur, nihil inservio. Incredibile est, quam aquisgranensium (*f*) periculi denunciatione commovear; de quibus vehementer expecto literas, quas scribis, si forte ipsis aliqua ratione subveniri possit. Vale. Roma. Kal. februarii. M. D. LXI.

(*d*) Puteus litteris ad Hosium hoc eodem die datis, *Dabo*, inquit, *operam, adjunctis mihi Tridentino & Augustano, amplissimis cardinalibus, ut de Cythardi commodis aliquid statuatur*.

(*e*) Neque de cassoviensi hoc in Hungaria tumultu, neque de superiore illa in Transilvania discordia quidquam comperti nunc quidem habeo. libenter fateor, me nescire, quod nesciam, aliena scripta interpretantes id ipsum confiteri, saepe & de aliis audivi, & in me ipso expertus sum, legentibus valde jucundum accidere. minus enim aegre homines ferunt, ea nescire se, quae alios etiam nescire sciunt.

(*f*) De aquisgranensium causa atque periculo vide epist. *Respondeo* d. 7. sept. 1560. & epist. *Si tibi* d. 21. dec. 1560. denique, inter Hosii epistolas editas, epistolam 28. ad Michaelem mersburgensium episcopum.

X.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

25. febr. 1561.

De Moschis. De Camertium episcopo. De Cromeri litteris.

MOschi quietem in Livonibus perpetuam esse cupio; quam si legati vestri, quod vereris, interpellaturi sunt, quo mihi ista legatio, quae impotentissimae gentis ferocitatem & audaciam, per se quodammodo repressam, irritet? a De Camertum episcopo (*a*), & de sententia regis tui, quod ad concilium attinet, nihil tu quidem mihi antea scripsisti,

(*a*) Camerini episcopum Bernardum Bonjoannem apud Sigismundum II. Poloniae regem, fuisse hoc tempore apostolicum nuncium supra ad epist. *Et superiora* d. 4. jan. 1561. diximus.

Digitized by Google

sti, nisi, scripsisse te Puteo cardinali (*b*). qua in re (*c*), *b c*
Ff 2 quod

(*b*) Idem Puteus in litteris ad eumdem Cromerum d.4. hujus mensis datis, *De nuntio*, inquit, *fuit mihi gratissimum, quod scribis, honorifice ac perhumane a serenis. rege exceptum. Utinam, quae ad provinciae vestrae salutem pertinent, ea, Dei optimi benignitate, ita curentur, ut boni omnes piique optant. nam de indicendo, vel continuando concilio non vereor, quin & serenis. regi vestro, & caeteris etiam principibus, quantum res ipsa patitur, satis factum sit*. Satis factum autem omnibus ideo Puteus existimabat, quod, quum ii, qui augustanam confessionem profitebantur, nollent rata esse haberique ea, quae in concilio tridentino, Paullo III. ac Julio III. pontificibus, inchoato, decreta fuerant, in recenti ejusdem concilii congregandi edicto, sive bulla, iis verbis Pius IV. pontifex usus fuerat, quae non magis inchoati concilii instaurationem illam, quam novi indictionem significarent. In eadem sententia card. Borromaeus fuit, qui litteris ad Hosium die 13. jan. 1561. datis, *Nec tamen*, inquit, *dici potest, bullam magis continuationem sapere, quam novam indictionem; cum in ea usurpata sint verba, tam cauta, tam plena, tam temperata, ut ea pro se quisque possit esse contentus*. Idem sensit Hosius, qui litteris ad Pflugium die 29. dec. 1560. datis, *Interea tamen*, inquit, *dominationem vestram reverendiss. latere nolo, quod bulla, qua concilium convocatur, hac forma scripta est*, BULLA INDICTIONIS CONCILII: *nec ulla sit in ea continuationis mentio. ego vero persuasum omnino habeo, etiamsi fortasse minus justas rationes adferrent adversarii, quamobrem, tanquam re integra, denuo illos audiri oporteat de iis, quae recte semel sunt constituta* (in concilio scilicet tridentino sub Paullo & Julio pontificibus), *quod patres, qui fuerint in concilio congregati, facturi sint nihilominus, ut aliquibus ex corpore suo provinciam hanc mandent, quicunque dubitaverint de aliqua re jam decreta, ut eis ratio decreti reddatur, deque rebus omnibus in spiritu lenitatis instruantur .... Hoc autem scio, quod in gratiam caesareae majestatis* INDICENDUM *esse concilium putavit* (Pius pontifex), *quo facilius adduci possent ii, quorum causa factum id est, ut in illud consentirent*. Sed omnino legenda est inter Hosii epistolas editas epistola vicesima ad Commendonum, quo planius totum hoc de *continuando* sive *indicendo* concilio negocium intelligatur.

(*c*) Hoc dici a Truchsesio puto, in indictionis concilii bulla, a Pio IV. promulgata, ita omnia perscripta fuisse, quemadmodum & *oportuit*, hoc est decuit honestumque fuit, & *opus*, hoc est expediens atque utile, *it. oportebat* enim, decreta concilii, quod sub Paullo Julioque fuerat, non infirmari; *opus* autem *erat*, protestantium animos *continuationis* illius concilii nomine non offendi. quorum utrumque consequutus esse Pius pontifex bullae illius suae tum verbis tum sententiis putabatur. Pallavicinius lib. XIV. *Hist. concil. trident.* c.17. n.5. *Con questo tenor*, inquit, *di bolla schifò dall'un lato il vocabolo, odioso ad alcuni, di continuazione; dall'altro ne pose l'equivalente, dicendo, che a Trento e dapprima in vita di Paolo, & indi nell'ultimo riducimento, fatto da Giulio, s'erano stabiliti molti decreti, & da poi era seguita la sospensione, la quale ora si toglieva. perciochè quello, ch'era sospeso, tolta la sospensione, non ritorna in dietro a ricominciare il suo movimento da capo, ma il proseguisce, e 'l continua da quel luogo medesimo, dove innanzi restò sospeso. mentre dunque affermava il papa, che 'l concilio ecumenico erasi congregato in Trento quelle due volte, e che vi havea fatti*

d e quod (*d*) fieri & oportuit (*e*) & opus fuit, factum existimo; quod qui & actum & ratum non habuerint, non tam praejudicium de se factum priore concilio (*f*) probare poterunt, quam quid ipsi de tota concilii ratione judicent, declarabunt. Animi tui sensus rectissimos novi; neque miror, sed laetor potius, te ista ingenii tui vi jocari interdum acute per literas, praesertim mecum, quem & tui amantissimum esse scis, & acumine literarum tuarum delectari. atque ego quidem si istic sim, quia te optime sentire non dubito, idem profecto sentiam, quod tu: sententiam fortasse meam non semper scribam. illud quidem certe caveam (*g*), ne cum mente pugnet oratio. sed jam res ipsa loquetur, & haec meliores habebunt exitus. quod & sperare te, & pro tua pietate, ut ita eveniat, Deum precari, mihi ipse persuadeo. Vale. Roma. xv. Kal. martii. M. D. LXI. (*h*)

fatti varii decreti, e poi v'era stato sospeso, ed ora se ne levava la sospensione, dichiarava in aperto modo, che i mentovati decreti havessero lo stesso valore, che quelli d'un concilio ecumenico, il quale ancora sia in istato.

(*d*) *quid* exempl.

(*e*) Cicero ad Att. lib.4. epist.6. *Si loquor de rep. quod oportet, insanus; si, quod opus est, servus existimor.* & lib.13. ep.25. *Hoc fieri & oportet, & opus est.*

(*f*) *Prius concilium* dicit illud, quod Paullo III. & Julio III. pontificibus celebratum fuerat.

(*g*) *cavebo* mallem, quam *caveam*: sed hoc quoque ferri potest.

(*h*) Non 1561. sed 1562. adscribitur tum Gratiani exemplari, tum vaticano codici, non sine mendo manifesto, itaque emendavi.

X I.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Episcopo (*a*) Varmiensi.

20. febr. 1561. *Quid aquisgranensibus a pontifice max. impetrarit, &, quanta in exspectatione naumburgensis conventus sit, ostendit.*

NOlui, nisi prius perspecta pontificis voluntate, quicquam ad te scribere de iis, quae ab eo per me aquisgranensibus nostris impetrari cupiebas. quare, cum primum potestas agendi cum ipso fuit, egi de omnibus diligenter. ergo literas abstulimus & ad caesarem commendatitias, & ad archiepiscopum coloniensem, & ad leodiensem episcopum, ut pios illos homines in fidem recipiant & commendatos habeant. ad ipsos praeterea

(*a*) *cardinali* exempl. Emendavi. nondum enim, cum haec epistola scripta est, cardinalis erat Hosius, fuit sexto post die.

terea aquisgranenses sunt adjectae pontificis maximi literae ; & quidem , quemadmodum ipse scribis . De leodiensibus & coloniensibus beneficiis quominus idem tuae morem gerat cupiditati in illis viris , quibus consultum vellet noster Cytardus , prohiberi se dicit indulti (*b*) nomine tum tridentini cardinalis, tum archiepiscopi coloniensis ; quorum salvo jure , nihil cuiquam eo in genere , nisi de illorum voluntate , concedi potest : sed non dubitat , utrunque in ista petitione facilem & liberalem fore : quare , si ad eos detuleris , omnino impetrabis . Magistrum (*c*) illum nefariae ac perniciosae disciplinae conjectum esse in vincula , mirifice laetor ; cujus & reliquorum , qui in eadem impietate & amentia versantur , avidissime expecto exquisitum aliquod supplicium . Pendeo animi expectatione naumburgensi (*d*) ; ubi nihil (*e*) actum esse , ab aliis etiam certior

(*b*) Indultum & heic & alibi intelligendum est , quam *beneficiorum collationem* vulgo dicunt , id est jus ea conferendi .

(*c*) Fortasse is est , de quo Commendonus ad Borromaeum Naumburgo scripserat die 28. jan. 1561. *Ne la partita* (da Praga) *sua altezza* (l'arciduca Ferdinando) *ci fece sapere , come haveva fatto carcerare il dì innanzi in Pardoiz , terra poco distante da Praga , un heretico de la setta de' piccardi , il quale negava apertamente , Christo essere figliuolo di Dio : & che tuttavia s'attendeva a trovare li complici di questa maledetta opinione .*

(*d*) *Numburgensi* exempl. Gratianus emendavit , non , ut nos , constantiae causa , *naumburgensi* , sed *namburgensi* . Verum mihi etiamnum subesse mendum in toto illo *expectatione naumburgensi ; ubi* videtur . nam , & *expectationem* dici *naumburgensem* , insolens est , & , *ubi* ad *expectationem* referri , plane absurdum . Aliter Pogianus , atque ita fortasse dictavit : *Pendeo animi expectatione naumburgensis conventus , ubi &c.*

(*e*) Plane nihil a pontificiis nunciis actum fuerat eorum , quorum causa Naumburgum , caesaris hortatu , venerant , non illorum quidem culpa , sed principum protestantium , qui eodem , ut supra dictum est , convenerant . principum catalogum dedimus anno 1745. cum editionem operis Antonii Mariae Gratiani *de scriptis invita Minerva* Florentiae curaremus , in tomo II. pag. 17. Acta hujus nunciorum ad principes , Naumburgi congregatos , allegationis , qualia ipsimet nuncii ad card. Borromaeum litteris , die 8. febr. 1561. indidem datis , miserunt , heic subjecta damus .

A li 28. del passato scrivemmo a V.S. illustrissima , come eravamo giunti in questa città , & le mandammo nota di tutti i principi , che ritrovammo quì convenuti , siccome per buon rispetto la mandamo ancho con la presente .

Il Vescovo Delfino mandò a dimandare il dì seguente l'audientia a l'elettor palatino ; il quale fece rispondere cortesemente , che per la moltitudine de li negotii non poteva assignar giorno nè hora , ma che quando fosse tempo mandarebbe a dirlo per li suoi .

Il Vescovo Commendone mandò subito da poi a far l'istesso offitio con l'elettore di Sassonia , il quale fece rispondere , come , essendo quì in publico convento , le bisognava trattare le cose in commune , & che però si dovesse far capo al palatino , come a principale ; perchè detto

detto palatino haverebbe poi riferito ogni cosa in consiglio. l'huomo mandato rispose, così instrutto & avvertito innanzi, che, non sapendo sua santità di questo convento, haveva espedito li nuntii ad singulos, & che però non vedevano detti nuntii come poter drizzare altramente la loro negotiatione a tutti insieme. replicarono constantemente, che quì si costumava di fare, come loro havevano detto; & in questo finirono, mostrando altramente ogni humanità.

Vedendo questo modo di procedere, giudicammo unitamente essere bene aspettare, che il palatino chiamasse il vescovo Delfino, acciò ch' egli potesse non solo trattar seco, ma indurlo a disponere l'elettor di Sassonia, che similmente admettesse il vescovo Commendone. però fu mandato ogni giorno due volte a sollecitare il dottor Hemmio, primo secretario del detto palatino, conosciuto per l'innanzi dal detto vescovo Delfino. ma, come sempre s'hebbe per risposta buone parole, così non s'è venuto a conclusione prima che a li 4. di questo, nel qual giorno contra ogni espettatione ci fu fatto intendere per nome del palatino, che li principi la mattina seguente ci darebbono audientia publica. quì restammo sospesi & dubbii per più rispetti. finalmente, perchè due giorni prima si era publicato, che non saressimo uditi, & gli ambasciatori, che sono quì de la maestà cesarea, mostravano dubitar molto, questo non havesse da intravenire, cominciando già il convento a dissolversi con la partita di Gio. Federico duca di Vinaria, & del duca Ernesto di Bransuich, & essendo commune opinione, che, se non eravamo uditi quì, meno saressimo stati uditi altrove, ci parve bene non opporci al volere d'essi principi. venuta adunque l'hora, che fu a li V. di febraro, comparvero quattro molto honorati gentilhuomini, due mandati da l'elettore palatino, & due dal duca di Sassonia con la guardia de gli alabardieri, & molto numero d'altre persone, & dissero havere in commissione da li principi di accompagnarci a l'andare & al ritornare. furono essi ringratiati, & pregati da noi a volere loro anchora montare ne li cocchi, ch'erano preparati; ma essi volsero andare a piedi appresso i cocchi nostri. li due mandati da l'elettor palatino furono il suo marescialle & il dottore Hemmio, primo secretario; gli altri due del duca di Sassonia, Wolfango Koller, consigliere & capo, il quale si trovò al concilio in Trento, & il dottor Francesco Cram Slesita, suo consigliere. li predetti principi erano congregati ne la stufa loro ordinaria non molto grande, ne la quale non erano altri, che principi, figliuoli de' principi, ambasciatori, consiglieri, secretarii, cancellieri. stavano li principi, a l'entrare de li nuntii in stufa, tutti in piedi, & senza beretta, con questo ordine. sopra una banchetta li due elettori: un poco discosto sedeva sopra un scagno il conte di Honstain, ambasciatore de l'elettore di Brandeburg; & così parimente un poco lontano sedeva il duca Wolfango di Neuburg; appresso a lui il duca di Wirtemberg; poi il marchese Carlo di Baden; poi il figliuolo del Lantgravio, il quale nè ancho il giorno innanzi era stato in consiglio; poi Gio. Georgio palatino. fu dato in mano d'ognuno il breve con la bolla del concilio. ogn'uno l'accettò, & ci dissero poi unitamente, stando però loro anchora in piedi, che noi sedessimo, mostrando il banco messo a posta per noi, coperto di veluto. rispondemmo noi, sedeant celsitudines vestrae. & così il sentare di tutti ad un tempo & farsi un grandissimo silentio fu una medesima cosa. onde cominciò il vescovo Delfino a parlare, esponendo puntualmente quanto si contiene ne la quì annessa scrittura: dopo il quale il vescovo Commendone soggiunse con quelle parole, che similmente saranno con questa; &, come egli hebbe finito, gli due elettori dissero frà loro alcune parole, le quali fecero pianamente communicare al duca Wolfango di Neuburg, & al duca di Wirtem-

tior fio : ut opinio praeterea multorum sit , rejectum iri omnia

Wirtemberg ; & dapoi il Misquiz, cancelliere dell'elettor palatino, rispose a nome di tutti li principi queste formali parole : Illustrissimi principes intellexerunt ea, quae exposuistis nomine pontificis romani ; &, quia negotium est arduum, nolunt nunc se resolvere : convenient inter se, & postea dabunt responsum. interim cuperent, ut, quae vos legati pontificis dixistis, ea scripto eis deferatis. *Quì fu risposto, che sua santità havea largamente dichiarata la mente sua ne la bolla del concilio, oltre che havea scritto a sufficienza a la maestà cesarea, & che però noi havevamo ordine di non moltiplicare in scritture. quì di nuovo un cancelliere andò intorno parlando a i principi, & poi ci rispose :* Illustrissimi principes intellexerunt vestrum responsum ; & vos in eo non urgent. *Dopo queste parole noi ci licentiammo, & da le medesime persone fussimo accompagnati fin'a casa : dove non stemmo un quarto d'hora, che comparsero tre gentilhuomini mandati da li principi, li quali dissero queste formali parole :* Magnifici domini principes, quamdiu vos fuistis apud illos, non viderunt haec verba DILECTO FILIO, quia tecta erant ; sed postquam viderunt se appellatos filios a romano pontifice, quem illi non agnoscunt pro patre, remittunt vobis literas, respondebunt nihilominus ad ea, quae vos dixistis. *Fu risposto, che si era scritto loro come si scrive a gli altri principi christiani, & che ne la medesima forma han usato di scrivere sempre gli predecessori di sua santità. quelli posero li brevi tutti, senza però le bolle del concilio, sopra una tavola, & se n'andarono. come noi restammo, & come ci trovammo di mala voglia, si lascia il pensarlo a la sapientia di V. S. illustrissima ; perchè manco vedevamo che poter fare : poichè di già erano partiti de'principi con questa deliberatione già fatta ; onde tanto meno si poteva ritrattare. aspettammo adunque d'esser chiamati. ma in loco d'esser chiamati, la mattina a li 7. comparvero X. consiglieri de'principi, capo de'quali era Misquiz, consigliere primario de l'elettore palatino. questi furono ricevuti da noi con ogni humanità : & il secondo frà loro, ch'era Giorgio Cracovio, consigliere de l'elettore di Sassonia, persona, siccome quì è fama, assai dotta, & bene essercitata ne le lingue, fece l'offitio di risponderci a nome de li principi, chiamandoci nel principio* Reverendi Domini, *& le parole furono in questa sustantia : Che li principi non dubitavano essere in tutte le nationi persone pie & buone, i quali desiderassero, che la luce del vangelo & la purità de la dottrina fosse restituita,* & tetri abusus tollerentur, *i quali il pontefice romano ne la sua jurisditione doveria già haver purgati : ma esser cosa manifesta a ciascuno, quali sieno stati i pensieri loro di signorie & particolari interessi,* & quantum Romana ecclesia superstitionis & erroris offuderit euangelio ; *per le quai cose essi principi erano stati sforzati* ab ordinaria potestate decedere, lucem quaerere, & puritatem doctrinae haustam ex ipso verbo Dei, quam nunc certe & indubitate sequuntur juxta primam confessionem augustanam : *ma che, quanto tocca a la presente legatione nostra, era parso a'principi di dare questa risposta a le cose, che havevamo dette per nome del pontefice romano. prima* mirari se, qua spe fretus romanus pontifex ausus sit mittere legationem ad illos ; non agnoscere se ejus potestatem neque in aliis, neque in indictione concilii ; unum se dominum in terris agnoscere caesaream majestatem. *si dolsero poi, che fosse imputato loro d'esser divisi in molte sette, dicendo di seguitare una sola confessione augustana, & che havevano suoi dottori & theologi, che la difendono, come noi habbiamo potuto*

tuto leggere ne' loro libri; & quod illi debuissent habere vota in concilio. *in fine, che, come noi sapevamo, erano stati quà gli ambasciatori cesarei, & che li principi gli havevano riposto,* ut supplices referrent caesareae majestati quid de hac tota re principes sentiant: *ma quanto alle nostre persone private, se non fussimo venuti* nomine pontificis, *n' haveriano usata ogni amorevolezza & cortesia, per rispetto d' esser venetiani, osservando i principi quella illustrissima republica, & per rispetto nostro particolare, laudandoci con molte parole, & che però come a private persone offerivano per nome de' principi tutto quello, in che le loro celsitudini ci potessero gratificare. Come egli hebbe finito, noi due conferimmo insieme circa la risposta, & di commune consenso il vescovo Commendone rispose così: Che N. S. havea mandato suoi nuntii a li principi di Germania per l'offitio, che teneva, di pastore universale, & per la carità sua verso ogni uno, con quell' animo & a quel fine, che era stato esposto l' altr' hieri a le loro celsitudini, & che però non vedevamo, perchè alcuno se n' havesse a maravigliare: che il concilio era stato inditto da sua santità secondo la forma & il modo perpetuamente osservato ne la chiesa per inspiratione de lo Spirito santo; non si potendo conservare, nè, dove fosse bisogno, restituir l'antica disciplina de' nostri padri, se non con le medesime vie tenute da loro. Quanto al non havere essi principi altro superiore, che la maestà cesarea; che non è loro nascosta qual proportione sia ne la republica christiana frà sua maestà & il sommo pontefice, & quale sia l'osservantia di sua maestà cesarea verso sua santità, & quale anchora sia stato sempre l'animo de' pontefici verso quest' inclita natione, spetialmente circa le cose dell' imperio. Quanto a la riforma; che, lasciando hora di parlare de' predecessori, per non esser troppo lungo, spetialmente la santità di Pio IV. dal principio del suo pontificato ha atteso a la riforma & datole buon principio; anzi che tanto più volentieri ha convocato il concilio, quanto ha giudicato espediente, che in esso concilio si faccia questa riforma universale. Quanto a la chiesa romana; che essa non pure non ha offuscato l'evangelio, ma ch'è stata sempre maestra & regola de la dottrina christiana, & lume de la verità; & che a lei sono ricorsi sempre tutti i padri antichi fin dal tempo degli apostoli; & che da lei devono riconoscere i germani l'esser christiani,* a qua primum euangelii lucem acceperunt. *Quanto a le parole dette l'altr' hieri de la varietà de le moderne opinioni; essere stato semplicemente detto il fatto secondo che si vede negli medesimi scritti de' loro theologi, che essi ci adducevano, pieni di molte nuove opinioni & contrarie l'una a l'altra. Quanto a la fermezza & certezza, che dicevano d' havere de la loro opinione; che la novità & il dissentire dal resto de la chiesa,* & ab ordinaria potestate discessisse, *come essi medesimi dicevano, dovea almeno levare loro questa tale certezza, & rendergli dubbii, massimamente in cosa, che importa la salute o la perditione eterna; & che a S. Paolo vaso di eletione, anchora che (come esso medesimo afferma)* accepisset euangelium non ex homine, sed per revelationem, *nondimeno gli fu per revelatione commandato, che* ascenderet Hierosolymam, & conferret euangelium suum cum apostolis, ne forte in vanum curreret, aut cucurrisset. *il che fece il Spirito santo non per bisogno, che esso Paolo ne havesse, ma a perpetuo essempio & dottrina di tutti i posteri. finalmente che si ricordassero di quelle parole del vangelo,* quoties volui congregare filios &c. *Poi, quanto a le nostre persone particolari; che ringratiavamo le celsitudini loro grandemente, & che ne terressimo perpetuo particolare obligo, offerendoci all' incontro &c. Et essi senza fare altra replica se ne partirono. Di tutto questo successo, per quanto si può*

omnia in eà comitia, quae tu scribis. adhuc certe plus

 pocu-

si può congetturare per più vie; & per quanto ci è stato ancho accennato da alcuni consiglieri de' principi, è stato autore il duca di Wirtemberg. a l'incontro il duca Augusto, per varii segni, che si hanno, inclina a pace temporale & spirituale più di qualunche altro. onde ha fatto fare complimento con ciascun di noi, & ha preso destra occasione di partirsi avanti, che ci sia stato risposto, anchora che toccasse a lui d'essere l'ultimo, come più vicino a Namburg. Le cose sopra questa materia venuteci in consideratione, degne de la notitia di V.S. illustrissima, sono le infrascritte. li principi, al comparir nostro dinanzi a loro, non ci diedero la mano a l'usanza tedesca, perchè quest' atto arguisce pace & buona voluntà, la quale non è in loro verso la santa romana chiesa. mentre che noi parlavamo, almeno dieci persone scrivevano; & il duca di Wirtemberg havea il suo libretto in mano, & notò alcuni passi. ci hanno accettati, uditi, & honorati sotto nome di nuntii de la sede apostolica: ci hanno risposto a quello, che habbiamo detto per nome di sua santità, cortesemente, & non sono devenuti a parole, nè a modi ingiuriosi nè derisorii: cose, che molti giudicavano dover succedere in contrario. hanno rimandato le lettere, non la bolla del concilio, atto da tutti giudicato più inetto, che altro, se bene è pieno di molto mala voluntà & d'animo grandemente alienato; perchè ognun vede, che hanno consentito a quello, che importa più, accettando & ritenendo la bolla del concilio. per questo essempio siamo in pericolo, che nessun principe nè città protestante accetti li brevi. da l'altra parte è gran cosa, che etiam senza vedere li brevi di sua beatitudine siamo accettati, honorati, & uditi come nuntii di lei, ci sia lasciato far l'offitio, che havemo in commissione, cioè d'invitare al concilio, monstrando la necessità d'esso, & dechiarando la pia mente di sua beatitudine; & che ci sia finalmente risposto, se non ad vota, almeno a proposito. Hora quanto al convento, la causa principale d'esso è stata l'havere li principi giudicato, che certo si sia per celebrare il concilio generale, & l'haver conosciuto molta necessità d'accordarsi, almeno apparentemente, in qualche forma di fede, acciochè questo accordo dia loro qualche riputatione: però non hanno trattato cosa, che importi, se non questa. il fine non è stato a lor modo, perchè Gio. Federico, duca di Sassonia, vuole stare a la semplice confessione, data del 30. a l'imperatore Carlo V. fatta da Luthero; il resto de' principi vogliono la predetta confessione insieme con l'apologia del Melantone; & questo perchè havendo inclinato il Melantone a Zuinglio, & parsi semi assai de la venenosa insania sua ne le cose, che ha scritte, vengono in questo modo a non essere condannati li sacramentarii, che sono fra questi principi più che notorii; come l'elettore palatino, il duca di Wirtemberg, il marchese di Baden. per le quali cose il sopradetto duca Gio. Federico non solo non ha voluto consentire, ma è partito in colera contra li principi, halli chiamati Sacramentarii, & ha in somma fatto un gran rumore. per avviso di V.S. illustrissima, la prima moglie del detto Gio. Federico fu figliuola del Lantgravio: ma, morta quella in quattro anni senza figliuoli, il detto Gio. Federico & Gio. Guglielmo fratelli hanno preso due figliuole del palatino elettore. però si credeva, che l'autorità del suocero potesse acquetare Gio. Federico. è successo tutto il contrario; perchè Gio. Federico restitit in faciem, & appellavit socerum Zuinglianum. *La maestà cesarea ha fatto negotiar con questi principi principalmente a fine d'indurli a consentire, che*

poculis quodammodo, quam consiliis naumburgensibus debemus

che si faccia o dieta, o convento imperiale. se ciò è concluso conforme al desiderio di sua maestà cesarea, come noi crediamo essere, da la medesima maestà cesarea sarà fatto senza dubio saper questa, & de l' altre cose a sua beatitudine. noi da più secretarii & consiglieri de' principi, che sono venuti spesso a visitarci & a pranso con noi, habbiamo inteso in somma, quanto al concilio non ci essere alcuna inclinatione, & che i principi tengono, la bolla del concilio essere continuatione espressa, spetialmente per quelle parole omni suspensione sublata, *& che di questa hanno trattato con gli ambasciatori cesarei. di più i medesimi consiglieri ci hanno più volte detto, che nessuno prelato di Germania anderà a Trento. poi in varii ragionamenti & discorsi de le cose de' Turchi & del Moscovita, massimamente con occasione del matrimonio, che si tratta, con la sorella del rè di Polonia, siamo stati domandati, se nostro signore tiene pratica con questo Moscovita; soggiungendo, che intendono, come sua santità lo fomenta. noi rispondemmo, che in altri tempi il Moscovita ha mandato ambasciatori a Roma per ottenere dal papa il titolo di rè con larghissime offerte di riconoscere la sede apostolica, & di prestare l'obedientia, lasciando affatto il rito greco; ma che hora N. S. non ha alcuna trattatione con lui, anzi è tutto volto al benefitio di questa nobilissima provincia di Germania. veramente tutti costoro mostrano di temer molto questo matrimonio di Polonia, & la grandezza di questo principe; non havendo, come confessano di non havere, forze bastanti a resistere, & havendo il paese piano & aperto, & senza fortezze, & vicino a la Polonia. Quì dimani ciascun di noi piglierà il suo viaggio. il vescovo Delfino anderà diritto in Franconia, & passerà a Magantia, & dal Rheno in Suevia & Baviera, & finalmente tornerà a la corte de l' imperatore; il quale è facil cosa, che passi in Bohemia, con disegno di poter congregare fra quattro o sei mesi al più una dieta, o almeno convento imperiale. il vescovo Commendone ha scritto a l'illustrissimo duca Gio. Federico di Sassonia per vedere, se vuole, che vada a Vinaria, o nò: nè ha anchora havuto risposta; secondo la quale regolerà il suo viaggio. nondimeno disegna in ogni caso, a non essendo admesso dal detto duca, a dopo l' essere stato con sua signoria illustrissima, andare a l'arcivescovo di Magdeburg, & poi a l'elettore di Brandeburg, padre del detto arcivescovo, & al marchese Giovanni, & di là diritto a Bransuich, & poi a Cleves, & Colonia; & farà ogn'opera per esservi la settimana santa. però supplica V. S. illustrissima & reverendissima gli comandi ciò, che haverà a fare; cioè se dovrà andare in Dania, a nò; perchè il tempo può servire di havere lettere & ordine sopra tutto questo da V.S. illustrissima a l'arrivo suo in Colonia; di modo che senza perdere un giorno possa over scrivere in Dania, &, fra tanto che vien la risposta, andare a l'arcivescovo di Colonia, & a l'arcivescovo di Treveri, & a Liege, & a Bruselle, overo, commettendogli V.S.illustrissima, che non vada, possa da Colonia andare in Fiandra, & di ritorno andare a l'arcivescovo di Treveri, & di là tenere il camino verso Italia; dove, se non và in Dania, spera poter essere a Giugno; se và, starà 3. mesi, o 4. di più; tanto è lontano il rè nel confino de la Gotthia: & tanto più starebbe, se passasse ancho in Suetia. Nostro signor Dio conservi & feliciti V.S.illustriss. a la quale humilmente basciamo le mani, supplicandola a basciare in nome nostro i santissimi piedi di sua beatitudine. Di Namburg, a li* VIII. *di Febraro.* M. D. LXI.

mus (*f*). Confido, caesarem de bulla concilii (*g*) facere nobiscum, & pontificis max. sententiam sequi. sed quanti id refert, si frequentes alii (*h*) tum catholici, tum protestantes eunt in alia omnia? verum ipsi viderint. pontifex, quam incumbat in voluntatem habendi concilii, magis incumbere non potest: quod & aequi & iniqui judicabunt. Libentissime cognovi ex proximis tuis literis, aquisgranenses (*i*) & carere culpa, cujus criminis insimulabantur,

(*f*) Gratianus, Commendoni itinerum comes, ephemeridem quandam confecit, quae manuscripta apud nos adservatur, in qua haec de suo Naumburgum adventu die 28. jan. leguntur: *La notte innanzi, che noi arrivammo, era morto Wolfango, conte del Reno, soffocato dal troppo vino, che haveva bevuto ne' spessi conviti che facevano fra loro questi principi*. Nisi eo hic hujus epistolae locus referatur, quo eum referam, nescio. *Comitia* autem, in quae proxime Truchsesius dixit *rejectum iri omnia*, quae Naumburgi a principibus illis agi coeperant, ea ipsa fortasse sunt, quae Commendonus litteris, ad card. Borromaeum Cremetzio die 17. febr. 1561. datis, significat. *Ho inteso*, inquit, *come i duchi di Sassonia, i marchesi di Brandeburg, i duchi di Mechelburg & di Pomerania, & altri principi vogliono fare un nuovo convento fra loro. la cagione del quale è, che in Namburg non sono potuti convenire con il conte Palatino & Lantgravio, & duca di Wittemberg, & altri, quali declinavano a Calvino & alla setta de' Sacramentarii. & a tal proposito io ho inteso, che i principi in Namburg hanno tentato con ogni diligentia di trovar forma di prohibire la troppo licentia de le stampe, onde ogni dì si seminano nuove opinioni. & non è stato possibile di trovarci via, per la molta varietà de le religioni di essi principi*.

(*g*) Borromaeus Hosio die 13. jan. 1561. *Sanctissimus*, inquit, *dominus noster confidit, majestatem suam* (caesaream) *jam bullam pro bona sanctaque, ut re ipsa est, admisisse. sed, si adhuc res in deliberatione esset, enitere tu animum imperatoris firmare. dic ei, si ipse sancto huic negotio assenserit, in eoque perstiterit, Gallos quoque, ac proinde alias etiam nationes ad illud inclinaturas. quod si secus faceret, omnem hanc rem pessum ituram*. Ac caesar quidem pontificis de bulla sententiam sequutus est; nec magnopere de ulla ejus particula aut voce commutanda aut inducenda contendit.

(*h*) Pallavicinius lib. XV. c. 1. n. 6. *I ministri* (della corte di Francia)... *fecero, che il nuovo rè pupillo scrivesse al suo ambasciadore in Roma il dì ultimo di decembre in questo senso: Che i suoi consiglieri, esaminate le parole della bolla, vi trovavano malagevolezza..... La difficultà essere, imperochè, quantunque il titolo fosse d' Indizione, tutta via nel contenuto della bolla era scorsa quella particella*, tolta la sospensione: *la qual particella dava ad intendere, che si volesse presuppore il già fatto in Trento, e negar nuova udienza sopra di esso a' protestanti, e così far un concilio di nessun frutto alla bramata concordia: benchè il nunzio a voce havessegli poi diversamente significato*. Sed & Galli deinde in bullam sine exceptione consenserunt. Borromaeus Hosio die 15. martii 1561. *Quia vero*, inquit, *ex Gallia nobis significatur, eum regem omnino & sine ulla exceptione acceptasse bullam concilii &c.*

(*i*) Eorum defensionem vide in epistola 28. inter Hosii editas.

k tur, & a periculo tutos esse. sed jam laetiori (*k*) literarum genere utendum est. quare vale nobis & ecclesiae Dei. Romae. l x. Kal. martii. M. D. LXI. (*l*)

(*k*) Puto, significari cardinalatus honorem, Hosio die 26. hujus ipsius mensis deferendum: de quare quiddam Truchsesius, cum haec scriberet, fortasse inaudierat.

(*l*) 1562. exempl. & cod.vatic.Mendose, ut nemo non videt.

X I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

22.febr. 1561. *Herculem Gonzagam, concilii tridentini legatum a Pio IV. renunciatum, summis effert laudibus.*

IN summa voluptate, qua sum affectus, decreto & indicto publico christianae ecclesiae concilio, illud mihi ad laetitiam maximum fuit, Herculem Gonzagam, cardinalem ornatissimum, a a pontifice concilii legatum creatum (*a*) esse. neque enim tantae rei, quae reip. salutem continet, quisquam praefici potuit, qui plura aut majora animi & ingenii bona in sacram illam procurationem conferret. nam (ut omittam generis nobilitatem, quae praesertim in illo gradu honoris, apud clarissimum & optimum quenque gratiosa est) cujus prudentia ac religio magis elucere potest, quam ejus viri, qui & mantuanam civitatem ac ditionem, & amplissimum episcopatum tot annos ita gubernavit, ut se divinarum rerum cura bonum pontificem, humanarum administratione egregium principem semper praebuerit? quare, in magna perturbatione multarum ecclesiae partium, domestica continentia, publica justitia & aequitate, quibus praefuit populis piam securitatem & tranquillam praestitit. doctrina quidem in eo est & multiplex & exquisita; maxime ea, quae in illa persona atque in illo munere, cui praeest, requiri solet. quod vero maximum est maximeque necessarium, ab omni privata cupiditare remotus est; nihil gratiae, nihil

(*a*) Pallavic. lib.XV. c.6. n.2. *L'uno di quelli legati era già publicato nel concistoro* (a' 14. di febr. 1561.), *e fu Ercole Gonzaga cardinal di Mantova ..... Al card. di Mantova per quell' ora fu deputato collega il solo cardinale Puteo*. Idem Masio significavit Latinius litteris d.27.mart.1561. *Patronus meus* (card.Puteus) *valet ... Is* XVI. *Kal. martii designatus est frequenti senatu legatus ad synodum tridentinam cum reverendiss. Mantuano*.

nihil simultati tribuit, nisi quantum ei religionis ac pietatis regula praescribit. omnino is mihi videtur, qui ad Christi causam, ad salutem & otium christianae reip. integrum & vacuum animum afferre possit. quas amplissimi viri caeterasque virtutes praestantissimas, eximium praeterea studium & observantiam erga te, benevolentiamque in germanos homines singularem, quò per se, & ex meo sermone, quem tecum de illo ipso habui superiore anno, Augustae dimisso conventu, notiora tibi esse intelligo, eo magis officii mei esse duxi gratulari eidem tibi de prudentissimo judicio pontificis maximi in hoc optimo sacri concilii legato deligendo; cujus pietatem ac sapientiam magni momenti fore confido ad restituendam catholicae fidei ac vitae disciplinam. quod ut tibi optatissimum esse scio, sic & huic & omnibus praeterea tuis optatis Deum respondere cupio: cui perpetuum studium & observantiam meam deferens, salutem & incolumitatem precor. Romae. VIII. Kal. martii. M. D. LXI.

XIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Cardinalatus honorem Hosio gratulatur. 26. febr. 1561.

QUO & major ad bonos ex amplissimo tuo honore laetitia pervénit, & plus décoris & ornamentorum ad eos, a quibus ornatus es, redundavit, eo mihi difficilior, vel in praecipuo quodam gaudio meo, videtur haec esse ratio tibi de eo gratulandi. quod enim cardinalis creatus es (*a*), ea re summum hoc christianae ecclesiae consilium summo ejus tempore mirabiliter auctum & honestatum intelligo. quod vero nunquam fortasse antea majus cujusquam judicium dignitatis in ejus honore factum est, quam tuae fecerit, cum de te adornando retulit Pius pontifex maximus, eo judicio & illa testificatione (*b*) laudum tuarum, maximam ipse omnium judicio pru-

(*a*) A Pio IV. 4. Kal. mart. eo nempe die, quo hae datae sunt litterae.

(*b*) Quibus verbis Pius pontifex cum Hosium cardinalem renunciaret, ejus dignitatem prosequutus sit, nescio. at, quibus hominem collaudarit, ad gnesnensium archiepiscopum die 20. maji 1561. scribens, non nescio. ea sunt hujusmodi. *Nos enim, qua modestia est, talem honorem minime ambientem, atque etiam absentem & inscientem, in id collegium summo vene-*

prudentiae laudem consecutus est. nam id jandiu tua & integritas & religio & scientia divinarum humanarumque rerum & magna in remp. merita postulabant. quod denique patres certatim, alius alio uberius & ornatius, & de tua dignitate dixerunt, & Pio pontifici de te gratias egerunt, quo cujusque gravior fuit magisque honorifica sententia, eo se quisque illo honoris gradu digniorem ostendit. quare singulare aliquod gratulationis genus reperiendum sit, quo pro tam late patenti bono, & pro tuis ornamentis, quibus & pontifex max. & noster ordo, & Dei ecclesia decorata & munita est, ad te utar. id tu gratulandi officium si spectas ex honore verborum, non assequor, ut tibi satisfaciam; sin ex animo & ex laetitiae voluptate, qua affectus sum, aestimas, nullius literas eo in genere meis praeponendas putaris. hanc in me quasi gaudii praestantiam sane vidit ipse pontifex, cum, de augendo cardinalium collegio verba faciens, ad me hilari vultu dexteram intendens, *Tuum*, inquit, *varmiensem cardinalem faciemus*: nec quenquam praeterea nominavit. quare ne te quidem, singularis in te studii & amoris mei conscium, existimare dubito, me praeter caeteros istis, virtuti tuae debitis, honoris insignibus laetatum esse. itaque jam eo convertar, ut a te petam, ut istum tibi tantis plausibus, tanta bonorum approbatione delatum honorem toto animo amplectare; ut, qui Christi ecclesiam, tot praeclaris ingenii & sapientiae tuae monimentis, tot optimis ac prudentissimis actionibus illustratam, tutatus es, nunc, quando majoris cujusdam loci ac muneris excellenti virtuti tuae accessit auctoritas, consilio & scientia juves. me quidem certe hic honoris gradus, qui mihi tecum communis est, magis, quam antea, delectat. quo enim opprimi mihi paene videbar onere cardinalitii officii, eo, sapientissimi & amantissimi collegae subsidio, levatum iri, confido. Vale. Romae. IIII. Kal. martii. M. D. LXI.

XIV.

nerabilium S. R. E. cardinalium studio cooptavimus, non modo propter praeterita ipsius in ecclesiam & religionem catholicam merita, sed quia talis viri consilium & operam, illa virtute, illo religionis studio, tam excellenti doctrina, & magno praeterea rerum usu praediti, maximo nobis & ecclesiae universali usui, tam gravi ecclesiae tempore, futurum esse prospeximus.

XIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

De legatione ad concilium tridentinum gratulatur. 28.febr. 1561.

UTrunque divinitus factum esse, intelligo, ut & eodem tempore duobus christianae ecclesiae luminibus, te, Hosi amplissime, & salernitanorum archiepiscopo (*a*) cardinalium collegium illustraretur, & data sit ea mens Pio pontifici, ut, praeter eos (*b*), quos jam creavit, legatos, vestra (*c*) praeterea utriusque ad concilium legatione uti constituat. in quo paululum morae habebit, dum concilii rationes a te, interea ad caesarem sedis apostolicae legato, administratae in aliquem statum perveniant. omnino ad eam rem ex ecclesiae dignitate moderandam, qui majores animi & ingenii facultates conferre possit, quam

(*a*) Erat is Hieronymus Seripandus, splendidissimum illustrissimae augustinianae familiae lumen, eodem, quo Hosius, die, cardinalis creatus.

(*b*) Cardinales Herculem Gonzagam & Jacobum Puteum significat, quos die 14. febr. a Pio IV. concilii tridentini pontificios legatos fuisse renunciatos, supra diximus.

(*c*) Borromaeus Hosio die 15. mart. 1561. *Die, inquit, X. hujus mensis sanctitas sua in solita benevolentia erga reverendiss. dominationem tuam perseverans, promittensque abs te sibi optimam quamque operam, ad obsequium Dei sanctaeque ecclesiae commoda, legatum te concilii in consistorio creavit, tecumque reverendissimos dominos meos Seripandum & Simonetam, ultra priores jam creatos, Puteum scilicet & Mantuanum: quod tibi ex animo gratulor.* Quaeret fortasse aliquis: Si, non nisi decimo martii mensis die concilii legatus Hosius creatus est (quod ex recitato Borromaei litterarum capite discimus), qui potuit Truchsesius in hac epistola, die 28. februarii data, de eadem illa legatione Hosio gratulari? Responderem fortasse, in hac diei mensisque adscriptione librarium errasse, nisi viderem, cardinalem etiam Puteum in litteris, ad Hosium postridie ejus ipsius diei 28. februarii datis, de eadem Hosii legatione meminisse. ait enim: *Brevi, ut spero, simul Tridenti erimus, teque, quod majoris etiam laetitiae causa est, in legatione collegam habebo... Vale: & scito me tibi ex animo hanc honoris amplificationem gratulari. Romae. Calendis mart. 1561.* Dicendum igitur est, die quidem mensis martii decimo Hosium a pontifice in senatu legatum concilii renunciatum fuisse, sed pontificis voluntatem illius renunciandi Truchsesio Puteoque aliquot ante id tempus diebus innotuisse. Illud valde mirandum est, renunciationis hujus tempus Stanislao Rescio, vitae Hosii scriptori, usque adeo ignoratum fuisse, ut, quae non nisi duodecim diebus post cardinalatus honorem, Hosio delatum, contigerat, eam ipse lib. II. cap. 2. duobus denique post mensibus contigisse tradat.

d quam uterque (*d*) vestrum, ego quidem reperio neminem: quamobrem tibi gratulor illo collega tum cardinalatus, tum brevi, ut spero, legationis: quorum conjunctione consiliorum & voluntatis christianam rem ita gestum iri, confido, ut nihil, quod praestantium virorum virtus ac prudentia praestare debeat, in vestro officio desiderari posse, existimem. hoc pontificis consilio, de vobis cardinalibus amplissimis legandis, nihil
e mihi ad cumulum ejus laetitiae, quam ex utriusque honore (*e*) ceperam, jucundius accidere potuit. Deum precor, ut vos diutissime conservet. Romae. pridie Kal. martii. M. D. LXI.

(*d*) Tu, Hosi, ac Seripandus.

(*e*) Cardinalatum intellige, paullo ante utrique collatum.

X V.

a Otho Truchses Card. Augustanus Friderico Staphylo. (*a*)

28. febr. 1561.

Opitulari se homini non posse, nisi sola apud pontificem max. commendatione. Ejus librum valde sibi probari. De actis naumburgensibus. &c.

QUO meliore rerum statu dignus es, propter excellentem virtutem tuam, exquisitam doctrinam religionemque, ac pietatem singularem, eo est illud mihi ad dolorem acer-

(*a*) De Friderico Staphylo illa sunt memoriae prodita ab Ignatio Agricola *Histor. Prov. Germ. Super.* decade 3. n. 23. ad annum 1561. *Accessere sub idem tempus duo illustrissima academiae* (ingolstadiensis) *sydera, Fridericus Staphylus cum integra quinque liberorum & uxoris familia, & Martinus Eisengreinius .... Fridericus, etiamnum juvenis, scientiae cupidissimus, postquam Westphalia egressus Italiae Galliaeque academias lustrasset, Wittenbergam infelici dogmatum curiositate se contulit, atque ibi cum Luthero & Melanchthone per integra duo lustra familiariter egit. sed demum, quae primo improvida curiositas obfuit, in salutem cessit. Dum magistrorum, in quorum verba jurasset, primos errores contra malefidos eorundem discipulos, qui in diversas sectas abierant, defendendos suscipit, atque in id arma ex sanctorum patrum libris conquirit, luculenter perspicit, quam male Lutherus & Melanchthon, aeque ac eorum scholastici novi gladiatores; a prima antiquorum doctorum semita deviassent, quam presse ex adverso hodierni ecclesiae orthodoxae theologi illorum vestigiis insisterent .... Novum pugilem, & tanto contra sectarios certaturum validius, quanto interius gladiatorios illos astus artesque calleret; auctoramento sibi initiavit pontifex, &, cum academiarum statuta vetent; conjugio innexos divinarum literarum doctores creari, legis hujus veniam indulsit, negotiumque dedit salisburgensi archiepiscopo, ut, solito eoque rigido examine praemisso, theologiae ac juris cano-*

acerbius; & te duriore fortuna conflictatum eſſe (*b*); & mihi non ſuppetere facultatem ſubveniendi tibi, tali tuo tuorumque tempore. ſed, quo minus ipſe ab iis rebus paratus ſum, quibus ſublevare poſſim difficultates tuas, eo magis operam dabo, ut te apud eos, qui potiuntur, diligenti commendatione juvem. ergo de te agam cum patribus ampliſſimis, agam cum ipſo pontifice max. cujus propenſum animum novi erga omnes, quorum eſt egregia opera in tuenda ac propaganda religione; in quibus unum e principibus eſſe te, & a me audivit, & poſthac ſaepiſſime cognoſcet: ut ſperem, cum primum ſe relaxarit maximarum rerum curis & occupationibus, quibus paene oppreſſus eſt, aliquid actum iri. Librum tuum (*c*), qui mihi valde probatur, cardinali Altaempſio (*d*) dabo, & commendabo diligenter.

canonici doctorem inauguraret Staphylum. quod etiam Auguſtae, inſpectantibus comitiis, quanta potuit ſolemnitate perſectum eſt. Cum multi principes Fridericum penes ſe habere cuperent, ipſe Albertum praetulit, non tam liberali ſtipendio, quam principis pietate tractus. nam is & ſumptus praebuit abunde, vulgandis typo frequentibus contra varias haereſes libris, & ingolſtadienſi ipſum academiae ſupremum inſpectorem praepoſuit &c. Staphyli obitus Hoſio a Martino Cromero ſignificatus eſt litteris, Viennà datis die 18. mart. 1564. *Sperlingo*, inquit, *miſi quantum juſſiſti ad manus Staphyli. verum Staphylus mortuus eſt poſt acceptam, ut mihi refertur, pecuniam, quinta martii. Sperlingus ſcripſit huc ad Paremblum meum de morte ejus: pecuniae nullam facit mentionem.*

(*b*) Anguſtiis rei familiaris laboraſſe Staphylum, indicio eſt etiam epiſtola 99. in *Tabul eccl. rom.* ad Hoſium a Caniſio Auguſta Tridentum data ſabbato ſancto, hoc eſt 28. mart. 1562. in qua fere extrema ſic legitur: *Nunc mitto Schmidelini apologiam adverſus Staphylum. agit minus furioſe, quam antea, ut Staphyli ſcriptum timere videatur.... Iſt autem ſub praelo ingens Staphyli opus; quem ego nuper illuſtriſſ. cardinali noſtro ita commendavi, ut Romae aliquando laborum ejus, quos impigre ſcribendo exantlat, velint meminiſſe.*

(*c*) De quo Staphyli libro agatur, incertum eſt. ejus quoddam opus a card. Puteo valde laudatur in litteris, ad Hoſium 3. non. aug. 1560. datis: *Nec minus*, inquit, *etiam gratus accidit index, ſive ordo & ſeries tota cum ſucceſſionis haereticorum noſtri temporis, tum etiam diviſionum inter ſe. quod ego opus Staphyli, hominis diligentiſſimi atque ejuſce rei peritiſſimi, plurimi aeſtimo, curaboque, ut collegae mei ingenioſam Staphyli diligentiam perlegant.* Laudatur etiam a card. Truchſeſio noſtro litteris, eodem ejuſdem anni die ad eumdem Hoſium datis: *Staphyli*, inquit, *opus, Staphylo dignum, mihi cum re ipſa gratum, tum tuo etiam nomine jucundum fuit.* Hoc idem fortaſſe opus in hac epiſtola ſignificatur.

(*d*) *Empſio* exempl. Gratianus correxit *Altempſia*; ego, quod verius putavi, *Altaempſio*. Marcus Siticus, caſſanenſium epiſcopus, e comitibus *ab Altaemps*, natione germanus, a Pio IV. avunculo ſuo, cardinalis renunciatus fuerat die 26. febr. an. 1561. hoc eſt, biduo ante, quam hae litterae ſcriberentur: quibus etſi in noſtro exemplari & in codice vaticano annum 1562. adſcriptum videam, tamen id librariorum negligentia eſſe factum, cenſeo,

e genter. Quae ſcripſiſti de naumburgenſibus (*e*) rebus, & illorum principum conſiliis, etſi nihil perditius fieri poſſe exiſtimem, tamen mihi ita gratae ſunt tuae literae, tibi ut magnam habeam gratiam, qui me de eo, quod egerint & acturi ſint, diſtincte ac ſubtiliter certiorem feceris. itaque peto a te, ut ſerves iſtam conſuetudinem & odorandi ac cognoſcendi omnia, & ad me accurate perſcribendi. nihil mihi gratius facere potes. Ego, quicquid tua cauſa poſſum, non patiar in eo a te deſiderari officium meum. Vale. Roma. prid. Kal. martii. M. D. LXI. (*f*)
f

ſeo, nec, niſi ad hunc annum 1561. eas ſtatui pertinere. februario enim anni 1562. non Romae Altaempſius, ſed Tridenti verſabatur; quo triceſimo januarii die venerat, & ubi quinti pontificii legati munere fungebatur. qua igitur ratione ad Staphylum ita ſcribi a Truchſeſio poterat, quemadmodum ſcriptum in hiſce litteris legimus? *librum tuum card. Altaempſio dabo & commendabo*. Non *daturum* ſe, ſed *miſſurum* ſcribere debuiſſet, ſiquidem haec die 28. febr. anni 1562. Romae ſcripſiſſet. Sed validius ſententiam noſtram confirmant ea, quae proxime ſequuntur.

(*e*) *numburgenſibus* exempl. Malui, quod rectius eſt & uſitatius. De naumburgenſi autem principum proteſtantium conventu vide epiſt. *Puto velle* d. 1. febr. 1561. & epiſt. *Nolui* d. 20. febr. 1561. Jam ſi hoc harum litterarum loco idem ille conventus a Truchſeſio (id quod veriſſimum puto) ſignificatur, manifeſtum eſt, eas ad hunc eumdem annum 1561. pertinere.

(*f*) 1562. exempl. Cur correxerim, ſatis in ſuperioribus dixi.

X V I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Germaniae Sacrique Imperii Principibus. (*a*)

a

Ut concilii, a Pio IV. pro ſalute Germaniae potiſſimum indicti, ſucceſſum pro virili adjuvent, cohortatur.

ADductus ſum charitate patriae, amore gentis ac nationis noſtrae, ſtudio laudis & gloriae veſtrae, praeſtantiſſimi viri ac romani imperii principes, ut hac ſacri opportunitate concilii vos cohortarer & ſummis precibus orarem, ut tantam divinae erga vos benignitatis facultatem arripiatis. neque vero ſum veritus, ne, cum ſummi viri multo uberius & ornatius, quam a me effici poſſit, eandem cauſam egerint, meum propterea

(*a*) Edidi hanc epiſtolam Florentiae anno 1745. in adnotationibus ad Gratiani opus *De ſcriptis invita Minerva* Vol. II. pag. 7. Certum tempus, quo ſcripta ac data fuerit, ignoratur. fortaſſe data eſt eo tempore, quo Commendonus in Germaniam profectus eſt. ego hunc ei locum, ipſa non reclamante, dedi.

pterea officium aut ineptum aut supervacaneum vobis esse videatur. nam, ut reliqua concedam reliquis, studio & cura tum salutis & incolumitatis germanorum populorum, tum existimationis ac dignitatis vestrae, neminem mihi, vel vobis judicibus, anteponendum puto. cupio enim, quam qui maxime, provinciam nostram, sublatis odiis atque dissidiis domesticis & intestinis, vobis ad eam laudem conspirantibus & consentientibus, aliquando pacem & concordiam habere. cujus equidem rei ea cupiditate teneor, ut, si eam morte mea repraesentari posse, intelligerem, non solum aequo, sed etiam libenti animo cederem e vita. nunc video, beneficentissimum Deum, misertum malorum & miseriarum nostrarum, communem omnium nostrum salutem miti ac misericordi oculo respexisse, qui eam sui numinis vicario mentem dederit, ut ad sanandas & confirmandas aegras reip. partes totus incumbat. qua enim is charitate, qua pietate germanos homines complexus est! quod studium, quam benevolentiam in vos, Germaniae principes, declaravit! eam, quae pastore christiani gregis, quae ministro divinae clementiae, quae parente ecclesiae digna est. non enim is, ut vir sanctissimus dixit, praesetulit virgae severitatem, sed spiritum benignitatis & lenitatis. meminit, se ejus esse & discipulum & vicarium, qui genus humanum non tonans aut fulminans, sed vagiens in praesepe, & tacens in cruce servavit. didicit ab eo, cujus vicem tenet in terris, mansuetudinem & cordis humilitatem. itaque praebet se charitate patrem, doctrina magistrum, institutis pontificem; & usque eo effertur studio restituendae salutis deviis etiam & contumacibus filiis, ut summum illud secum a Deo communicatum totius christianae reipublicae judicium, siquid in vita & moribus jure apud quenquam offendat, justo aliorum judicio subjiciat. vult enim, quantum in se fuerit, ut, unde catholicae religionis ac fidei praecepta petenda sunt, inde etiam omnibus recte vivendi exempla suppeditent. hunc animum & voluntatem erga vos Pii IIII. pontificis max. non solum ex publicis & privatis ejus ad vos literis, sed etiam ex sermone duorum episcoporum (*b*), qui literas attulerunt & mandata, perspectam & cognitam habetis. quamobrem a vobis, ornatissimi principes, vehementer peto atque contendo, per fortunas, per liberos vestros, quorum incolumitas religionis incolumitate & integritate continetur, per nobilitatem & gloriam parentum majorumque vestrorum, quam

 illi

(*b*) Zachariae Delphinii, pharien- zacynthiorum episcopi. sium, & Jo. Francisci Commendoni,

illi non magis rerum gestarum amplitudine, quam praestantia catholicae fidei consecuti sunt, ut pontificis max. patrium erga vos animum & summam Dei gratiam, vobis hoc tempore benigne delatam, grate pieque amplecti velitis. recordamini, vos eorum principum ac ducum nepotes esse, quorum (*c*) eximiae virtuti, & pari in sanctam romanam ecclesiam pietati datum a pontifice max. summum imperium & imperatoris creandi jus obtinetis: ut simul & hujus sacrosanctae sedis erga vos beneficii memores, & majorum vestrorum imitatores esse debeatis. mementote, nullam unquam fuisse gentem aut nationem, quae se aut facilius ad Christi fidem, & animo concipiendam & oratione profitendam, totam converterit, aut libentius opes & vitam ad eam tuendam defendendamque contulerit (*d*). praeclarum hoc studium nostrorum hominum admirabilisque constantia celebratur omnium scriptis & linguis. quam consuetudinem, a parentibus traditam, si filii posterique eorum perpetuo retinuissent, praeclarius, ut levissime dicam, nobiscum ageretur. sed, quoniam vix cujusquam adeo fidei armis munitus ac septus animus est, ut non acerrimi illius hominum hostis fraudibus capiatur, fuerit commune fragilitatis humanae cecidisse, modo proprium sit christianae & adeo germanicae virtutis exurgere, praesertim patriam dexteram, caelesti robore firmatam, porrigente vobis Pio pontifice maximo. facessant aliquando perditi homines, qui, sexcentis inter se repugnantibus haeresibus inductis, unam & veram Christi fidem ejecerunt; qui tam multos omnis aetatis ac generis praecipites agentes a gremio sanctissimae parentis ecclesiae fallacibus rationibus abduxerunt; qui impudentissimis freti mendaciis simplicium hominum ingeniis (*e*) ad libidinem & ad quaestum abutuntur; qui tot & tanta quotidie crimina confingunt de moribus, de religione, de alieno a vobis animo pontificis max. & romanorum sacerdotum, quot & quanta mentita falsaque esse, vos ipsi intelligetis. quod si non pax, non tranquillitas nobilissimae provinciae, non dignitas, non denique salus ageretur; nonne hominis, non principis, non christiani officium est nolle diutius in errore versari? nolle velificari cupiditati ac licentiae perditorum? nolle a quoquam (*f*) orbari ratione & sensibus? postremo velle per se verum exquirere? velle rem propius inspicere? idcirco enim, pie san-

(*c*) *qui illorum* exempl. Emendavi.

(*d*) Ante vocem *contulerit* desiderari videtur aliquid hujusmodi, *quam Germani*.

(*e*) In exempl. *ingeniis quadam liberalitate ad &c.* sed medias voces expunxit Gratianus.

(*f*) *quoque* exempl. Emendavi.

sanctéque institutis & actis rebus omnibus, quibus Dei gratiam nobis conciliare possemus, indictum est a pontifice max. publicum christianae ecclesiae concilium; datus etiam ab omni suspicione liber ac tutus concilio locus; convocati praeterea & invitati omnes; nemini denique, cui jus (*g*) sit, non permissa quaerendi, percontandi, disputandi ac refellendi facultas: ut, qui vel sacro concilio interesse noluerit, cujus (*h*) modo praesentia requiritur, vel ejus cognitionem judiciumque recusarit, eum facile appareat ruere ad exitium voluntarium. itaque vos quaeso & obtestor, clarissimi principes, prosequimini gratissimis & animis & opibus institutam a pontifice max. sacri concilii rationem; adjuvate rem, christianae reipublicae, in primis vero Germaniae nostrae, salutarem. nam aequitati ac sapientiae vestrae haec palma divinitus reservata est, ut florentissimam provinciam, tam diu multis locis infectam pravis opinionibus, nunc expiatam parenti ecclesiae reconcilietis. cujus restitutio non minori vobis gloriae futura est, quam illis ipsis ea ratio fuerit, qui primi Germaniam ad apostolicae sedis cultum atque observantiam deduxerunt. quod cum a Deo precor assidue, tum sic opto, ut illum in omni vita jucundissimum visurus sim diem, quo die divini ad me nuncii fama perveniet. a vobis vero etiam atque etiam peto, ut has literas, quas a me, quemadmodum dixi, patriae charitas, amor gentis ac nationis nostrae, studium denique vestrae laudis elicuit, in optimam partem accipiatis. (*i*)

XVII.

(*g*) *cujus sit &c.* exempl. & mendi notam Gratianus adscripsit. Ego, ex *cuivis* facto *cui jus*, mendum mihi videor sustulisse.

(*h*) Hoc est, dummodo ejus hominis in concilio praesentia requiratur. significantur autem episcopi.

(*i*) Haud ita multum profecisse Truchsesii has ad Germaniae sacrique imperii principes litteras, intelligimus ex sequenti Commendoni ad Hosium epistola, Viennam die 5. maji 1561. data. „ Equidem multó antea ad dominationem vestram illustriss. & reverendiss. diligentius scripsissem de singulorum principum, quos ego convenerim, responsis, praecipue vero protestantium, de quibus nunc laboramus, si quicquam extitisset, quod „ a numbergensi conventu discederet, „ & non omnia ad commune protestantium ordinum consilium referrentur, aut saltem si ex Saxonia litteras mittendi facultas fuisset.... „ Responsa principum seorsum scribo.... Quae autem ego ad isthaec „ principum responsa, & praesertim „ protestantium, dixerim, quaeve pluribus egerim, alias plus otii nactus „ perscribam. sed nulla datur quies. „ aut continuis conficior itineribus, „ aut, si quando sistimus, cum principibus agendum est, & cum illorum „ consiliariis, qui me enecant; ut Antuerpiae hosce totos dies purgationi „ dare oportuerit. accedit danica cogitatio... Si illuc ivero, & regem „ alloquar, faciam dominationem ve-

„ stram

„ ſtram reverendiſs. de tota re cer-
„ tiorem ....

„ Elector brandeburgenſis ſe, qua „ debet reverentia, ſalutationem ſummi pontificis accipere (*reſpondit*), „ ob eamque rem illi gratias agere; „ quod etiam jampridem in expeditione hungarica optimam ejus mentem & ſummam benignitatem perſpexiſſet: ſe quoque, quantum in ſe „ fuerit, ſemper paci ac tranquillitati „ ſtuduiſſe; neque me falli, qui ita de „ ſe ſentirem: neſcire tamen, an parem apud omnes gratiam ineat. „ quod quidem eo minus moleſte ferebat, quod unam conſcientiae ſuae „ pacem, & verbum Dei ſequebatur. „ neque ſe levi aliqua de cauſa, ſed „ multis & expreſſis ſcripturae verbis „ in auguſtanam confeſſionem conſenſiſſe. optare omnibus, praecipue vero ſummo pontifici, veram agnitionem filii Dei. Quod vero ad concilium attinet, cum non ad ſe, neque „ ad eos tantum principes, qui Numburgum convenere, pertineret, ſed „ ad multos alios principes & ſtatus „ auguſtanae confeſſionis, non poſſe „ aliud reſpondere, niſi quod de communi conſilio ſtatueretur. ſe quidem „ ſemper pacis auctorem futurum, tametſi, quae ſunt principum voluntates & ſtudia, multum exiſtimet id „ habere difficultatis. denique non dubitare, me in bonam partem omnia, „ quae dixiſſet, accepturum, ac initam „ ſecum amicitiam conſervaturum.

„ Joannes, marchio brandeburgenſis, primum de benignitate ſanctiſſimi domini noſtri, & propenſione animi erga nationem germanicam, de „ quibus ego eram locutus, reſpondit, pontificem rom. debere quidem „ talem eſſe pro munere, quod ſibi „ vendicat: interim tamen, eo auctore, & in Italia & in reliquis provinciis exerceri piorum hominum „ carnificinas ob eam unam cauſam, „ quia puram euangelii doctrinam „ complecterentur, neque errores & „ idololatriam pontificiae tyrannidis „ ferre poſſent. deinde, quod ad extirpandas haereſes concilium indixiſſet, cupere ſe intelligere, qui „ ſint hi haeretici. his temporibus „ haereſis accuſari, qui expreſſum „ Dei verbum ſequuntur. praeterea, „ quod ad morum correctionem attinet, non negare ſe, quin ea valde „ indigeat Germania: ſed abuſus eccleſiae rom. occultos non eſſe: verum has duas cauſas convocandi „ concilii adductas eſſe a romano pontifice, ut Germaniae principes deſignaret & carperet. poſtremo de concilii indictione reſpondit, brevi ſe „ cum caeteris principibus futurum; „ neque dubitare, quin ea ſtatuantur, „ & illud detur reſponſum, innixum „ veritate, quod omnia vana commenta refellere facile poſſet; nempe, ſi ad concilium mitterent, perinde fore, ac ſi lepores irent ad „ concionandum inter leones.

„ Archiepiſcopus magdeburgenſis „ omni reverentia reſpondit, ſe gratias agere & ſanctiſſimo domino noſtro de benedictione ſibi impertita, „ & Deo opt. max. quod eam mentem ſanctitati ſuae dederit & eum „ animum erga germanicam nationem, ut ejus provinciae cauſa univerſale concilium Tridentum indixerit. eo ſe omnino brevique venturum; ubi, tametſi intelligeret, „ ſanctitatem ſuam multo, quam ipſe „ ſit, doctiores viros habituram eſſe, „ ſe taman fide & obſervantia erga „ ſanctitatem ſuam nemini conceſſurum.

„ Henricus, dux brunſuicenſis, „ pollicitus eſt ampliſſimis verbis, ſe „ oratores ad concilium miſſurum: „ ſperare ſe, quod interruptum toties concilium ad optatum tandem „ finem perveniat; neque dubitare, „ quin Pius Papa IIII. curaturus ſit, „ quod omnia & ſingula in hoc indicto concilio ex vero zelo domini „ ſancte, recte, chriſtiane & ſine omni „ fuco & fallaciis agantur.

„ Hiſdelmenſem epiſcopum non „ inve-

„ inveni. paulo enim ante discesserat. „ missae sunt illi literae pontificiae „ & bulla concilii.

„ Ericus, dux brunsuicensis., „ aberat in Hispaniis. traditae sunt „ literae ejus consiliariis Hanoveri.

„ Osnaburgensis episcopus aberat. „ discesserat multis ante diebus. tra- „ ditae sunt literae consiliariis Iburgi.

„ Padbornensis episcopus promi- „ sit, se venturum ad concilium.

„ Monasteriensis excusat se, quod „ provinciam habeat, quae hostilibus „ armis pateat, & eos subditos, a „ quibus nihil non sit metuendum, si „ longius absit. & in hanc sententiam „ pontifici max. rescripsit.

„ Elector coloniensis dicit, ejus- „ modi hoc esse negotium, ut rem „ prius necesse sit cum sacra caesarea „ majestate communicare.

„ Elector treverensis respondit, „ se nihil perinde cupere, ac univer- „ sali concilio interesse, &, quantum „ in se est, sanctissimi domini nostri „ pia & salutaria consilia adjuvare: „ sed impediri metu seditionum, & „ praesertim in civitate ipsa treve- „ rensi: itaque suppliciter petere a „ sanctitate sua, ut dijudicet, utrum „ praestet hoc tempore se Tridentum „ proficisci, & ecclesiam provinciam- „ que suam certissimo & irreparabili „ periculo objicere, an mittere eodem „ doctrina ac pietate excellentes vi- „ ros, qui nomine suo intersint con- „ cilio.

„ Archiepiscopus bremensis pro- „ misit, se venturum.

„ Dux clevensis respondit, se „ oratores missurum, ac omnia prae- „ stiturum, quae catholicum princi- „ pem decent.

„ Numburgensis episcopus dixit, „ se libentissime, posthabitis omni- „ bus rebus, venturum ad concilium.

XVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

De aquisgranensibus sublevandis. De pecunia a card. Borromaeo promissa. 8.mart 1561.

Licebit aliquando amplitudini tuae pro novo munere legationis gratificari iis, quorum religioni & maximis in sanctam sedem meritis nullam adhuc relatam gratiam dolemus. poteris enim & cardinalis & legatus, &, quod caput est, Hosius cardinalis legatus plus tum in bene merendo facultate, tum in commendando gratia, quam antea potuisti. quare Cytardo nostro, aquisgranensibus, ac reliquis, quos tua commendatione complecti solitus es, valde gratulor. Quingentos, ex Borromaei cardinalis liberalitate promissos (*a*), nondum te ac- a cepis-

(*a*) Borromaeus Hosio die 13. jan. 1561. *Per eum*, inquit, *qui has litteras deferet, mittit tibi dono sanctissimus dominus noster, ultra tuum ordinarium salarium, quingentos scutatos aureos numeratae pecuniae, ut commodis tuis consulere possis, laetoque animo toleres sumptus, quos facis .... Non mit-*

cepisse, miror; praesertim cum is, de illa pecunia saepe mecum locutus, se eam missurum dixerit. sed, modo fructuosa sit mora, minus moleste fero, in promissis faciendis illum esse tardiorem. spero igitur, habitum iri rationem honoris tui, cujus accessio majorem pecuniae accessionem requirit. Vale.
b Roma. VIII. idus martii. M. D. LXI. (b)

mittimus per secretarium Delphini quingentos illos scutatos, quos in nostris litteris dicebamus mittere, ne aliquo malo casu amitterentur. mittemus autem schedam bancariam per Canobium. quod velim scias; ut interim hilarius de eis disponas, ac si jam numeratos recepisses.

(b) M. D. LXII. exempl. & cod. vatic. Emendavi.

XVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

8. mart. 1561. *Non tam sibi de catholicae religionis rebus timendum, quam Cromero videbatur, videri; cui etiam de recenti Hosii honore gratulatur.*

VArie sum affectus proximis tuis literis. quod enim diffidis rebus nostris, &, propter nonnullorum, qui dominantur, vel perversitatem vel imbecillitatem, de rep. paene desperas, primo sane cohorrui; praesertim cum adjungas, nostris conatibus divinum numen iratum esse. nam Cromero, prudentissimo homine & optimo viro, summa pericula nobis denunciante, quid non extimescam? nec vero me fugit, si, perinde ut meriti sumus, Deus nos tractare voluerit, fore, ut adversa nobis accidant omnia. sed, cum idem reputo mecum, quanta sit Dei benignitas, quanta misericordia, in magno quidem timore, tamen major quaedam me spes consolatur. accedit eo, quod tantam impendentem tempestatem, quantam tu fortasse cernis, nec ipse prospiciam, &, si summa immineat, ejus virtuti multum tribuam, qui, praesidente Deo,
a sedet in puppi (a); cujus prudentissimo consilio sanctissima Petri
b navis proxime aliquot optimis remigibus (b) instructa est, in
c primisque isto nostro (c), qui ventorum, quibus istinc turbamur & agitamur, maxime omnium impetum & novit & sustinere ac reprimere potest. quare neque gubernatoris neque ministrorum ars requiretur. prosperum cursum is efficiet, qui solus finem praestare potest. hactenus horribilia in tuis literis; illa jucun-

(a) Pius IV. pont. max.

(b) Cardinales intellige, die 26. febr. a Pio IV. creatos, qui decem & octo fuerunt.

(c) Stanislao Hosio.

jucundiora: ut idem tu & vulnus feceris & vulneris medicinam. censes enim, veniam & pacem a Deo petendam esse; magnopereque confidis, illum sui simillimum, vel eundem potius, idest clementem ac misericordem, futurum. sic igitur faciemus: tuque in eo nobis eris adjutor, qui rei es approbator; ac te deprecatorem publicae salutis interpones, qui, quae futura sunt, praevides. qua re fiet, ut, in eorum, quos scribis, inani sapientiae laude, veram ipse christiani hominis gloriam consequaris; nec plus ingenio ac judicio valebis, quo es acerrimo, quam charitate ac pietate, quam in te singularem cognovi. consilia saxonici (*d*) conventus quo erumpant, timeo; neque dubito, quin in auctores perditarum rerum dupliciter recidant. Galliae, quod conceptum malum parturiunt (*e*), capiti suo parient. Extremum illud est, ut tibi de praestantissimi viri (*f*), tuique amicissimi amplissimo honore gratuler (*g*); neque magis tua, quam reipub. causa, cujus salutem tibi chariorem esse, quam tuam, intelligo. Vale. Roma. VIII. id. martii. M. D. LXI. *d* *e* *f* *g*

(*d*) Id est naumburgensis. de quo vide epist. *Nolui* d.20. febr.1561.

(*e*) Vide Pallavicinium lib.XV. c.12.

(*f*) Hosii.

(*g*) *gratulor* exempl. Emendavi.

XIX.

Julius Pogianus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Cardinalatus honorem gratulatur. 15.mar. 1561.

USque eo deflexerat a ratione consuetudo principum in ornandis hominibus, ut saepissime virtutis praemia consequerentur ii, qui quavis re potius, quam virtute, commendati essent. ita fiebat, ut eorum indignitate, quibus honores deferebantur, ipsa etiam turparentur insignia dignitatis. ex quo vitio & male jam principes audierunt, & Dei ecclesia laboravit. sed eam superiorum temporum maculam quidam nostra memoria pontifices max. delere conati sunt. ergo, praestanti laude paucorum, luxit orbi terrarum aliquandiu splendor amplissimi ordinis; quibus deinceps maxima ex parte luminibus extinctis, jam sua & ornamenta curia, & resp. praesidia requirebat. quamobrem necessario ecclesiae tempore Pius pontifex max. circumspectis iis viris, qui impendentes ruinas praesenti ope fulcire possent, eos, quo in ipsorum consilio atque sententia major esset auctoritas, adornavit. ex illis unus, vel potius inter illos (quod, caeteris approbantibus, dictum arbitror) sin-

gularis tu es, Hosi ornatissime; cujus honoris amplificatione cardinalitio honori pristina dignitas restituta est. quare, etsi vidit aetas nostra nonnullos, qui una suffragante virtute in istum locum ascenderunt, tamen iis, qui, quanti hoc de te factum reip. intersit, queant aestimare, nihil eo in genere ad laetitiam accidit uberius. nihil enim tam celebre est, nihil aeque viget in ore omnium, atque episcopales tuae & literae & actiones. itaque jure & merito amplissimis ecclesiae muneribus affectum esse te, incredibiliter gaudent, cujus animi atque ingenii monimentis ipsius esse vident ecclesiae nomen illustrius. qui mihi laetitiae fructus quanquam communis est hic fere cum omnibus, tamen eo (*a*) fortasse major est & certior meus, quo rei causam propius, quam plerique, sum contemplatus. patuit enim mihi, Romae (*b*) cum esses, quae tua summa fuit humanitas, aditus non solum ad cognitionem, sed etiam ad congressum & consuetudinem tuam. quo tempore vidi & admiratus sum probitatem, prudentiam, doctrinam, curas tuas omnes, in religione ac reip. salute defixas. studia etiam & officia ac liberalitatem in bonos viros & literis deditos, beneficentiam denique in egentes homines, majorem facultatibus tuis, caeterasque laudes egregias, quae modo in libris de vita acta veterum patrum reperiuntur, in nostrorum hominum moribus vix apparent, ita suspexi, ut mihi illum (*c*) viderer videre eodem nomine & honore Hosium (*d*) cordubensem, quem vir sanctissimus Athanasius parentem episcoporum appellare solitus erat. quare, cum primum audivi, te, divinis istis instructum & ornatum bonis, in cardinalium ordinem cooptatum, sic gavisus sum, ut, etiamsi permulta adversarentur, tamen vel unum id maxime efficeret, ut me in haec tempora incidisse, non omnino poeniteret. hoc vero gaudium de amplitudine tua meum tibi,

(*a*) & exempl. Gratianus emendavit.

(*b*) Romam Hosius e Polonia anno 1558. prid. Kal. sept. ut ait ejus *Vitae* scriptor Rescius, ut autem card. Puteus ad Cromerum die 10. sept. scripsit, Kalendis ipsis septembr. venerat, Paulli IV. non unis litteris ad res catholicae religionis constituendas evocatus. Vide ejus *Vitam* lib.I. c. 23. Viennam pontificius ad Ferdinandum caesarem nuncius a Pio IV. mense martio an. 1560. missus fuerat.

(*c*) *illam* exempl. Gratianus emendavit.

(*d*) Stanislaus quoque Rescius in Hosii *Vita* eum Hosio cordubensi illi sub Constantino imper. comparavit. lib.I. c.19. *Hosius contra*, inquit, *ne rex* (Sigismundus) *tantum scelus* (permittendi in Polonia liberam augustanae confessionis professionem) *admitteret, omni suo studio, conatu, labore, diligentia impedivit, cognominisque quondam sui Hosii cordubensis libertatem in eo admonendo imitatus, Ne te, ait, immisceas, o rex, rebus ecclesiasticis, neque episcopis in hoc genere praecipe, sed ea potius ab illis disce &c.*

Digitized by Google

tibi, pro officio & eximia mea erga te observantia, his literis significandum putavi, simulque de tuo honore Dei ecclesiae, virtuti, bonis artibus, tibi ipsi gratulandum; cui tametsi ad dignitatem, quae summa erat, nihil poterat accedere, tamen ad facultatem diffundendi latius praestantissimas virtutes tuas, vel in his rerum difficultatibus, & angustiis actionum, multum accessisse, intelligo. quod ut valens & vigens diutissime facere possis, exopto, & assidue precor. Roma. idibus martii. M. D. LXI. (c)

(c) Pulcerrimae huic Pogiani epistolae rescripsit Hosius litteris, quae inter ejus epistolas editas num. 53. his verbis perscriptæ leguntur: *Gavisum esse te, quod in cardinalium ordinem sum cooptatus, tanto minus mihi dubium est, quanto studium in me tuum certius mihi exploratum habeo. sed, quod pace tua dictum esse velim, Faërni nostri Latinique judicium magis probo: quorum alter ne literam quidem unam scribendam esse duxit, qua mihi novum honorem hunc gratularetur, alter ingenue scripsit, neque licere neque libere sibi mihi gratulari. putas autem tu, minus istos esse mei studiosos, quam te? erras, si id existimas. quamvis enim amari me abs te, scio, non minus tamen ab illis amari me, certo scio. sed rectissime judicarunt. illi, causae nihil esse, cur mihi gratularentur, quod gravius humeris meis jugum est impositum, quam cui ferendo esse queam. quid enim ex hoc onere potius, quam honore, mihi mandato, pervenit ad me, praeter curas, sollicitudines, labores, vigilias, sumptus majores, quam quos queam sustinere, tum pericula multo gravissima? quod cum prudenter ab illis animadversum esset, pro sua in me non mediocri benevolentia, dolorem illum suum impartiendum mihi potius esse putaverunt, quam ut laetitiam aliquam prae se ferrent; & expecto a Faërno nostro literas, quibus me consoletur simul, ac ad labores istos ac molestias, ad quas per vicarium suum Christus me vocavit, forti animo perferendas cohortetur. hoc si tu, perinde ut illi, tecum accuratius expendisses, non dubito, qui tuus est amor in me, quin stilum vertisses, & pro gratulatione consolationem ad me scripsisses. quod si facere te jam pudor prohibet, saltem hoc abs te fieri velim, Deum ut preceris, ad quos labores perferendos, ad quae pericula adeunda me vocavit, ut fortem animum suppeditet, ac vires conferat, quae sustinendis illis pares esse queant; quo possit ex curis, vigiliis, laboribus nostris, quos ferre non recusamus, fructus tamen aliquis ad ecclesiam Dei redundare. nihil est, quod hoc tempore mihi gratius facere queas. vicissim a me ea expectes omnia licebit, quaecumque recte possis ab eo, quem amantissimum esse tui scis, expectare. non fallam opinionem de me tuam. feceris autem mihi multo gratissimum, si, quoties occasio dabitur, hero tuo illustriss. quem ego unice observo, me diligenter commendaveris.*

Quod initio hujus epistolae Hosius de Faërno Latinioque dicit, id ex binis ipsius Latinii ad Hosium litteris planius intelligitur: quarum in alteris, nonis martii 1561. datis, *Non licuit*, inquit, *mihi Kalendis per alias occupationes gratulari tibi pluribus honorem cardinalatus. nunc vero, ut me penitus indicem, nec libet quidem. major enim est virtus tua, majora etiam sunt merita, quorum causa ego te semper plurimi faciendum suspiciendumque judicavi, quam iste vestium splendor, quem tu vere illustras tuis egregiis virtutibus, & supra modum consue-*

consuetudinemque multorum ornas. hoc ego tibi, quod proprium tuum est, vehementer gratulor. In alteris autem, datis 24. maji ejusdem anni, *Faërnus*, inquit, *cui ego epistolam tuam legendam miseram, adscripseramque, si quid suo nomine vellet, me tibi respondere, ut me certiorem faceret, ita ad me rescripsit: „ Potes adscribere salutem meis verbis, & ei dicere, ne miretur, quod ad eum non scripserim gratulatorias: non enim me unquam solere cuiquam ob talia gratulari. si quid haberem aliud, quod scriberem, libenter sane facturum; sed nihil esse, ut nunc se res habent. Vale.* „ Haec ille ad me *totidem verbis.*

X X.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

15. mar. 1561. *Quod publice a Pio IV. Viennam missos, Canobium praesertim, humaniter atque amice tractarit, gratias agit.*

QUod eos, qui hinc ad vos publice mittuntur, humaniter accipis, magnum id est argumentum pietatis tuae in sanctam hanc sedem. quae mihi perpetua & singularis tua virtus diu perspecta, caeteris etiam hic, partim pro tua claritate, partim me ejus praedicatore, notissima est. quod vero Canobium (*a*) complexus es, id non solum declarat probitatem suavitatemque naturae ac morum tuorum, sed etiam summam ingenii vim, qui, quantum cuique tribuendum sit, optime noris. fecisti vero mihi gratissimum, dedistique tuae in me benevolentiae signum non obscurum, cum te illum sic coluisse ad me scribas, quem a me valde amari, intelligis. quanquam amor tuus ex omnibus partibus in eo sese ostendit, quod, cum nihil novi esset, quod scriberes, id, quod mihi novum non esset, sed tamen jucundissimum, ad me scribere voluisti. quod (*b*) idem si tibi contingit, tametsi te a me unice diligi non ignoras, tamen idipsum, cum nihil praeterea sit, ita esse scribendum putavi. Vale. Roma. idibus martii. M. D. LXI.

XXI.

(*a*) Joannes Franciscus Canobius, a Pio IV. Viennam missus, pontificium sacri gladii munus Ferdinando caesari detulerat. Vide epist. *Puto velle* d. 1. febr. 1561. Viennae fuerat a Cromero valde humaniter liberaliterque tractatus: ubi tamen pauculos eum dies constitisse necesse est; quem, Roma profectum ineunte februario, Romam die 12. martii jam reversum ex Putei ad Hosium litteris, idibus ejusdem martii datis, intelligimus.

(*b*) Haec est hujus loci sententia: Si tibi idem, quod mihi, contingit, ut nimirum jucunda accidant etiam ea, quae non nova ab amicis scribuntur, illud ipsum ad te scribam, quod tibi certe novum non est, te a me unice diligi.

Digitized by Google

XXI.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Quo die cardinalis factus sit Hosius, eumdem sibi natalem esse. 15. mar. 1561.

CUM eumdem esse comperissem & meum & cardinalatus tui natalem diem (a), quanquam cumulatum per se videbatur gaudium, quo ex eo (b) affectus eram, tamen multum ea re etiam ad ipsum nescio quomodo visum est accessisse. quamobrem erit mihi posthac is illustrior dies, quem (quantum tamen christiano homini & cardinali licuerit) majori laetitia ac celebritate tua causa agere constitui. divinam vero illam fuisse opportunitatem, & in ea temporis conjunctione mihi divinitus quandam adjunctam esse fortunam, existimo. quod tanti equidem facio, ut, quod antea propter nimiam animi voluptatem non attenderam, hanc quoque summam laetitiae meae causam, quam utrique nostrum felicem exopto, tibi significandam duxerim. utinam plures & majores in dies singulos utrique laetandi causae nascantur! Vale. Romae. idibus martii. M. D. LXI.

(a) Nempe vicesimum sextum februarii.

(b) Nimirum ex cardinalatu tuo.

XXII.

Otho Truchses Card. Augustanus Maximiliano Regi.

Pro bononiensium quadragintaviratu, Camillo Voltio deferendo, enixe contendit.

IN magni beneficii loco ponere soleo facultatem, quaecunque mihi offertur, scribendi aliquid ad te. eodem enim tempore video, mihi dari locum tibi deferendi singulare studium & observantiam meam, quam ut tibi in re aliqua egregia navarem, quod summopere semper cupii, quia adhuc non contigit, incredibile est, quam hujus officii & cupiditatis professione delecter. cujus animi & voluntatis meae quia maxime conscii sunt Hercules & Franciscus Gonzagae (a), clarissimi principes & cardinales amplissimi, quos ego & amo & colo, ideo factum

(a) Gonzaga exempl.

factum est, ut ad id, quod a te impetrare vehementer cupiunt, sperent sibi adjumento fore commendatitias literas meas. Res haec est. petierunt iidem illi cardinales ornatissimi, ac Caesar, Francisci frater, princeps lectissimus, multis ante mensibus & a pontifice max. & a Borromaeo cardinale primum quenque vacuum bononiensium quadragintaviratum (*b*) Camillo Voltio bononiensi, homini nobili, & amico & familiari suo; quibus de eo uterque est benigne pollicitus. sed postea cognitum est, te ad petitionem ejus honoris Marcum Antonium Voltium, Camilli propinquum, tum pontifici max. tum Borromaeo cardinali commendasse. quae res tres Gonzagas principes de Camillo valde sollicitos habet; praesertim cum in illo quadragintavirali honore non sit duobus ex eadem familia locus, &, promissum ac receptum si intervertatur, existimationem suam violari intelligant. quam ob rem te rogo & oro, ut, quando non id agitur, ut is honor eorum alteri, non etiam alteri detur, sed ut Camillo ademptus alii (*c*) cuipiam deferatur, tum ad pontificem max. tum ad Borromaeum cardinalem literas dare velis, quibus aeque gratum tibi (*d*) fore ostendas, si alteruter de illis quadragintavir Bononiae fiat. erit id plane regium.. tueberis enim eo facto rei aequitatem, consules fidei pontificis max. & Borromaei cardinalis, gratificaberis praeterea duobus cardinalibus praestantissimis, atque adeo Gonzagae familiae, quae tota tibi dedita est & addicta: Camillum vero ipsum & Voltios omnes tibi devincies memoria beneficii sempiterna. de me quidem certe ita mereberis, ut tibi hac de re sim habiturus maximam gratiam. agerem tecum & pluribus & vehementius, nisi summae tuae justitiae & prudentiae & benignitati confiderem; quem, honesta hac postulatione cognita, cum te tam multas gratias ea re inire intelliges, non dubito, exigua rei significatione contentum fore: cui incolumitatem & felicitatem precor. (*e*)

XXIII.

(*b*) *quadragintiviratum* & infra *quadragintivirali*&*quadragintivir* exempl. quorum tertium Gratianus emendavit.

(*c*) *alio* exempl. Emendavi.

(*d*) *sibi* exempl. Emendavi.

(*e*) Collocata haec erat in exempl. epistola post litteras, eidem Maximiliano datas die 24. jul. 1563. quam unam ob causam, quum mihi ejus datae certum tempus non constaret, neque facile constare posse videretur, quumque ad alia properarem, illam post eum ejus anni diem recensueram. sed, quum postea animadvertissem, Herculem Gonzagam cardinalem, de quo tanquam adhuc vivente in ea agitur, vivere Tridenti desiisse die 2. martii ejusdem anni, ab aestate ad hiemem retrahendam putavi, eamque inter datas mense januario reposueram, ab anno tamen 1563. non recedens. at ejus deinde sententia ac verbis diligentius consi-

consideratis, ne in anno quidem acquievi. nam, si eo anno scripta est, videtur aliquid significandum in ea fuisse de legatione tridentina, quam tum Hercules non modo cardinalis, sed cardinalis legatus obibat. quae ratio si valet, ne data quidem est post diem 16.apr. an.1561. quo die primum legationem illam obire Hercules coeperat. ante diem autem 26. februarii ejusdem anni 1561. Franciscus Gonzaga, qui cardinalis in hac epistola nuncupatur, renunciatus cardinalis nondum fuerat. relinquitur ergo, ut scripta sit eo temporis intervallo, quod inter diem 26. febr. & 16.apr. ejus anni intercessit. Hanc ego conjecturam, nescio quam probabilem, immo vero valde meo ipsius judicio infirmam, sequutus, quum nulla tamen firmior, quae me aliò duceret, offerretur, idibus martiis hanc epistolam assignavi.

XXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Pium IV. in Hosio honorando, usitatis significationibus contentum esse non posse. 22.mar. 1561.

PIus pontifex vix in amplitudine tua singulari cardinalatu (*a*) contentus fuit; cui quoniam duplicem eum honorem mittere (*b*) non potest, mittendis honoris insignibus, rem novo quodam more duplicavit. nam utrunque capitis ornamentum qui afferrent, duos esse voluit, neque eodem tempore; cum unus, praesertim tam longe vadens, veteri etiam instituto isto officio fungi posset (*c*). sed tua singularis virtus non sinit, pontificem max. servare consuetudinem reliquorum: munus ornare vult hoc praeterea genere splendoris. reliqua liberalitas, qua amplitudinem istam tueri possis, facile consequetur. nolet enim is, te, cum superior sis honoris tum gradu tum gloria caeteris, facultatibus inferiorem esse. quod & perhonorifico sermone de te, & rebus omnibus, quae in specie positae sunt, facturum se, ostendit. quibus equidem cum praesentibus signis

(*a*) Rescius in Hosii vita lib.II. c.1. *Dum Hosius*, inquit, *apud caesarem pro ecclesiae Dei incolumitate, pontifex in urbe pro Hosii dignitate laborabat. nam .... sanctae rom. ecclesiae cardinalem pronunciavit, & per duos suos cubicularios Strasoldum & Fidelem dignitatis insignia, rubeum biretum & capellum, Viennam usque transmisit.* Ait igitur Truchsesius, missione hac duorum, quorum alter biretum, alter galerum, cardinalatus insignia, Hosio deferret, videri quodammodo voluisse pontificem max. non unum, sed duplicem cardinalatum Hosio conferre.

(*b*) Vocem *mittere*, quae aberat ab exempl. addidit sua manu Gratianus; qui mallem *conferre* addidisset.

(*c*) *possit* exempl.

d signis (*d*), tum speratis rebus quia incredibiliter gaudeo, facere non possum, quin gaudii hujus mei tibi significationem e aliquam dem his literis, quas ei (*e*) proficiscenti dedi, qui tibi cardinalitium galerum afferet. Sed eone processit hominum impietas, ut mulieres etiam istic de sacris divinisque rebus scholas impune habeant? quarum impudentiae nisi occurritur, nihil jam in quoquam sinceri reliquum est. at vereor, ne in illud devenerimus tempus extremum. Vale. Roma. XI. Kal. apri- f lis. M. D. LXI. (*f*)

(*d*) Mendi notam contra hunc locum adscripsit in exempl. Gratianus. & suberat certe mendum. namque ita legebatur: *signis, tum separatis signis, tum separatis rebus*. nos ita corrigi posse locum putavimus, quemadmodum edi jussimus.

(*e*) Soldonerio Strasoldio. Vide sequentem epistolam. Rediit autem ex hac viennensi expeditione Romam Strasoldius die 17. maji. 1561. Vide in *Tabul. eccl. rom.* Borromaei ad Hosium litteras, eodem die datas.

(*f*) 1562. exempl. Emendavi sane manifestum per se mendum, codicis etiam vatic. auctoritatem sequutus.

XXIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

21. mar. 1561. *Strasoldium, cardinalitium galerum Hosio deferentem; commendat.*

SOldonerius Strasoldius, forojuliensis, juvenis in primis nobilis, & literis ac moribus ornatus, est a cubiculo sanctissimi domini nostri; cujus jussu cardinalitium galerum affert Hosio cardinali, apud te legato. is multo libentius hoc iter ac negotium suscipit, quod sperat, sibi datum iri facultatem deferendi ac profitendi tibi singulare studium, cultum & observantiam, quam sibi tanquam haereditario jure majores sui reliquerunt. cui etsi pro admirabili tua benignitate aditum ad te facilem fore, intelligo, tamen his etiam literis dandum putavi testimonium veritati, ipsumque juvenem egregium, tibi maxime addictum, quam maxime possum, eidem tibi commendandum. cui ut omnia ex sententia succedant, Deum precor, meamque perpetuam & eximiam observantiam defero. Romae. XI. Kal. aprilis. M. D. LXI.

XXV.

XXV.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Cromeri ad se litteras laudat: sed quaedam, ab eo in illis dissimulata, desiderat. 22. mart. 1561.

QUam multa quam paucis! singulis verbis, singula paene mysteria! caetera de Moscho; quem quidem, distractum nova molestia, spero vobis futurum minus molestum. Silentium tuum de nobis laudare non possum. si enim tibi non probantur actiones nostrae, vel quoniam potius non probantur, quid taces? indulgentia tua erratum adjuvas nostrum, &, dum vereris, ne nos offendas, ut inquis, nimium delicatos, non mones, quae utilia, quae salutaria putes. & quidem sumus ii, qui & de justa reprehensione gratiam habeamus, & de inani criminatione non laboremus. tua certe nobis & pietas nota est, nec ignota prudentia; ut neque recta improbare possis, neque prava dissimulare velis. Secundae res (*a*), unde scribis nostras esse delitias, aut non sunt, aut, si aliqua ex parte sunt, istinc (*b*) maxime perturbantur. omnino nos nec in falsa periculi denunciatione timidi, nec in vera taciti erimus; ut amyclaeum (*c*) casum non extimescamus. Vale. Roma. XI. Kal. aprilis. M. D. LXI.

(*a*) Contra hunc versum mendi notam adscripsit Gratianus.

(*b*) ex Germania.

(*c*) Loci hujus sententia satis intelligetur ex Ludovici de la Cerda adnotatione in illum Virgilii versum 564. lib.X. aeneidos, *& tacitis regnavit Amyclis*. Ait autem: *Dictae Amyclae* TACITAE ... *quia, cum saepe falsus nuntius afferretur de adventantibus hostibus, cautum lege est, ne quis terrores afferret. accidit tamen aliquando, ut vere hostes venirent, &, nuntiante nemine, caperetur civitas ... Lucilius*, MIHI NECESSE EST LOQUI, NAM SCIO AMYCLAS TACENDO PERISSE. *Silius quoque* QUASQUE EVERTERE SILENTIA, AMYCLAS. *Hoc etiam Catullus attigit; & alludunt omnes ad adagium*, τὰς ἀμύκλας ἡ σιγὴ ἀπώλεσε: *silentium Amyclas perdidit*.

XXVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Ferdinando electo Rom. Imperatori.

2. apr. 1561. *Canobium, iterum Viennam jussu pontificis max. proficiscentem, commendat, & caesarem ad legatos suos Tridentum celeriter mittendos, hortatur.*

JOannis Francisci Canobii, viri ornatissimi, ea est erga te observantia tuosque omnes, ea praedicatio virtutum tuarum, ut, si saepissime istuc proficiscatur, semper hujus rei novum aliquod tibi testimonium dare possim. quare, cum virum hunc egregium, praeter caetera ejus ornamenta, valde diligam, magnus tamen accedit cumulus singularis ipsius tum animi in te, tum summae cujusdam & assiduae commemorationis laudum tuarum. itaque ipsum, Viennam iterum (a) pontificis missu nunc euntem, ita tibi commendandum putavi his literis, ut hominem, qui te & familiam amplissimam tuam, quam qui maxime, colat & veneretur. Quoniam vero me incredibilis quaedam aviditas tenet (b) tuae dignitatis & gloriae, propterea cogor officio & pietate erga te mea orare & obsecrare, ut communi bonorum cupiditati & expectationi in eo satisfacias, ut legatos tuos (c), a quibus hic, omnium prope sententia (d), reliquorum regum & principum pendent legationes, proficisci jubeas. cujus equidem rei non secus ac caeterarum, quae

(a) *Iterum* dicit, quia Canobius semel jam Viennam profectus proxime fuerat, ut pontificium sacri gladii munus ipsi Ferdinando imper. deferret. Vide epist. *Puto velle* d.1. febr. 1561. & epist. *Quod eos* d.15. mart. Eodem nunc proficiscebatur ea de causa, quam card. Borromaeus litteris, ad Hosium die 23. mart. datis, commemorat: *Et quia*, inquit, *Canobius, qui deferet serenissimae Bohemiae reginae rosam benedictam in dominica* LAETARE, *cito ad vos redibit .... nihil nunc aliud dicam*. De eodem Canobii mandato agit in sequenti epistola Truchsesius.

(b) *tenet in te dignitatis &c.* exempl. Gratianus mendosum esse locum vidit, sed, ubi mendum esset, non vidit. itaque pro *tenet* substituit *terret*. in quo quid sibi voluerit, equidem non video. nos, pro *in te* reponentes *tuae*, mendum fortasse sustulimus.

(c) Ad concilium oecumenicum, Tridenti habendum. Eamdem rem Viennae apud eumdem Ferdinandum urgebat eodem tempore Hosius: ut ipsemet ad Pflugium litteris, 27. mart. datis, scribit: *De quo* (concilio) *ago saepe cum caesarea majestate, ac, ut suos ad illud oratores designet, urgeo. quod se brevi facturum, pollicetur.*

(d) *sententiam* exempl. Gratianus emendavit.

Digitized by Google

quae Dei ecclesiae sunt utiles ac salutares, te principem & auctorem omnibus fore, polliceor; cui perpetuum studium & observantiam meam deferens, felicitatem & salutem precor. Romae. IIII. non. aprilis. M. D. LXI.

XXVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Eumdem Canobium commendat. 2. apr. 1561.

ETSI uberiores ac certiores a te literas expectabam, quae communem bonorum laetitiam, meumque eximium gaudium in tuo honore (*a*) cumularent, e quibus etiam mihi scribendi aliquod argumentum nasceretur, tamen, redeunte (*b*) ad vos Joanne Francisco Canobio, viro lectissimo & utriusque nostrum amantissimo, virtutum vero tuarum praecone acerrimo, tribus his versiculis te salutandum, tibique Canobium ipsum commendandum duxi. non erit injucunda jucundissimi hominis vel non necessaria commendatio. defert is sacrum rosae munus (*c*), pontificis missu, ad Bohemiae reginam; quo munere,

Kk 2

(*a*) Cardinalatum, Hosio die 26. febr. proxime delatum, significat.

(*b*) De eodem Canobio in proxima epistola Truchsesius dixerat, *Viennam iterum pontificis missu nunc euntem*. Sed profectionem aliquamdiu distulit; id quod ex inferius afferendis intelligetur.

(*c*) Non hoc unum deferendi sacrum rosae munus ad Bohemiae reginam mandatum, sed alia etiam habuisse Canobium, ex sequentibus litterarum particulis discimus. Puteus regi Poloniae 6. apr. 1561. *Cum summus*, inquit, *pontifex ad majestatem tuam mittat R. Bartholomaeum* (fortasse corrigendum est *Joannem Franciscum*) *Canobium, virum singulari probitate, magno rerum gerendarum usu, summaque industria praeditum, nolui committere, ut is sine meo testimonio virtutis suae proficiscatur*. Borromaeus Hosio 16. apr. 1561. *Expeditio*, inquit, *Canobii usque in hunc diem dilata est .... Haec mihi dicenda sese offerunt: sanctissimum dominum nostrum, licet Canobium aptum huic provinciae profectionis in Moscoviam judicaret, voluisse tamen etiam considerationem habere reverendi episcopi Delphini, qui forte ad hanc rem potior est; idcircoque singulas expeditiones fieri jussit in utriusque personam. quae nunc omnia per ipsummet Canobium ad te deferuntur; ut tu ipse imperatorem adeas, cumque ejus consilio statuas, utrum eorum mittere expediat. quod enim tu sic statueris, id omne jam nunc approbat sanctitas sua. neve haec profectio amplius differatur, mittuntur pariter ad te per viam Venetiarum mille scutati aurei in viaticum, quos ei, qui in Moscoviam proficiscetur, dabis .... Putabamus, pro itinere in Moscoviam satis esse mille aureos. sed, cum illud iter & longum sit & angustiis plenum, sanctitas sua voluit mittere literas cambii duorum millium aureorum. ut,*

Digitized by Google

nere, propter ipsius reginae suavissimum virtutis ac religionis longe lateque fragrantem odorem, nihil a pontifice quidem max. aptius aut accommodatius mitti potuit. Vale. (*d*)

ut, si dominationi vestrae reverendiss. quae illius regionis instructa est, videbitur, dandos esse nuntio, illuc profecturo, ultra mille aureos, vel integram summam duorum millium, possit hoc facere...... Si reverendus Pharensis (Delphinius) *nondum Viennam reversus erit, vult sanctiss. dominus noster, quod dominatio vestra reverendiss. non expectato illius reditu, curet expeditionem Canobii in Moscoviam. Si vero Pharensis redierit, & ei contingat haec profectio, dominatio vestra reverendiss. retinebit apud se ipsum Canobium, cujus opera utetur in negotiis sanctitatis suae usque ad reditum Pharensis ex Moscovia.* Reliqua, ad has Canobii expeditiones pertinentia, vide apud Pallavicinium eodem, quem supra indicavimus, loco.

(*d*) Nulla temporis, quo data est haec epistola, adscribitur in exemplari nota. sed, eam ad superioris epistolae tempus pertinere, nemo non videt.

XXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

12. apr. 1561.

Ne diutius cardinalatus insignia adhibere differat, bortatur.

CUM tua virtus eximia semper fuerit in promerendo, tibi ut omnes honores deberentur, nullum autem in petendis, ne in cupiendis quidem, honoribus signum unquam ambitionis extiterit, profecto, quae tua est prudentia, cum, summa omnium ordinum laetitia, isto dignitatis gradu affectus sis, noles committere, ut pontificis max. singulare de te judicium contemnere (*a*) videare; praesertim cum, ista regiae offensionis

(*a*) Cardinalatum ejusque honoris insignia diu perstitit repudiare Hosius atque rejicere. de qua re audiendus ejus *Vitae* scriptor Rescius lib.II.cap.I. *Pontifex... cardinalem pronunciavit, & per duos suos cubicularios, Strasoldum & Fidelem dignitatis insignia, rubeum biretum & capellum, Viennam usque transmisit. Hosius autem accepta hujus rei significatione.... nobis omnibus ex intimo cubiculo exclusis, prostratus in terram ante Christi crucifixi simulacbrum, prope unam boram lacrymabundus orabat, ut ea consilia in animum dominus suggereret, quae sciret ad gloriam suam, & ecclesiae suae sanctae propagationem pertinere. per hospitalia quoque pauperum, & monasteria religiosorum largiores eleemosynas distribuit, & reliquorum piorum orationibus se rationesque suas diligentissime commendavit. quamobrem per unum fere mensem, nequicquam instantibus pontificis cubiculariis, quid sibi faciendum esset deliberabat. quam ejus cunctationem cum cognovisset Ferdinandus imperator, misit e vestigio Georgium Drascovitium, tum episcopum quin-*

nis cautione (*b*) adhibenda, ſatis, puto, officio, ſatis epiſcopalibus tuis rationibus conſulueris. quare, meo judicio, bene maturum erit honorem iſtum praeteferre, &, qui re ipſa ſis cardinalis, eum te palam veſtitu & oratione profiteri. quod non modo aequo rege tuo (niſi ille me fallit), ſed etiam libentiſſimo feceris. quod ſi etiam ſecus acciderit, major tamen ſit ducenda ratio voluntatis pontificis max. quam epiſcopalium commodorum; ejuſque potior & gravior habenda ſit auctoritas, qui illius eſt vicarius, prae cujus juſſu & comitatu, renunciatis iis, quae tum habebant, fortunae bonis, apoſtoli, omnique rerum poſſeſſione & cupiditate abjecta, Chriſto ſe dediderunt. neque vero, ut nihil in Polonia ſuccedat (*c*) ex ſententia, defutura tibi ſunt ſubſidia cardinalatus, id enim non ſolum curae fuerit ipſi pontifici, ſed illis praeterea omnibus, quibus te collega multum acceſſit ad dignitatem; qui (mihi crede) libenter tecum ſuas communicabunt facultates: cujus equidem officii voluntatem & alacritatem concedam nemini. quanquam, quemadmodum mihi quidem videtur, cardinalitium gra-

quinqueccleſienſem, nunc colocenſem archiepiſcopum & S. R. E. cardinalem, virum inſigni in Deum pietate, & optimis conſiliis abundantem, qui ſuae majeſtatis verbis ad oblatam dignitatem ſuſcipiendam admoneret, ac ut moras omnes praecideret, ſeque ad obtemperandum ejus voluntati compararet, cui ut obtemperaret orbis chriſtianus, tantopere laborabat. quod cum nihilominus facere recuſaret Hoſius, coram etiam his verbis pius imperator admonuit: „ Scio, tibi mandatum eſſe in virtute ſanctae obedientiae, ut oblatam a pontifice cardinalatus dignitatem accipias. an tu non es filius obedientiae? an eandem a nobis non ſemper exigis? quid igitur? num etiam, utrum pontifici obedire debeat, Hoſius dubitabit? „ Ex ipſa quoque urbe Roma novae litterae, nova ſubinde mandata mittebantur, ut, nulla mora interpoſita, praeciſa omni dubitatione, Chriſti vicarii voluntati obediret. Idem ab illo plerique Germaniae principes, idem regum oratores, & conſilii caeſarei ſenatores contendebant. Idem ut faceret, ex ipſa quoque Polonia tum rex ipſe Sigiſmundus, tum epiſcopi, tum reliqui conſiliarii per litteras urgere monereque non ceſſabant. quorum tandem ſententias ſecutus Hoſius . . . cum hanc etiam vocationem eſſe plane divinam judicaret, poſt multas lacrymas & intima ſuſpiria, manus ad extremum dedit, humeroſque ſubmiſit oneri, ac poſt oblatum miſſae ſacrificium, eo ipſo die, quo Gabriel archangelus laetiſſimum ſanctiſſimae virgini nuntium attulit, futurum, ut conciperet & pareret ſalvatorem, invocato Dei nomine, ex manibus archiepiſcopi ſtrigonienſis inſignia cardinalatus accepit. &c.

(*b*) Videtur Hoſius, ſive quo ſibi ſuique epiſcopatus rationibus caveret, ſive quo moram cardinalatui admittendo quaereret, Sigiſmundi, Poloniae regis, ſententiam ac voluntatem explorare ante atque cognoſcere, miſſis ad eum litteris ac fortaſſe etiam aliquo certo homine, voluiſſe.

(*c*) Hoc eſt, etiamſi & regis animus facto iſto tuo offendatur, & epiſcopatus tui reditus atque proventus per eum interverſi ad alios transferantur.

gradum quidam tuentur minori vectigali, quam plerique existiment; &, quod ad necessariam impensam attinet, non tan-
d tum in re est, quam (*d*) quanta fortasse est opinio multorum. quare nihil jam tibi moram afferre debet, quo minus te pro cardinale geras. cunctatio quidem adhuc tua prudentiae laudem habet, quam ego & ex tuis literis, & antea sine illis, probavi omnibus; praesertim multorum, qui in simili causa fue-
e runt, exemplis, proxime autem cardinalis atrebatensis (*e*). in
f eadem sententia (*f*) est vir optimus ac prudentissimus, tuique amantissimus, Puteus cardinalis; cui etiam id, quod & mihi, videtur, ut, quae pecunia a te petitur cardinalatus tui nomine, eam neque tantam, neque praesentem solvere debeas; tantum ut petitoribus benigne respondeas, & eos spe ducas, dum tibi suppeditet facultas, & dum hic adsis. hoc & ratio postulat, & fert romanus mos. illorum quidem certe, ut aliquid habeat aequitatis (quando ita a consuetudine est impetratum), & praepropera interdum & impudens petitio est. Quem in
g eos (*g*), qui tibi cardinalatus insignia attulerunt, sumptum fecisse diceris, is liberalitatis tuae fuit, non etiam necessitatis. totum enim id negotium est fisci pontificii. Sed pluribus fortasse tecum egi, quam res ipsa requirat: quod tamen & hortatu tuo feci, & abundantia quadam amoris in te mei. Vale. Romae. prid. id. aprilis. M. D. LXI.

XXIX.

(*d*) Supervacanea mihi videtur haec vocula *quam*. Quod si proxime, pro *non tantum* Pogianus scripsisset *minus*, supervacanea non videretur.)

(*e*) Is erat Antonius Perenottus, a Granvella, avito principatu, Granvellanus appellatus, cardinalis eodem, quo Hosius die, a Pio IV. dictus: qui fortasse, item ut Hosius, ab eo honore capessendo abstinuerat, quoad de Philippi II. Hispaniarum regis, cujus in Belgio negocia potestate propemodum regia procurabat, voluntate cognovisset.

(*f*) Sententiam suam Puteus litteris, ad Hosium ipsum die 29. martii datis, his verbis aperuerat: *Quod attinet ad eam animi suspensionem, qua video te necessario plurimum laborare, scito, me non mediocriter etiam perturbari; non quia tibi non censeam certum esse oportere, ut oblata & missa ad te tanti honoris ornamenta statim cum summa grati animi tui significatione recipias, sed quia nonnihil verear (ut sunt & ipsa per se tempora, & hominum etiam voluntates in malum inclinatiores), ne quid tibi molestiae exhibeatur ab improbis .... sed censeo tibi omnia constantissime perferenda, sperandumque, propediem serenissimi regis tui adsensum honori tuo magnum decus additurum.*

(*g*) Strasoldium & Fidelem. Vide epist. *Pius pontifex* d. 22. mart. 1561.

XXIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Rationem nummariam expeditam Hosio fore. Instituendo concilio tridentino moram non a summo pontifice, sed a regibus, afferri. 26. apr. 1561.

QUae mea sententia esset, quae item Putei cardinalis, collegae tui, de honoraria pecunia, quae tum Romae, tum istic a te peteretur, scripsi proxima epistola. De menstruo stipendio aureorum quingentorum novae legationis tuae decretum jam esse, mihi dixit Borromaeus cardinalis. scio, majori tibi subsidio opus esse. sed, quod dant, accipiendum est, & majora in dies speranda. vident enim, quid postulent necessarii sumptus istius muneris, quid liberalitas tua: quantum vero tibi debeatur, optime intelligunt; cum, vel tacente te, clamet virtus tua singularis, & actiones reip. salutares. Concilio hic nulla mora (a) affertur; nec quicquam pontifici est antiquius, quam ut res instituatur; idque uti fiat primo quoque tempore, laborat. verum omnem sustentationis causam sustinent caeteri; quorum nemo mihi videtur a se fieri velle initium mittendi Tridentum, sed alius alium expectat, qui sit hujus princeps missionis: & ea ratione quisque suam excusat tarditatem. Hispani sunt in expectatione; quibus profectis, vel omnis, puto, nodus erit expeditus, vel, in quibus culpa sit, apparebit. quanquam jam apparet. sed erit ita clarum, ut nullam res habeat excusationem. pontificis max. voluntas aut ratio nemini non iniquo dubia esse potest. Vale. Romae. VI. Kal. maji. M. D. LXI.

XXX.

(a) Borromaeus Hosio die 17. maji 1561. Hi, inquit, *rumores, qui istic sparguntur, quod sanctiss. dominus noster nullos mittat ad concilium episcopos, imo eos, quos jam miserit, revocet, mera mendacia sunt. etenim, ultra duos legatos, aliquotque praelatos, qui jam Tridenti sunt, non cessat & alios mittere, etiam universos, qui residui sunt, missurus, siquidem videret alios principes movere saltem incipere aliquot ex suis... Quod si necdum missi sunt ex Gallia neque oratores neque praelati Tridentum, scias, hoc non procedere a nobis. nuntius enim noster scribit, dominos illos gallos statuisse, nolle se esse primos, sed nec passuros, ut aliqui alii praeter eos sint secundi; atque hoc tantum expectare, ut aut imperator aut rex catholicus incipiat:*

XXX.

Julius Pogianus Thomae Aldobrandino.

26. apr. 1561.

Ejus se epistola valde delectatum, quem nihil jam in urbe delectet.

a LEgebat mihi in cubiculo meo Tectius (*a*) noster tuas literas, in quibus erat, te epistolam ad me dedisse; quam cum jam avide expectarem, nec scirem unde peterem, opportune, nondum illis lectis ad Tectium literis, redditur mihi epistola a puero tabellariorum magistri. ergo eam & ex tuis literis (*b*), & ut illi ipsi idem reponerem, qui mecum omnia & a
b
te & de te absente communicare solet, impertivi Tectio. fuit utrique jucundissima tum vacuitas molestiae tuae, tum peregrinationis quies ista patavina, tum vero maxime consuetudo & familiaritas cum iis, quos scribis. qua in re paulululm invideo tibi; &, nisi sperem appropinquare adventum tuum, modo (*c*)
c
mihi sit in vestra sodalitate locus, libenter accurram. nihil enim jam me urbs, nihil delectat urbanum; domestica vero multo minus opima sunt, quam videbantur. quibus ego rebus tametsi nunquam pependi, tamen, cum quotidie magis extenuari videam spem, augeri molestiam meam, quid est, quod inutilem & injucundum scribendi laborem diutius urgeam? intelligo, quam haec putide scribantur, quorum mihi quoque est odiosa commemoratio. sed facio hortatu tuo. quanquam illa sunt mo-
d
lestiora, vagum esse te, Davanzathio (*d*) non esse facultatem
e
romanorum commodorum, Tectium egere. ὦ τλήμων (*e*) ἀρετή! At

(*a*) De Scipione Tectio hoc, vide epist. *In summa* d.21. dec. 1560.

(*b*) Hoc est, mandato tuo, quod mihi tuis illis litteris dabas, ut earum legendarum copiam Tectio quoque facerem.

(*c*) & exempl. pro quo reposui *modo*, id omnino sententia postulante. poterat fortasse retineri &, sed tum *si* continuo additum oportuit.

(*d*) De Francisco Davanzathio vide epist. *In summa* d.21. dec. 1560.

(*e*) Id est, O miseram virtutem! In exempl. πλήμων: quae vox nihil significat. reposui igitur τλήμων. Mirari fortasse subeat, cur Pogianus graeca verba, contra quam facere in aliis epistolis solitus sit (idque ex Ciceronis praecepto lib. 1. *offic.* sect. CXI.), in hac atque etiam in altera ad Aldobrandinium epistola inculcet. Nimirum ad hominem graecis litteris vehementer delectatum, magnoque iis opere deditum, scribebat. cujus studii argumento sunt *Laërtii Diogenis de vitis, dogmatis & apophthegmatis eorum, qui in philosophia claruerunt libri* X. *Thoma Aldobrandino interprete, cum adnotationibus ejusdem, Romae apud Aloysium Zannettum* 1594. editi. Hanc editio-

At Vaccaeus (*f*) ille semicappadox, non modo non est in ergastulo, sed otio diffluens ac beatus Romae regnat: cujus ego rictum & sesquipedales dentes quod septem ipsos menses non plus vidi, quam illam ex omnibus stupris & incestis susceptam e lintre latrantem pestem, minus jam mihi miser esse videor; in quos si incido, erumpet, mihi crede, aliquando nobis digna vox: *Quid vos hic rerum agitis, naturae prodigia, & labes studiorum? quid haeretis in domicilio humanitatis? pargate urbem, abite in malam rem, malumque cruciatum.* est enim id fastidium stomachi mei, ut hanc indignitatem tacitus ferre nullo modo possim. Tu vero, mi Aldobrandine, quid vereris, ne hac intermissione consuetudinis nostra conjunctio dirimatur? ἐὰν (*g*) δὲ χρόνιος ἡ ἀπουσία γένηται, ne id quidem fieri possit. est enim alius amicitiae fructus, quem capio tum ex recordatione praeteritae congressionis nostrae, tum ex spe futurae. praesentis desiderium voluptatis, qua, te absente, careo, lenio congressu & sermone viri optimi, & jucundissimi hominis Petri, fratris tui, apud quem, quia tecum non possum, tanquam cum altero te, prandeo interdum. sed jam te ipsum expectamus. quamobrem matura, ut haec una vel rideamus, vel doleamus. erit enim in familiari collocutione nostra vel hebetior dolor, vel voluptas jucundior. Vale. Roma. VI. Kal. maji. M. D. LXI.

editionem Petrus Aldobrandinius cardinalis, Clementis VIII. pont. max. fratris filius, curavit, & Philippo, Hispaniarum principi, dedicavit, hoc usus praefationis exordio: *Evolventi mihi, Philippe princeps serenissime, majorum meorum, qui generis nobilitatem omnibus liberalis doctrinae studiis augere semper conati sunt, scripta & monumenta, quam ego praecipuam & carissimam ab iis haereditatem accepi, obtulit sese inter caetera hic Laërtii Diogenis liber, quem innumeris antea mendis male habitum, nec satis feliciter versum, Thomas Aldobrandinus, patruus meus, vir in primis philosophiae ac ingenuarum disciplinarum cognitione praestans, collatis vetustis codicibus, accurate olim emendavit, purius fideliusque vertit in latinum, multisque adnotationibus illustravit.*

(*f*) *Vacceus* exempl. Sunt autem Vaccaei Hispaniae tarraconensis populi. Qui homines hoc loco a Pogiano designentur, ignorari a nobis certe ipse voluit.

(*g*) Id est, *Si vero diuturnior absentia fuerit.*

XXXI.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

26. apr. 1561.

De propinquo Hosii Vienna discessu maerentem consolatur.

a SUperioribus literis (*a*) nostris paene contrivimus omnia, quibus impendentia aut jam instantia reip. mala significari possent. silva maritimarum rerum, qua nulla est uberior ad scribendum in hoc genere, tota consumpta est. navem enim reipublicae, gubernatorem, rectores, remiges, commotas tempestates, fluctus ac procellas & turbines, caeli perturbationem, & quicquid ad publicorum temporum similitudinem sumi possit, positum est ab utroque nostrum, salvis tamen nobis omnibus. quare ad cavendum jam satis, ad timendum plus etiam fortasse, quam satis sit. caeterum quid praecipimus molestiam? quid nobis sollicitudinem struimus? ne desimus consilio aut ope nostra, ubi possumus: reliqua suggeret Deus; cujus benignitatem assiduis precibus elicere debemus. De cardinale varmiensi sapienter; qui tuum nationisque tuae, si quod potest esse incom-
b modum in ejus absentia (*b*), publico commodo compenses. quanquam nihil in eo tu, nihil Polonia tua damni faciet. primum enim utilitate ac dignitate reip. vestra quoque dignitas & utilitas continetur. deinde illi ipsi in reip. cura erit ista cura semper antiquior, qui suos eodem studio, majori certe facultate, quem antea, juvare poterit. ad vos denique tanti décoris illati in cardinalium collegium, quia a vobis est, magna ex parte laus redundabit. tu quidem certe neque antea tibi charissimum hominem, neque nunc vobis ereptum putabis. non enim est is Cromerus, qui amicitiae fructum amicorum praesentia & consuetudine metiatur. non magis aut tuus aut tecum fuerit iste vir amplissimus, cum ipsum Viennae vel in Polonia praesentem intuebere, quam cum Tridenti vel Romae omnium maxime reip. consulentem animo & cogitatione complectére. Vale. Roma. VI. Kal. maji. M. D. LXI

XXXII.

(*a*) Significat epistolam *Varie* d. 8. mart. 1561. in qua multis verbis maris ac navis allegoria tractatur.

(*b*) Discessurus erat Vienna quamprimum Hosius, & Tridenti diu, longe a Polonia, commoraturus.

XXXII.

Otho Truchses Card. Augustanus Duci Lotharingiae.

Epistola commendaticia.

5. maji 1561.

GAlesio Regardio, claro homini, pontificis max. domestico familiari, &, ob summam fidem & honorificam operam, quam illi praebuit multos jam annos, eidem charissimo, dedit ipse pontifex proxime vacuum beneficium monasterii S. Petri Montis, metensis dioecesis. ea conferendi beneficii potestas quin pontificis sit, nemini dubium esse debet; cum jam inde a Xisto, ejus nominis quarto, pontifice max. ad hanc diem semper a pontificibus collatum fuerit. quod quater jam factum esse, quae rerum illarum memoriam continent, pontificiae literae declarant. hoc nunc Galesii beneficium intervertisse dicuntur fratres, socii illius monasterii, & ad alium nescio quem transtulisse. qua in re est, magna juris injuria, nulla ratio habita pontificiae auctoritatis. quod cum omnibus christianis hominibus indignum est, tum in illa religiosa societate nullo modo ferendum. itaque hanc Galesii, praestantis viri, mihique amicissimi, causam justissimam ita tibi commendo, ut magis ex animo commendare non possim. adducor autem singulari quadam animi mei in te tuosque omnes propensione & observantia, id ut a te in magni beneficii loco petam, ut, illo, qui eam possessionem usurpavit, de alieno jure dejecto, Galesium beneficio eo, jure optimo a pontifice max. concesso, uti ac frui jubeas. magnam ea re laudem consequéris, magnam gratiam pontificis max. & summa amplissimi cujusque studia tibi conciliabis. de me quidem certe ita mereberis hoc in Galesium officio, ut ad animi mei cultum & perveterem observantiam erga te totamque domum tuam maximus sit cumulus accessurus, ipseque magnopere optaturus sim, ut mihi facultas detur eam gratiam, quam tibi habebo, non vulgari re aliqua referendi: cui studium & operam meam deferens, salutem & incolumitatem precor. Romae. V. non. maji. M. D. LXI.

XXXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Christiernae, Matri Ducis Lotharingiae.

3. maji 1561.

Idem argumentum.

EXimium studium & veterem observantiam erga te meam etiamsi sine meis literis tibi cognitam & perspectam esse intelligo, tamen mirabiliter laetor, mihi causam oblatam esse, in qua & illa eidem tibi in memoriam redigere, & jandiu intermissi officii mei significationem, hac literarum salutatione, & commendatione renovare possim. primum igitur, quod audio incolumem te & valentem esse, valde gaudeo, &, ut id tibi diuturnum & proprium (*a*) sit, Deum precor. deinde quid sit, quod mihi abs te necessario petendum est, quodque a tua benignitate vehementer impetrare cupiam, exponam. Sanctissimus dominus noster proxime beneficium, quod vacabat, monasterii sancti Petri Montis, metensis dioecesis, contulit in Galesium Regardium, virum ornatissimum, & intimum familiarem suum. conferendi jus pontificis max. esse, mos majorum, pontificum monimenta testantur; quibus (*b*), quater illud beneficium datum esse, constat. id monasterium nunc occupari ab altero, cognitum est, quem fratres, sodales ejus monasterii, in possessionem misisse dicuntur. id sodalibus fratribus committere contra auctoritatem pontificis max. contra veterem consuetudinem, omnino nefas fuit; praesertim cum res agatur ipsius Galesii Regardii, viri lectissimi, qui, propter summum quendam usum & cognitionem, quam habet juris beneficiorum, & in honore ac pretio est apud omnes, & amplissimo cuique gratus, & ipsi pontifici, apud quem multos annos vixit, charissimus. quare a te mirum in modum peto, ut eo, qui in monasterii possessionem irruisse dicitur, inde depulso, possessionem ipsam Galesio dandam cures, quo is isto, sibi a sanctissimo domino nostro,

(*a*) Pro hac voce Gratianus *perpetuum* emendavit, non satis, ut arbitror, acute. Cicero *pro lege Manilia* c.48. *Quod ut illi proprium ac perpetuum sit .... velle & optare debetis.* & *Post red. in sen.* c.8. *Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset.*

(*b*) Gratianus correxit *a quibus* sine causa. *quibus* enim ad *monimenta*, non ad *pontificum*, referendum est, hac sententia, *quibus monimentis constat, illud beneficium quater jam datum esse* a romanis nimirum pontificibus. Sic in superiore epistola, *Quod quater jam factum esse, quae rerum illarum memoriam continent, pontificiae literae declarant.*

Digitized by Google

ſtro, jure optimo, dato, munere libere frui poſſit. erit res te digna, & perilluſtri atque optimo duce, filio tuo. quo facto magnam ab ipſo pontifice max. gratiam inibitis. ipſum vero Galeſium, natura & animo veſtrum, apud pontificem max. gratioſum, vobis devincietis memoria beneficii ſempiterna. mihi certe ita gratum fuerit, ipſum ad ſuum jus pervenire, ut ea re maximo me a te munere affectum eſſe, ſim exiſtimaturus: cui felicitatem precatus, perpetuum ſtudium & obſervantiam meam profiteor. Romae, v. non. maji. M. D. LXI.

XXXIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Hoſii rationibus ſatis cautum eſſe litteris, in Poloniam ad regem aliosque a pontifice max. miſſis. De pecuniae ſubſidio. De Paullo Manutio, Romam ad imprimendos veteris ac novi teſtamenti libros arceſſito. 10. maji 1561.

Abſtulimus (*a*) literas a ſanctiſſimo domino noſtro & ad Poloniae regem (*b*), & ad archiepiſcopum gneſnenſem, & ad epiſcopum cracovienſem, comitemque Tarnovium ſeniorem lucu- *a* *b*

(*a*) *Abſtulimus commendatitias literas &c.* cod. vatic. Neque aliter erat in noſtro exemplari. ſed mediam vocem Gratianus expunxit.

(*b*) Litterae Pii IV. ad Poloniae regem, ad gneſnenſium archiepiſcopum, & ad Ferdinandum caeſarem, quae heic ſignificantur, in volumine epiſtolarum Hoſii editae reperiuntur. eas tamen, quod Truchſeſii hanc epiſtolam mirifice illuſtrant, & quod in iis Pogiani manum, a quo fortaſſe idem Truchſeſius, Hoſio gratificaturus, pontificis nomine ac voluntate ſcribendas curavit, mihi videor agnoſcere, heic deſcribendas exiſtimavi.

Pius PP. IIII. Sigiſmundo Auguſto, regi Poloniae illuſtri. Chariſſime in Chriſto fili noſter &c. Certiores facti ſumus, provectionem dilecti filii noſtri Stanislai in ſacrum S. R. E. cardinalium ordinem multis in iſto regno diſplicuiſſe; nec defuturos in proximo regni procerum conventu, qui illi obtrectent, & negotium faceſſant. quod ſane ſi acciderit, ut talis praelatus abſens inſcienſque, propter ſuas praeſtantiſſimas virtutes, ſummamque doctrinam & maxima in religionem catholicam merita, a nobis, ingenti ſtudio totius cardinalium collegii, & omnium bonorum approbatione, ad eum honorem vocatus, de eccleſiae ſuae fructibus & reditibus & tuendae dignitatis ſuae praeſidiis, in dubium vocaretur, non poſſemus non & vehementer mirari, & ferre admodum graviter & moleſte. qua in re majorem etiam nobis & huic ſanctae ſedi injuriam, quam ipſi, fieri arbitraremur; quaſi aut non licuerit nobis, communis utilitatis totius eccleſiae cauſa, tam gravi ejus ac tam turbulento

luculenter & vehementer scriptas; in quibus quidem literis sic agitur

lento tempore, illum in partem sollicitudinis nostrae vocare, aut ipse, qui tam eximia erga beati Petri, apostolorum principis, sedem devotione semper fuit, caeterosque omnes in ejusdem obedientia & fide studuit continere, nobis, in hoc loco a domino constitutis, parere non debuerit. quamobrem his rumoribus & nunciis commoti, majestatem tuam, quam ejus dignitatis amplificatione ipsam, ut decuit, ex animo gavisam esse scimus, & honorem in eo provehendo sibi & regno suo habitum grato animo agnovisse, intelleximus, vehementer hortandam duximus & rogandam, ut, pro tua erga majestatem apostolicam reverentia ac pietate, causam ipsius varmiensis, celsitudini tuae tantopere devoti & tuae gloriae studiosi, quam tamen potius nostram ipsorum causam esse existimavimus, adversus obtrectatores ejus, ac potius nostros ac sedis apostolicae, acriter tuearis atque defendas, cum, si quid ob eam causam detrimenti, quod absit, pateretur, non id modo in nos & sacrum cardinalium collegium, sed in sacrosanctam etiam oecumenicam synodum, ad quam eum ex transalpinis nationibus nostrum & sedis apostolicae legatum elegimus & constituimus, contumeliosum, ac ne tibi quidem honestum futurum sit. Datum Romae apud S. Petrum &c. die 20. maji 1561. anno secundo.

Pius PP. IIII. Joanni Pizerembskio, archiepiscopo gnesnensi.

Venerabilis frater, salutem &c. Ad aures nostras pervenit, multos isthic esse, qui provectionem dilecti filii nostri Stanislai in sacrum ecclesiae romanae cardinalium ordinem moleste tulerint, eique malevolentia impulsi negotium facessere parati sint in proximo regni procerum conventu; qui quidem non hujus modo sacrosanctae sedis auctoritatem despicere, sed & patriae suae & regni istius honorem parvi pendere se, ostendunt, nec majorem in nos & sedem apostolicam, quam in nationem suam, malevolentiam declarant. nos eum (qua modestia est), talem honorem minime ambientem, atque etiam absentem & inscientem, in id collegium summo venerabilium S. R. E. cardinalium studio cooptavimus, non modo propter praeterita ipsius in ecclesiam & religionem catholicam merita, sed quia talis viri consilium & operam, illa virtute, illo religionis studio, tam excellenti doctrina, & magno praeterea rerum usu praediti, maximo nobis & universali ecclesiae usui, tam gravi ecclesiae tempore, futurum esse prospeximus. qua in re honorem quoque, quem habuimus maximum regno & nationi isti, cum illum inter paucos exterarum nationum cardinalem creavimus, solum vero ex omnibus transalpinis praelatis ad sacram oecumenicam synodum nostrum & sedis apostolicae de latere legatum constituimus, parum grato animo agnosci dolemus. quid vero commodius, quid utilius regno isti esse potest, quam habere sereniss. regem & nationem istam talem virum, tam regiae majestati devotum, tam patriae suae amantem, in sacro cardinalium collegio, & in sacro concilio generali legatum? qui optime novit ecclesiarum omnium nationis suae mala, quique, ut opportuna eis remedia adhibeantur, diligenter operam daturus sit. dilectionem autem tuam, quae, ut scimus, ipsum varmiensem fraterne diligit, & laetatam ejus honore esse, & pium nostrum consilium perspexisse, certum habemus, ejus causam adversus obtrectatores ipsius & hujus sanctae sedis constanter defensuram esse, minime dubitamus. quod cum faciet, non ejus modo & hujus sanctae sedis, sed istius etiam nationis honori inserviet. nobis vero, qui in varmiensis causa nostram ipsorum & sedis hujus dignitatem & auctoritatem attentari intelligimus, gratis-

agitur causa amplitudinis tuae, sic, quemadmodum (*c*) tibi nec petenti, nec suspicanti, nec cupienti, sed aegre ferenti, & magnopere recusanti, maxime vero merito tuo, cardinalitius delatus est honos, explicatur; ut & regem ipsum, & caeteros, qui tuis ornamentis paulo iniquiores esse videbantur, hac pontificis max. affirmatione & voluntate cognita, tibi & aequissimos & propitios fore, sperem. visum etiam mihi est & regis vestri ad pontificem legato, ut auferremus (*d*) a pontifice literas ad varmiensium tuorum collegium, quod capitulum appellatis, ut te retineant, nec quicquam praeterea novi cogitent de episcopo aut episcopalibus illis rationibus. res, uti acta est, narratur; rei necessitas exponitur; pontificiae voluntatis & auctoritatis pondus adjungitur; quin etiam caesarem hortatur per lite-

gratissimum faciet. itaque, ut summo studio hanc causam, si quis oppugnare ausus fuerit, pro tua in sedem apostolicam devotione fideque defendas, fraternitatem tuam hortamur; idque ita petimus, ut studiosius nihil abs te petere possimus. Datum Romae apud sanctum Petrum die 20. maji. 1561. anno secundo.

Pius PP. IIII. Ferdinando, electo romanorum imperatori.

Charissime in Christo fili noster, salutem &c. Allatum est ad nos, non paucos esse in Poloniae regno, quos dilecti filii nostri Stanislai in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem cooptatio valde offenderit; quos etiam suspicio est, in proximo regni Poloniae procerum conventu id molituros, ut eum fructibus & reditibus ecclesiae varmiensis, cujus perpetuam administrationem illi commisimus, spolient: quibus ablatis, dignitatem suam tueri minime posset. non possumus satis mirari, adeo iniquos esse, ut talis viri virtutum & meritorum rationem a nobis habitam fuisse, moleste ferant; nec honorem, quem haec sancta sedes ipsorum nationi habuit, agnoscant. unde gratiarum actiones expectavissemus, ab eis dignitati tam benemeriti praelati obtrectari, & hujus sanctae sedis auctoritatem attentari, videmus. sed satis intelligimus, quinam isti obtrectatores sint. si enim catholici essent, & sanctam hanc sedem ea, qua debent, devotione prosequerentur, honoratum ab ea fuisse praelatum, de religione catholica ita meritum, laetarentur, & paternum nostrum erga nationem suam amorem agnoscerent. omnino confidimus, charissimum in Christo filium nostrum regem Poloniae illustrem generum tuum, causam cardinalis varmiensis tum pro suo erga cardinalem, adeo majestati suae devotum, amore, tum pro sedis apostolicae reverentia, acriter defensurum esse, nec quidquam illi injuriae fieri permissurum. sed tamen, quia haec res tum ipsius cardinalis causa, tum etiam quod de nostro & hujus sedis honore & auctoritate agitur, maximae nobis curae est, hortandam in domino duximus & rogandam majestatem tuam, ut ad ipsum regem Poloniae quamdiligentissime hac de re scribat, eum hortans, ut malevolorum hominum consiliis, sive per conventum regni, sive per capitulum, quippiam tentarint, regia auctoritate resistat, honoremque ejusdem cardinalis & nostrum tueatur. Datum Romae apud S. Petrum &c. die 20. maji 1561. anno secundo.

(*c*) Mendi notam contra hunc versum adscripsit in exemplaris margine Gratianus. ego mendum non agnosco.

(*d*) *auferemus* exempl.

literas pontifex, ut, quantum gratia, quantum auctoritate valet apud regem, tantum ad causam tuam conferat. habebunt igitur omnia meliores exitus; & suam in te vel in nos potius de te benignitatem Deus reliqua benignitate cumulabit. Pecuniaria tua difficultas levabitur liberalitate sanctissimi domini nostri, studioque Borromaei cardinalis, ornatissimi & optimi juvenis; cujus summam alacritatem equidem novi gratificandi amplitudini tuae, promptumque & paratum animum non solum ad explicandam pecuniam (*e*), tibi decretam legationis nomine, sed ad juvandum praeterea te viatico, quo cum caeteros collegas tuos pontificem prosecutum esse dicat, non dubitat, fore, quin (*f*) tibi quoque maxime constet ejus in te beneficentia. quem ego juvenem amplissimum, per se inflammatum, quotidie magis incendam; &, quantum potero, currentem pontificem incitabo. tu modo eo sis animo, quo debes; & confidas, futurum, ut omnia accidant ex voluntate, Deo approbante, bonis & amplissimis viris omnibus adjuvantibus. Impri-

(*e*) aureos quingentos menstruos.

(*f*) Eadem syntaxis adhibita supra est in epistola *Ego vero* d. 31. jan. 1561. *Non enim dubito, fore, quin & virtute & exemplo vestro multi in Polonia resipiscant*. Facio equidem verecunde ac timide, ut Pogianum, excellentem latinae scriptionis artificem, aliquid aliquando minus latine scripsisse confitear. & fortasse non ille umquam latini sermonis ignarus, sed ego potius non idoneus existimator ac judex. at non possum tamen, quin nonnumquam, quid mihi de quibusdam latinis hominis aut verbis aut formulis videatur, dicam: ut nunc de hoc *non dubitat, fore, quin tibi quoque maxime constet ejus in te beneficentia*. Mihi non *quin*, sed *ut* dicendum hoc loco fuisse videtur, aut certe *fore* tollendum. etenim *non dubitare* sic latini veteres usurparunt, ut continuo verbum modi aut subjunctivi, praemisso adverbio *quin*, aut infinitivi subjicerent. itaque & *Non dubito, quin mirere* Cicero ad Atticum, & *Non dubito, fore plerosque* dixit Nepos. potuit autem & Cicero *Non dubito, te mirari* vel *miraturum esse*, & Nepos *Non dubito, quin plerique sint* vel *futuri sint* dicere. at utrumque, subjunctivum nempe & infinitivum modum, cum *non dubitare* quemquam veterum latinorum conjunxisse, non puto. conjunxit autem Pogianus & in superioribus illis & in his litteris; qui *non dubito, fore, quin resipiscant & constet* scripserit. an non satis fuit *non dubito, quin resipiscant & constet* dicere? aut, siquidem infinitivo uti placebat, non potius *fore, ut*, quam *fore, quin* dicendum fuit? significat certe idem *fore*, ac *futurum esse*. quis autem latine dici arbitretur *Non dubito futurum esse, quin resipiscant & constet*, pro *Non dubito futurum esse, ut resipiscant & constet*? num post *futurum* locum habere *quin* potest? id si ita est, dicamus etiam latine licebit *Non dubito, quin futurum sit, quin resipiscant & constet*. quod si non licet, ne licebit quidem *Non dubito, fore, quin* pro *Non dubito, fore, ut* dicere. Sed de grammatica quaestione satis.

primendi (*g*) ratio maxima in spe est; & jamjam aderit Paulus Manutius, ad eam rem Romam accersitus: primumque (*h*) tum vete- g h

(*g*) De hac nova typographia, Romae instituenda, & de Paullo Manutio Romam ad eam administrandam arcessendo, scripserat jam Latinius ad Masium litteris 27. mart. 1561. datis, his verbis: *Addo, quod minime expectaras, conductum huc Paulum Manutium, ut sacros primum libros, deinde etiam ad eos pertinentes, idest virorum sanctorum volumina, excudat. Prima autem erunt, ut audio, sacra biblia latina, deinde graeca. atque ad eam rem Faërnus jam cum Sirleto bonam diei partem incumbit.* Rursus, de instante Manutii Romam Venetiis adventu, ad eumdem Masium idem Latinius octavo post has, a Truchsesio datas ad Hosium litteras, die haec scripsit: *Manutium scito nondum venisse; qui tamen brevi profecturus nunciatur. & sunt jam condicionum hinc inde confectae perscriptaeque solemni more tabulae, numerataque, ut P. Octavius mihi narravit,* H. S. CCIↃↃ. *ad sumptus itineris, instrumentique convehendi.* De Manutii hoc adventu pluribus in quadam adnotatione ad epist. *Amo Gratianc* d. 22. jul. 1559. egimus.

(*h*) Ea quidem erat tum mens idque consilium, ut utriusque testamenti libri ante alios Romae a Manutio ederentur. sed aliter deinde visum atque institutum est. Latinius ad Masium litteris, 6.dec. hujus anni datis, *Manutius noster*, inquit, *propediem aliquid excusum dabit; putoque, Cyprianum, pluribus locis in integram lectionem restitutum, aditum ad majora molienda patefacturum. In eo autem conferendo cum antiquissimo veronensi codice, litteris paene majusculis scripto, aliquid etiam aperae meae collocabitur; quandoquidem ita viri rei litterariae constituendae voluerunt. Sirletus totus est in Hieronymo purgando. nec desunt mirae vetustatis codices, nuper undique conquisiti, ex quibus multa maximique momenti loca facile restituentur. in graecis quoque scriptoribus eadem opera sumitur, ita, ut sperandum brevi sit, multa in lucem proditura, quae hactenus paucis erant cognita, plurima vero longe emendatiora.* Sed Cypriani quidem atque Hieronymi dilata a Manutio editio est, fortasse ob eam causam, quam idem Latinius ad eumdem Masium litteris, die 16.jun. 1562. datis, commemorat. *Patronus*, inquit, *meus* (id est, cardinalis Puteus) *in difficillimum morbum incidit ..... eoque impedimento coactus & Cyprianum semirestitutum, & alia omnia studia abjeci ... Sirletus ... In Hieronymo purgando non voluntate, sed viribus destitutus, interim, quod tempora magis postulare videntur, in restituendis actis synodorum operam navat. sunt enim, ut mihi saepe narravit, ita negligenter jampridem habita atque servata, ut multa contra atque ab initio statuta sunt, vel scriptorum vel interpretum vitio depravata atque corrupta sint; praesertim vero in excusis, ubi multa vel de industria omissa sunt, vel fraudulenter etiam mutata.* Itaque initium edendorum Romae librorum non a sacris bibliis, neque a Cypriano aut Hieronymo, sed ab opere cardinalis Reginaldi Poli *de concilio* Manutius fecit. id ipsemet in epistola ejus operis, anno 1562. editi, ad Pium IIII. nuncupatoria, testatum reliquit. *Nunc*, inquit, *In illam curam totus incumbis, ut reliquae partes ecclesiae, discordia laborantes, omni a te ratione sanentur .... Instat a te indictum, & institutum jam generale concilium ..... Hoc tu nos, Pie IIII. remedio servabis, errantemque gregem, disjectum varia culpa, tanquam pastor optimus ad obedientiam revocabis, continebisque in officio & observantia erga divinas leges, tum perpetua sancti-

veteris tum novi testamenti libri edentur quamemendatissime : qua

sanctitate tua .... tum vero iis etiam edendis in hac urbe libris, quorum lectio malas & exitiosas evellit ex animis hominum opiniones ... Atque hujus quidem tanti ac tam praeclari muneris initium unde sumi aptius potuit, quam ab eo libro, cujus argumentum & cum ratione temporum & cum tuis consiliis ac studiis optime congruit ... In hoc libro, quem tuo jussu primum emittimus, proxima ostenditur ad salutem via &c. In libris vero, quos deinceps edendos Manutius suscepit, cognoscendis atque ad germanam suorum auctorum lectionem, vetustorum emendatorumque mss. ope, restituendis, non Sirletum modo atque Latinium, sed alios etiam doctissimos illius aetatis viros esse versatos, ex ejusdem Latinii multorumque praeterea litteris ac testimoniis intelligimus. quo in castigandi edendos libros negocio nullam Antonii Agellii, hominis ex inclyta clericorum regularium familia, pietate ac litteris praestantissimi, operam exstitisse, etsi nullus mihi nunc quidem, qui id prodiderit, auctor succurrat, tamen ut credam adduci non possum. nam, & fuisse eum tum Romae, est mihi propemodum exploratum, & vix alium quemquam majorem facultatem ad eam rem afferre potuisse, nemini, qui, quae breviter de homine dicturi sumus, cognorit, dubium esse poterit. Fuit Agellius patria surrentinus. in clericorum regularium collegium die 25. oct. an. 1551. Neapoli adscitus, post annos duos & quadraginta studiis pietatis atque doctrinae inter suos sodales summa cum laude traductos, a Clemente VIII. acernensium episcopus mense novemb. an. 1593. renunciatus; quo munere quum se anno 1604. sponte abdicasset, moritur tandem Romae die 19. nov. an. 1608. & in aede quirinali S. Silvestri apud suos tumulatur. Haec breviter ex Ughellii *Italia sacra* T. VII. de homine. de hominis autem doctrina Latinius paullo pluribus, in litteris, ad Antonium Perenottum cardinalem XVI. Kal. maji an. 1586. datis, audiatur. *Auctoritas tua singularis apud regem potentissimum (Philippum II.) benignissimumque impellit, ut amici causam tibi diligentissime commendem. Antonius Agellius neapolitanus sacerdos ex eorum sodalitio, quos clericos regulares vocant, sanctique Silvestri sacram aedem incolunt, ibique sacris peragendis mysteriis operam dant, unus ex omnibus, quos noverim, in sacrarum litterarum studiis, triplici linguarum scientia praeditus, ita versatus est, ut inter eos, qui ad sacra biblia graeca restituenda atque illustranda jam ante quinquennium electi sunt, primum locum obtineat. neque in eo tantum gravissima curatione munus suum honeste implet, sed & Cyrilli decem & septem de adoratione in spiritu libros latinos fecit, & in psalmos multa comparavit, aliquando ad communem utilitatem publicanda.* Publicata autem deinde sunt, quae sequuntur, & alia fortasse, quae mihi non sunt comperta:

In psalmos & divini officii cantica commentarius. Romae 1606. *& Parisiis* 1611.

In Hieremiae prophetae lamentationes commentarius, cum graecorum patrum catena. Romae 1585.

In Habacuc prophetam. Antuerpiae 1597.

Latina interpretatio S. Cyrilli Alexandrini de adoratione in spiritu & veritate, cum adnotat. Romae 1588.

Latina interpretatio ejusdem S. Cyrilli adversus Nestorium, & duarum epistolarum ad Successum episcopum. Ibid.

Procli patriarchae constantinopol. libri ad Armenos in latinum conversi cum adnotat.

In proverbia Salomonis comment.

Psal-

qua de re alias ad te subtilius (*i*). Vale. Roma. XIII. Kal. junii. M. D. LXI.

Psalterium Gallicanum ad usum Basilicae vaticanae.

Fuit etiam mihi curae, quae ille opera mss. moriens reliquisset, investigare, qua in investigatione usus sum officiosissima R. P. D. Raphaëlis Venturinii Cl. Reg. hominis mihi amicissimi, & reverendiss. P. D. Joannis Baptistae Sartonii, ejusdem ord. ante aliquot annos praepositi generalis, viri multis nominibus suspiciendi, operâ; qui tabulario ad sancti Silvestri diligenter excusso, Agellii mss. operum, ibidem adservatorum, catalogum confecit, mecumque communicavit. is autem est hujusmodi:

Opusculum de ponderibus & mensuris.

In Esaiam prophetam a cap. 20. ad finem.

In Danielem prophetam expositio.

In duodecim prophetas adnotationes.

In epistolas S. Pauli, & reliquas catholicas, adnotationes graecae & latinae.

In tria priora capita apocalypsis.

Selecta ex Rabbinorum commentariis in Job.

Rabbi Bravatellus in Habacuc latine.

Scholia in S. Dionysium areopagitam graece.

Phraseologia Demosthenis & Nazianzeni graece.

Lucubrationes quamplurimae inchoatae nec perfectae.

Excerpta e patribus graecis latinisque.

Philosophica, theologica, mathematica.

In omni doctrinarum genere schedae.

Adversaria, schediasmata, collectanea, miscellae, farragines; & ad res obscuras ac difficillimas faculae ac notae.

(*i*) Frustra in reliquis Truchsesii epistolis quaeras, ubi de hac re subtilius agat. nisi quod in epistola *Cum saepius*, ad Hosium die 14. mart. 1562. data, commemorantur illa: *Cum saepius egissem cum novis impressoribus, ut libros tuos edendos susciperent, mihique iidem illi semper respondissent, sibi non licere, quod tantummodo veterum scriptorum voluminibus addicta esset impressio, cepi consilium de re ad pontificem referenda. quod cum facerem, opportune Moronus, Tranensis* (Jo. Bernardinus Scottus e Cl. Reg. tranensium in Apulia archiepiscopus), *& Amulius cardinales, qui illi muneri praesident, affuerunt.* Hunc litterarum Truchsesii locum libenter attuli, ut, quos Latinius supra significarit illis verbis *ita viri rei litterariae constituendae voluerunt*, intelligatur. Sed ne illud quidem praeteribo, minime fuisse ab his triumviris in romana sancti Cypriani editione Latinio satisfactum. rem totam, cognitione certe dignam, non meis, sed Latinii ipsius ad Masium verbis, expediam. Litteris Kalendis mart. 1562. datis, *Libenter*, inquit, *ad te scriberem, mi Masi, quam possem creberrime, si esset otium a gravioribus rebus. sed, praeter alia impedimenta, id non multo ante accessit, ut in restituendo Cypriano, si quid mihi liberi temporis relinqueretur, collocarem. ea res primo facilis visa est. cum paululum autem progressus in ea essem, plurimae maximaeque difficultates ita me oppresserunt, ut totum, vel invitum, ad opus perficiendum raperent. atque ut scias quid me maxime in eo exerceat, sic habeto: sententias, ex libris sacris citatas, ita diversis verbis inveniri in scriptis codicibus, ut interdum aliae prorsus esse videantur. opitulantur tamen aliquid vetusta exemplaria; quorum quo quidque est recentius, eo longius ab Cypriani sincera*

scriptura discedit. antiquissimum codicem unum, ex veronensi bibliotheca advectum, litteris majusculis ante annos mille, ut puto, scriptum, diligenter cum Joanne Baptista Singhicello percurri. ex eo id in primis factum est lucri, ut multa, quae Cypriano tribuuntur, notha esse intelligeremus... Ordo scriptorum paene idem est in omnibus... In excusis omnia paene suo loco mota, omnia divulsa: non tempora, non negotia, non personae sedem suam agnoscere possunt. verum huic incommodo ne nunc quidem medebimur. qui enim rem totam curant, sumptibus parcunt. Manutius autem sapiet, si sibi ipse proderit... Ego, Xenophonte intermisso, coepi in bibliorum perquirendis verius, quam intelligendis, sententiis operam locare. Cypriani enim loca, ex sacris scripturis citata, ut fere semper ad verbum graecis respondent, ita longissime plerumque absunt ab ea, quam vulgatam editionem vocant. quod etiam in Tertulliano & Lactantio observavi: in eaque sum sententia, ut vulgatam editionem statim post ea tempora & habere coeperit ecclesia & publice uti. quamquam est etiam sub Ambrosio & Augustino diversum aliquid ab eo, quod hodie passim legimus & probamus. Litteris, 16. jun. ejusdem anni datis, *Cyprianus*, inquit, *dormit, dormietque etiam dies aliquot, dum mihi plus otii sit, atque aliquarum operarum praesidio sublever in observandis quatuor vaticanis codicibus, quos mihi certum est prius diligenter excutere, quam absolutam mihi diligentiam in eo scriptore, quoad ejus fieri poterit, restituendo posuisse videar. ubicunque autem locus aliquis impeditior incidit, vel librariorum incuria, vel rei ipsius jampridem male intellectae obscuritate corruptus, praeter hos, qui ad manus sunt, codices, etiam eos consulendos putavi, qui Bononiae, Florentiae, Neapoli, Beneventi reperiuntur; ita, ut nulla restituendi Cypriani ratio a me omissa videri cuiquam possit.* Litteris tandem, die 11. dec. ejusdem anni datis, *De Cypriano*, inquit, *... laboratum est a me diligenter ac summa fide. multa restituta sunt. additus etiam paene justus epistolarum liber. verumtamen mihi fieri satis non potest; quando quorumdam hominum libidine non sat scio, an prudentia, commissum est, ut contra scriptorum codicum fidem nonnulla retenta sint, aliqua etiam addita, plurima vero (quod tamen ad scripturarum citata passim testimonia pertinet) immutata, ut quam fieri minime posset a vulgata sacrorum bibliorum editione discreparent. quae res fecit, ut ne nomen quidem meum a Manutio paterer ullo modo adscribi. non enim, ut multi fortasse existimant, leve apud me crimen umquam putabitur, aut veritatem caelasse, aut omnino litterulam immutasse. collegeram multis vigiliis & laboribus quaedam etiam ad illustranda loca aliquot obscuriora. parabam etiam breves quasdam annotatiunculas, in quibus, post varias codicum lectiones indicatas, quid maxime essem secutus, ostenderem. sed ab eo labore supersedi, ne fidem meam cujusquam meticulosa prudentia vel levissime infirmare posset. quare meo periculo didici, stultum esse in iis studiis aetatem terere, in quibus necesse sit alieno stomacho satisfacere.* Sed & Sirletum a S. Hieronymi editione curanda propter ejusmodi caussam abstinuisse, iisdem litteris Latinius affirmat. de eo enim ait: *In restituendo Hieronymo & aliis, meo exemplo didicit operam & oleum non perdere.*

XXXV.

XXXV.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Hosium ab omni timore, qui illi ex Polonia afferebatur, liberum, non nisi de catholicae ecclesiae commodis cogitaturum. 24. maji 1561.

SPero, varmiensem cardinalem ab omni timore, qui ex Polonia afferebatur, aequitate regis vestri, praesertim interposita pontificis max. (*a*) ac caesaris gratia & auctoritate, brevi liberum fore. quam rem quin tu adjuves in primis, dubitare non possum, cujus in eximia virtute praecipuum quendam amorem novi in eum virum, hujus aetatis facile principem. praestemus itaque, quantum possumus, eum vacuum ab iis impedimentis, quae ab improbitate interdum, & ab invidia inferri solent; quo totam is vim suam conferat in Christi caussam, quam unus maxime omnium mortalium animi & ingenii armis juvare ac tueri potest. nostrae in hoc officio partes non desiderabuntur. scio, cardinalem in tuo studio ac benevolentia acquiescere; qua ex re summam ipse capio voluptatem, cum intelligo, par virorum, maximarum virtutum laude praestantium, inter se amare ex animo, & officiis, usu, consuetudine conjunctissimos esse. De concilio sum in maxima spe, qua etiam majore fuero, cum iste noster (*b*) profectus erit. Vale. Roma. IX. Kal. junii. M. D. LXI. (*c*)

(*a*) Vide epistolam superiorem.
(*b*) Hosius.
(*c*) 1562. exempl. & codic. vatic. Emendavi.

XXXVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Nihil contra eum cujusquam obtrectationem valituram. 31. maji 1561.

SI suae (*a*) virtuti confiderent ii, quorum oculos praestringit splendor tuus, non modo non niterentur contra honorem, tibi tributum a pontifice maximo, plaudentibus bonis omnibus, sed, quem auctum vident gradu (*b*) dignitatis, idem fortunis ut ne esset inferior, certatim opera ac studio contenderent. sed illorum

(*a*) *tuae* exempl. Emendavi ex cod. vatic.
(*b*) *gradum* exempl. Gratianus emendavit.

rum & tecta & aperta oppugnatio rationum tuarum maximum argumentum est cum jejuni & angusti eorum animi, tum excellentis laudis tuae. nullis enim ipsi bonis instructi praeclara tua ornamenta ferre non possunt, vehementerque dolent, te ad virtutis praemia, duce virtute, pervenisse, ad quae iidem ipsi, nisi fortunae flatibus deferantur, nullo modo queant aspirare. sed omnis erit cassus invidorum motus, & inanis conatus; qui id modo consequentur, ut, cum te nihil laedant, summam tamen tibi nocendi voluntatem ostenderint. cujus rei quae maxima adhiberi potuit a pontifice max. cautio atque provisio, adhibita est his literis, quas proxime & ad regem de te dedit, & ad eos, qui secundum regem plurimum possunt. quod si nihil etiam processerit (quod vix aut ne vix quidem fieri posse, puto) tamen nihil miserum in cardinalitio splendore timere debes; in quem ne verbo quidem cadit (c) miseria, vel ornatissimi ejus viri testimonio, qui nulla rerum difficultate adduci potuit, ut ad soleas, ne dicam ad compedes ligneas redire vellet (d). quare omnem amove sollicitudinem; neque verere, ne tibi non suppeditet facultas necessarii comitatus & instrumenti, cujus nemo unquam tui ordinis inopia laboravit. Quas requiris literas tum ad varmienses tuos, tum ad Prussiae ducem, dabuntur illae primo quoque tempore. De viatico non minus iidem illi benigne respondent. Vale. Romae. pridie Kal. junii. M.D.LXI.

(c) *non cadit* exempl. Gratianus emendavit.

(d) Aliquid obscurae ac vulgo ignotae historiae de Clemente fortasse Dolera, moneliensi, ex ordine Minorum S. Francisci, ad cardinalatum, titulo Aracaeli, a Paullo IV. an. 1557. evecto, heic tangitur a Truchsesio.

XXXVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi. (a)

14. jun. 1561.

De recessu ac secessu cogitantem deterret.

Ne me quidem major ulla unquam antea ex te sollicitudo affecit; cujus postulationem, tibi ut secedere liceat, & in remotum aliquem ab isto & splendore & infinito sumptu locum te conferre, eo pertinere intelligo, ut principum animos offensura videatur. recessum postulas cardinalis & legatus concilii causa

(a) Hanc epistolam, anno 1562. in exemplari notatam, ad annum 1561. retraxi, sequutus tum diem XVIII. Kal. jul. quo data conspicitur, qui dies

Digitized by Google

causa (*b*), ejus rei tam opportuno, tam necessario tempore? invidiosus sane & periculosus locus; cujus non solum tractationem, sed etiam cogitationem horreo. At tibi non suppeditat sumptus. si necessarius; lugeo tum fortunam tuam, tum tenuitatem meam: sed nolo. si liberalis ille & magnificus; item doleo. sed aliquid fortasse istinc (*c*) etiam remitti possit, sine offensione dignitatis tuae aut cujusquam voluntatis. interea dabimus operam, subsidii ut aliquid impetretur. omnino mihi reliqua faciliora fore videntur, quam discessus iste, quem scribis. difficile est loqui. quamobrem a te, vir prudentissime atque optime, vehementer peto, ut videas etiam atque etiam, an eo descendendum (*d*) sit, ut illud deprecemur, quod suspicionem aliquam cupiditatis vacationis cujusdam habere possit, aut incommodae opinionis. incredibile est, quam hujus rei tractationem reformidem. quare expecto literas tuas: amplius enim deliberandum videtur. tu, quaeso, eo sis animo, quo semper fuisti, id est maximo, neque ullam tantam putes esse difficultatem, qua non expediri possis. Vale. XVIII. Kal. julii. M. D. LXI. (*e*)

XXXVIII.

Dies hoc anno in eum incidit; quo dari Viennam Roma litterae solitae erant, nempe Saturni; tum rem ipsam, qua de in iis agitur, quae tota ad aestatem anni 1561. pertinet. Tum enim Hosius, Viennae adhuc commorans, quum infinitis sumtibus, quos cardinalitius locus, legati munus, hominis praesertim summa liberalitas poscebat, se parem esse non posse intelligeret, diffidere sibi suisque rebus coepit, nec solum de suis angustiis ac difficultatibus cum amicis per frequentes litteras queri, sed aliquando etiam de decessione ac prope fuga cogitare. Ab hoc consilio hominem deterret Truchsesius his litteris: consolatur etiam spe meliorum rerum: monet vero, ut in faciendis sumtibus consideratior sit atque restrictior. In eamdem ferme sententiam, quod quidem ad sumtus pertinet, scripsit hoc ipso XVIII. Kal. jul. die an. 1561. Puteus cardinalis ad Hosium brevissimas litteras: *Quid tibi*, inquit, *faciendum censeant ii, quibus omnia commoda tua curae sunt, perscribet ad te pluribus Ticinius, qui heri mecum & cum reverendissimo augustano multum fuit. nam quaedam ita agenda sunt, ut tamen aliud agere velle videaris. Habenda autem ratio sumptuum posthac diligentius erit, neque ultra progrediendum in ea, quam patiantur annui reditus. Sed haec tu melius. Vale, & me, ut soles, ama. Roma*. XVIII. *Cal. jul.* M. D. LXI.

(*b*) Mendosus fortasse locus & in exempl. & in cod. vatic. Sed non unus hic hujus epistolae locus contaminatus est.

(*c*) *istic* exempl. & cod. vat. Quod quidem ex multis, quae in hanc epistolam, librarii certe vitio, mendis irrepserunt, unum esse judicavi. Utinam tam facile esset reliqua emendare, quam recte, minimaque cum loci mutatione, mihi videor hoc emendasse.

(*d*) *discedendum* exempl. Emendavi ex cod. vat.

(*e*) 1562. exempl. M. D. LX. cod. vat. In neutro veritas.

XXXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

14. jan. 1561.

Cromeri litteras sibi & prudentissimas videri, & jucundissimas esse.

NIhil Romae minus impeditum omni fere memoria fuit, quam loqui & obloqui de consiliis & actionibus eorum, qui remp. administrant. haec dicendi libertas, quam impunitas aluit jam inde ab heroicis illis temporibus, facit, ut non modo
a tonsores, sed ipsi etiam florales (*a*) nebulones, de principum deliberationibus in triviis saepe consultent, easque pro libidine & probent & improbent: quin etiam sermo datur nonnunquam
b c Pasquillo (*b*) gladiatori, qui, caeteris omnibus membris (*c*) mancus ac debilis, una lingua vigens ac valens, eos maxime lacerat, qui tenent, qui potiuntur. quae licentia, vel impudentia potius, propter auctorum levitatem & improbitatem, non tam stomachum, quam risum movere solet. haec tibi pro tua prudentia non minus nota sunt, quam nobis, qui Romae vivimus. sed eidem tibi quid venit in mentem poscere, ut in eam partem accipiamus, nec minus rideamus ea, quae denuncias ipse de publicis rebus, quam solemus quisquilias illas & nugas ma-
d ximas (*d*) in principum acta declamantes? primum quid simile? Cromeri, viri gravissimi, & praeteritarum rerum, quam qui maxime, memoris, praesentium intelligentis, longe in posterum futura prospicientis, consilia cum imperitae multitudinis
e optatis ac somniis conferemus? aut eundem Phormionem (*e*) aliquem

(*a*) Plebeculam significat, quae in romano Florae foro otiosa desidet.

(*b*) Romae, non longe ab agonali foro, vetusta e marmore gladiatoris hominis statua, nec tamen integra, sed multis partibus detruncata, visitur. eam *Pasquillum*, sive potius *Pasquinum* vulgus appellat, & tamquam Momi cujusdam loco habet. nam, quaecumque scommata ac maledicta in principes praesertim viros incerto auctore jaciuntur, ea Pasquino satis facete atque ridicule hac etiam aetate tribuuntur.

(*c*) *manibus* exempl. Gratianus emendavit.

(*d*) An potius *maxime*?

(*e*) De quo Q. Catulus apud Ciceronem lib. II. de orat. c. 75. *Nec mihi opus est graeco aliquo doctore, qui mihi pervulgata praecepta decantet, cum ipse numquam forum, numquam ullum judicium adspexerit. ut peripateticus ille dicitur Phormio, cum Hannibal Karthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exsul, proque eo, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret, cumque se non nolle dixisset: loquutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio & de omni re militari. tum, cum*

quem existimabimus ? adhibita est a te major doctrina cum ad omnem rem, tum ad remp. penitus pernoscendam, quam ab illo graeco fuerit in rem bellicam pervestigandam. usum vero ejus habes summum, quo is omnino caruit ejus rei, de qua loquebatur: ut propterea imperatori, post hominum memoriam maximo, jure perridiculus videretur. quamobrem tua nullo modo de officio nostro inepta possit esse admonitio: deinde, si recte memini, nihil tale unquam fuit in meis ad te literis, quare suspicari deberes, injucunda mihi esse monita literarum tuarum. omnes me illae valde delectant; in quibus, praeter singularem animum in me tuum, summam praeterea prudentiam recognosco. quod semper prae me tuli; &, ut ad me quamsaepissime scriberes, quod commodo tuo facere posses, a te contendi. ac, si quid interdum fuit, in quo dissentirem a te, fuit is terror, quem afferebant tuae literae (*f*); non quia non intelligerem, impendére multa pericula reip. sed quia sperabam, Deum, vel segnioribus nobis, optimae causae non defuturum; neque putabam, molestiam esse praecipiendam, quae nihil prodesset. quare, quaeso, omnem hujus generis amove & suspicionem & querelam; & tibi persuade, id quod res est, tuis literis nihil in eo genere mihi jucundius accidere posse. Vale. Romae. XVIII. Kal. julii. M. D. LXI. (*g*)

cum caeteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quaerebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho judicaret. hic poenus non optime graece, sed tamen libere, respondisse fertur, multos se deliros senes saepe vidisse, sed, qui magis, quam Phormio, deliraret, vidisse neminem.

(*f*) Ad quas litteras Truchsesius responderat epistola *Superioribus* d. 1. maji 1561. in qua illa sunt: *quid praecipimus molestiam? quid nobis sollicitudinem struimus? ne desimus consilio aut ope nostra, ubi possumus. reliqua suggeret Deus.*

(*g*) 1562. exempl. 1582. cod. vatic. Utrobique mendose. Emendavi igitur.

XXXIX.

Julius Pogianus Antonio Mariae Gratiano.

mense julio 1561.

Tarditatis litterarum causam affert. De ejus valetudine ac studiis, & de praeclara Commendoni legatione gratulatur.

NON dubito, quin voluntatem & studium ad te aliquid scribendi meum pro facto accipias, si, quod vehementer cupiebam, quominus adhuc re effecerim, quid fuerit causae co-

gnoveris. in magna famae constantia, quae istinc de praestantis a istius viri (*a*) singulari virtute parique religione, & animi atque orationis gravitate veniebat, illa varietas inerat opinionis itineris vestri, partim ut existimarent homines, brevi vos redituros, partim, id quod scribis, ultimarum gentium reges adituros esse. ea me dubitatio suspensum tandiu tenuit, dum est allatum, nescio quo habito conventu (opinor, franco- b c fordiensi) (*b*), in Daniam (*c*) profecturos esse. in id tempus & consilium scribendi meum inciderunt antuerpienses literae tuae,

(*a*) Jo. Francisci Commendoni, nuncii apostolici per inferiorem Germaniam. ejus itinerum perpetuus comes Gratianus fuit.

(*b*) Non *francofordiensis*, sed *erfordiensis* fuit hic conventus: de quo Commendonus ad card. Mantuanum litteris 9. jun. 1561. Antuerpia Tridentum datis, *Del convento*, inquit, *d' Erfordia l' arcivescovo di Treveri con una sua di 30. del passato mi scrive haver inteso, che li protestanti hanno fatto una nuova confessione, & che l' hanno sottoscritta & principi & altri Stati anchora; & soggiunse, che il tempo scoprirà dove tendano questi loro andamenti: & niente più. Io per altre lettere di Sassonia intendo, come li theologi de i principi non si sono potuti accordare: ma che i consiglieri unitamente vogliono pur pretendere questo nudo nome di confessione augustana, & non hanno preso da i theologi altro che le ragioni, le quali essi pensano d' haver ritrovate contra il concilio, per riportarne ciascuno una copia al suo principe. Di più scrivono, che l'elettor di Sassonia deve tosto abboccarsi col rè di Dania.*

(*c*) *Daciam* exempl. Emendavi. At vero neque tum, neque postea profecti in Daniam sunt. & quidem ejusmodi profectionis cardinalis Perenottus valde dissuasor fuit. sic enim Commendonus ad Hosium die 13. maji 1561. scripsit. *Heri Antuerpia Bruxellas veni. hodie cum illustriss. card. atrebatensi sum collocutus, qui in ipso sermonis initio mentionem intulit danicae profectionis. eam praecise & constantissime affirmat sibi non probari. adducit etiam causas, maxime me ibi periculo futurum, nihil profici posse ad concilii causam, quinimmo metuere se, ne quid accidat, in quo sedes apostolica gravem aliquam accipiat contumeliam. equidem de me nihil laboro. neque enim dubito vitam ipsam profundere. sed moveri debeo publica causa. quamobrem dominationem vestram reverendiss. vehementer etiam atque etiam rogo, ut, pro summa sua in religionem pietate, & in me benevolentia, tantum temporis huic cogitationi impertiri velit, dum mihi, quid sentiat ea de re, unis literis explicet.* Sed omnem deliberationem sustulit rex ipse Daniae, de quo adeundo agebatur, qui, de hac Commendoni legatione certior factus, adiri se nolle, respondit. id, quod ipse Commendonus cardinali Gonzagae litteris, die 28. jul. 1561. Lubeca Tridentum datis, significavit, in quibus, *Il rè di Dania*, inquit, *non vuole admetterci. scrive queste parole: Cum a temporibus domini ac patris nostri insignis ac christianae memoriae nunquam in usu fuerit, nos insuper una cum nostris sumus informati, merito deliberandum esse, an posthac ulla pontificia tractatione nos amplius oneremus, propterea hac vice nulla ratione judicavimus assentiri petitioni de admissione in regna nostra ac dominia & de audientia.*

tuae, in quibus illud primum dolui, patronum (*d*) nostrum minus belle habere. quanquam me & ejus mihi perspecta temperantia, & magna praeterea illa spes consolatur, quae cautionem non habent, praestiturum Deum; qui talem virum, tantam suam causam agentem, vel ex periculis pignerabitur. durior (*e*) haec tibi fortasse videbitur oratio, quam vix satis adhuc mollivit usus; sed, vim verbi & imitationem si attenderis, non erit ejus injucunda cognitio. ego de te, propter valetudinis tuae tenuitatem, & laborum atque itinerum insolentiam, magnopere eram sollicitus. nunc gaudeo, quod in ista barbaria non solum valetudinis integritatem tueris, sed etiam latini sermonis. Quid dicam, nisi provehi amore summum virum (*f*), qui & mei memoria, & honorifica de me mentione delectetur? in cujus admiratione virtutis tantum ejusdem erga me studium non possum non admirari. equidem triumpho ejus praedicatione ac celebritate laudis, quae tanta est, majoribus ut etiam incommodis mercandam fuisse, putem. nulla enim legatio, nostra memoria, gloria fuit uberior. qua-

(*d*) Commendonum nimirum. Ipsemet ad card. Gonzagam, minus commoda valetudine uti se, litteris, 20. jun. 1561. Antuerpiae datis, significavit: *Farò*, inquit, *volentieri quanto mi sarà comendato. Così il signor Dio mi conceda di poterlo fare. perchè il verno passato & il viaggio continuo di sei mesi m' ha tolto più de la sanità del corpo, che de la prontezza de l'animo in servir sua beatitudine & santa chiesa.*

(*e*) Non dura mihi, sed durissima videtur esse haec oratio: *Deus talem virum vel ex periculis pignerabitur.* quid est enim *pignerari*? an *liberare* atque *eripere*? primum, quid simile? deinde, etiamsi id esset, ecquidnam momenti vocula illa *vel* afferret sententiae? nam non ridiculum esset dicere, versantem in periculis a Deo *vel* a periculis ereptum iri? Omnino intellectum quemdam suum Pogianus verbo *pignerari* tribuit; quem ego neque assequor, neque a latinis tributum illi umquam fuisse, puto. Ciceronis locus Philipp. XIIII. cap. 32. quem fortasse ante oculos habuit, sive potius ipse significat, se sibi ad imitandum proposuisse, longe aliam sententiam continet. *Mars ipse*, inquit, *ex acie fortissimum quemque* PIGNERARI *solet*: hoc est *suum facere*, *sibi seponere*, *adjungere*, *vindicare &c.* Est autem *pignerari*, ut mihi quidem videtur, militare verbum, cui italicum nostrum, a gallico sermone derivatum, *ingaggiare* pulcre respondet. ejus verbi vis propria ac significatio est, aliquid pecuniae alicui dare, quo tamquam pignore accepto suam is fidem atque operam in re militari addicat ei, a quo vel cujus nomine illi datur. Suetonius in Claudio cap. 10. *Primus caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus.* μεταφορικῶς autem illam ipsam, quam diximus, vindicationem ac tamquam mancipationem significat. Qua tota de re fusius in nostris ad eum Philippicae locum commentariis agemus, nam multa jampridem ad nostram sententiam, in qua neminem ad hanc diem video fuisse, confirmandam stabiliendamque collegimus.

(*f*) Iterum Commendonum intellige.

re communi patrono velim meis verbis gratulere, dicasque, me ejus absentiae desiderium una hac cogitatione lenire. Vale.
g Roma. mense julio. M. D. LXI. (g)

(g) 1560. cod. vat. Mendose. Quo mensis julii die data sit haec epistola, non constat: nec de eo diligentius esse mihi inquirendum putavi. satis habui eam hoc initio mensis julii collocare.

X L.

Julius Pogianus Anselmo Dandino.

3. jul. 1561.

Legum scientiam cum latini sermonis elegantia conjungere eum, gaudet, Romamque invitat.

MIrum est, quam me & humanitas literarum tuarum & latinus sermo delectarit. ac mihi sane utrunque memoriam renovavit Hieronymi Dandini cardinalis, patrui tui, summi viri; cujus effigiem quandam comitatis, & naturae ac morum suavitatis, qua ille excelluit, in tua epistola libenter agnovi. studium vero etiam tuum latinae linguae, in tanta occupatione reliquorum studiorum, eo me majore voluptate afficit, quod intelligo, te voluntatis & praeceptorum cardinalis amplissimi meminisse; qui, cum videret quantam & utilitatem & dignitatem haberet legum scientiae conjunctio cum elegan-
a tia (a) latini sermonis, utrisque te itineribus ire voluit. in
b quae itinera mihi gaudeo (b), tibi gratulor, te ita processisse, brevi ut ad optatam laudem perventurum esse, sperem. quo
c magis etiam confido, fore, ut aliquando deligas hanc sedem (c) domicilii & fortunarum tuarum, vestigiaque persequaris patrui tui, singularis viri; cujus haereditatem non modo omnium
d benevolentiae, sed etiam gloriae, cernere (d) te, oportet. tibi omnia prolixa erunt: in primisque habebis studia principum; quorum in te & amando & adjuvando nemini concedet Otho, cardinalis augustanus, patronus meus; a quo salvebis. in iis vero, qui tua causa debent, me tui studiosissimum & observantissimum esse, intelliges. Vale. Roma. v. non. jul. M. D. LXI.

XLI.

(a) *eloquentia* exempl. Emendavi ex cod. vat.

(b) Sibi gaudere propterea Pogianus dicit, quia Dandinii hujus studiorum moderator aliquamdiu fuerat; quo tempore operam suam card. Heronymo Dandinio, Anselmi patruo, locarat.

(c) Scilicet urbem Romam.

(d) *Cernere haereditatem* pro *adire eam haereditatis partem, quae sibi obvenit*, valde usitate dici, notum est.

Digitized by Google

XLI.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Cardinali Varmiensi.

Mandata cardinalis Borromaei exponit, eumque bono animo esse, jubet. 1. jul. 1561.

SAne commotus sum tuis literis, quibus jandiu nihil tibi responderi scribis a Borromaeo cardinale, ad quem multas & uberes literas dederis. quamobrem conveni hominem, eique rem, uti se haberet, exposui. mirari (a) ille, statimque affirmare, se ad tuas omnes tibi ordine respondisse, neque dubitare, quin, si singulae perlatae non sint, universae reddantur; quod prius fore sperabat, quam meas has literas legeres. adjeci, quae ad profectionem tuam, quae ad viaticum pertinebant. Profectione, inquit, nihil opus est, antequam principum legati se in illam viam dederint: interea velle pontificem max. fungi te isto ad caesarem legationis munere, omnium & amplissimo & maximo; neque desideraturum esse te menstruam solemnem pecuniam: cum vero primum maturum fuerit Tridentum proficisci, tibi praesto fore omnia, quae caeteris legatis ad eosdem usus fuerunt. & quidem haec sane liberaliter ac benigne, cum magna commemoratione & laude virtutis & actionum tuarum. ad reliqua (b) nihil praeterea, vel urgente me. subsidium intelligo tibi opus esse, non ejus (c) vel certam spem. sed ita sunt res, ita tempora, ut nemini non aliquid deesse putem. parendum est necessitati, & moderatione ac prudentia temporibus occurrendum. habebitur ratio eximiae virtutis tuae, habebitur excellentium actionum tuarum, quas omnes omnium ordinum admirantur. At (d) sapiens interea, si al-

(a) Borromaei ad Hosium litterae in eamdem sententiam datae die 28. jun. an. 1561. exstant in *Tabul. eccl. rom.* p. 169.

(b) Institerat apud Borromaeum Truchsesius, ut Hosio, rei domesticae difficultatibus laboranti, subsidii aliquid, non exspectata ejus Tridentum profectione, statim mitteretur. sed nihil, etiamsi eam rem valde ursisset, profecerat.

(c) Mendi notam adscripsit Gratianus. sed haec certe sententia est: Tu, pecuniae subsidium praesens ut mittatur, necesse habes, non, ut ejus subsidii spes, etiamsi certa & explorata, ostentetur.

(d) Sententia haec *At sapiens &c.* desumta est ex Ciceronis lib. 2. *de orat.* ubi de ridiculis agitur. Hoc tantum noram: locum autem, quem heic illa haberet, ignorans, de eo Carolum San-

si algebis, tremes. At sapienti haec neque nova sunt, neque intolerabilia. Equidem non dubito, quin tibi omnia a pontifice & speranda & expectanda sint, quae singulares illae vel maxime perspectae laudes tuae postulant. Tu, quaeso, & tui ipsius; id est, viri omnium optimi ac prudentissimi, & anni temporis memor, hilaritatem retine, vitae maxime necessariam; meque tui omnium & amantissimum & observantissimum esse, tibi persuade. Vale. Roma. III. non. julii. M. D. LXI. (e)

Sanctinium, eruditissimum sodalem meum, consului; a quo responsum hoc, quod mihi valde probatur, accepi: *Sententia*, inquit, *illa „ At sapiens interea si algebis, tremes „ tamquam ex Hosii persona accipienda est; qui, quum a Truchsesio sapientiae & virtutis nomine in primis commendaretur, reponere illud poterat „ At mihi interea vetus adagium quadrat. „ Sapiens si algebis, tremes „: cui, quo facilius necessitati atque temporibus ille acquiescat, refert continuo Truchsesius alteram illam sententiam „ At sapienti haec neque nova sunt, neque intolerabilia „: algere nimirum aliquando ac tremere.*

(e) Cod. vat. & barber. MDLXII. & ita nostrum exemplar. Gratianus correxit.

XLII.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Hosii commoda magnae sibi esse curae.

5. jul. 1561.

QUIA nullum amicitiae par conjunctius usquam esse puto, quam inter vos sitis, tu, Cromere ornatissime, & varmiensis cardinalis amplissimus, neminem item, qui vobis prudentia aut aliqua laude praestet; sic (a) fit, ut, utrum commendatitiae (b) literae reddendae sint, necne, fore confidam, vos ut optime videatis. ac mihi quidem cautio & cunctatio ista tua, dum langueant studia & conatus invidorum, valde probatur. sed momenta temporum quid postulent, te quidem certe omnium minime fugiet. nos hic, atque adeo ego, quae ad singularis istius viri utilitatem ac dignitatem pertinebunt, tam curabo semper, quam incolumitatem, quam existimationem meam. si tantum potero, quantum enitar, non laborabimus. sed hoc ii, quorum in manu res est, viderint. nos satis amicitiae & nostro officio faciemus. De concilio mihi occurrunt eadem, quae tibi. ac nostrum quidem istum

(a) Rectum non puto *sic* pro *ideo*, *idcirco*, *propterea &c.*

(b) Eas significat, quas de Hosii cardinalatu ad Poloniae regem, ad gnesnensium archiepiscopum, ad caesarem dederat Pius pontifex max. a nobis supra recitatas ad epist. *Absolvimus* d. 20. maji 1561.

istum (*c*), qui summo religionis studio, & incredibili quadam reip. charitate Tridentum rapitur, equidem vehementer velim, quod ipsius commodo fieri possit, dum per anni tempus licet, si modo etiamnum licet, eo contendere. sed in maxima spe sum, eos, quibus respublica commissa est, tum publicis tum etiam illius rationibus optime consulturos esse. cujus rei majora in dies signa & argumenta habeo; ad quorum judicium vir sapientissimus, te item sapientissimo ac sui (*d*) amantissimo viro auctore, omnia referet. Quinquecclesiensem (*e*) nostrum male habere, valde doleo. Recte augurarís, mea quidem sententia, qua de Hispania, qua de caesare; ut me aliae ex aliis allatae necessariae celeritati (*f*) morae, quemadmodum te, vir optime Cromere, maxime crucient. Mirum est, quanto interdum prudentissimi & suavissimi sermonis tui tenear desiderio. cur igitur aut tu hic, aut istic ego non adsum? Vale. Romae. III. non. julii. M. D. LXI. (*g*)

(*c*) *ritum* exempl. Gratianus mendi notam apposuit. nos facili mutatione emendavimus. Per *istum* autem Hosius, qui Viennae cum Cromero etiam tum erat, significatur.

(*d*) *tui* exempl. Emendavi.

(*e*) Georgium Drascovicium, qui erat apud caesarem. Vide epist. *Cum tua* d. 12. apr. 1561.

(*f*) *celeritate* exempl. Emendavi ex cod. vatic. Dolet autem Truchsesius, *alias ex aliis moras concilii celeritati, quae, tali catholicae reip. tempore, maxime necessaria esset, afferri*.

(*g*) 1562. exempl. cui consentit in mendo cod. vat. Emendavi.

XLIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

De regum in concilium, sine mora instaurandum, contentione: De Hosii viatico. De Petri Soti Romam adventu, proxime futuro. III. jul. 1561.

Exploratae jam sunt regum fere omnium de concilio voluntates; in quibus longe principem sese ostendit Philippus, Hispaniae rex, & pietate & cura & praesidio & subsidio rerum omnium, quae negotio tam necessario celeritatem ac securitatem afferre possunt: cujus animum, certe regium, ac professionem omnium praeclarissimam tum ipsi Philippo, tum nobis omnibus reique publicae, frequenti senatu, gratulatus est pontifex max. cum tanta testificatione summae laudis & Caroli caesaris

ſaris imperatoris, & regis filii, quantam vix me unquam antea
audiſſe meminerim. itaque exultat laetitia & ipſe pontifex & omnes boni, ſublatam eſſe dubitationem & difficultatem omnem, quibus diſtineri res aut procraſtinari poſſet. De viatico tuo idem, quod mihi antea ſemper ſcripſiſſe videor, ſcribo nunc, tibi datum iri in eum ſumptum tantum pecuniae, quantum caeteris collegis tuis eadem de cauſa vel tributum ſit vel tribuetur. quanquam illud modo certius addo, & quingentos jam tibi eo nomine numeratos eſſe, & ſcriptas, vel hodie ſcribendas, literas (ſic enim mihi dixit ipſe) a cardinale Borromaeo tota de ratione profectionis & actionis tuae. negotium urſerunt & incitarunt hoc triduo jucundiſſimi nuncii non ſolum de Philippo rege, ſed etiam de Gallia & de caeteris; de quibus nulla paene ſperaramus. ergo meliores omnia exitus habebunt, & ſuam eccleſiam reſpiciet Deus; qui regum conſilia atque ſententias ad ſuam dirigit & conformat voluntatem. tu, quaeſo, tibi omnia prolixa fore, confidas; neve diffidas rebus tuis, quae in tuto
a ſunt. Quod vereris, ne quid ampliſſimo juveni (*a*) de te deque bonis ac fortunis tuis ſit inculcatum, omitte timorem. neque
b enim aut is ita credulus eſt, aut, etiamſi ſit, non (*b*) eripietur ei hic error a me, qui novi optime, multo tibi minora eſſe vectigalia, quam quanta non modo liberales tui, ſed etiam neceſſarii ſumptus poſtulent. omnino ſecurum te ab hac parte,
c &, ut ſpero, a caeteris, reddemus. De duce (*c*) vicino meo nihil adhuc quidem ad me Caniſius. ſed ego nunquam de illius animo aut ingenio dubitavi, quem depravatum videbam nonnullorum conſiliis, qui plus apud eum gratia & auctoritate valent, quam oporteat. itaque puto, magis illas imagines quaſi teſtium ſalutaris Jeſu Chriſti paſſionis utrinque poſitas eſſe, quam ut gratioſorum & gravium interpretum ac deprecatorum apud Deum erratorum ſcelerumque noſtrorum. utinam me mea fallat opinio! quo mihi nihil gratius poteſt accidere. Miſerrimos illorum exitus, quos ſcribis in Hungaria periſſe! quod factum ſummo Dei judicio magnam credo allaturum utilitatem non ſolum ad tem-

(*a*) Cardinali Borromaeo.

(*b*) Voculam hanc expunxit in exempl. Gratianus: ego reſtitui.

(*c*) De hoc duce vicino, item de Chriſti paſſionis imaginibus, de miſerrimo hungaricorum exitu, denique de conſpiratione (quae omnia deinceps a Truchſeſio ſignificantur) nihil ſcire me, lector ſciat: niſi quod *ducem vicinum ſuum* a Truchſeſio dici ſuſpicor Albertum, Bavariae ducem. eſt autem auguſtano epiſcopatui vicina Bavaria. rurſus Alberti animus *depravatus* dici potuit, quod uſum ſacri calicis poſcentibus non obſiſteret, ſed potius faveret. Vide Hoſii epiſtolam 65. & Truchſeſii litteras in *Tabul. eccl. rom.* pag. 379.

ad tempus, sed etiam ad exemplum: de quo, cum quid certius habueris, scribe, quaeso, subtiliter. o! si praeclara illa conspiratio processerit, quanto meliori loco res nostrae fuerint! sed haec quoque melius scire aveo. Canisium etsi quanti facis, facile intelligo, tamen, si quid ad cumulum tui in illum amoris potest accedere, id ut mea causa accedat, a te vehementer etiam atque etiam peto. Nos hic doctissimum & optimum virum Petrum Sotum (*d*) tuum biduo habebimus; quem & ipse

(*d*) De eximio hoc dominicani ordinis alumno frequens in sequentibus Truchsesii epistolis incidet mentio. De eo vide Echardium *de scriptoribus ordinis praedicatorum*; a quo tamen vereor, ne homini, verissimis laudibus abundanti, nonnullae minus verae affictae esse videantur. Facio equidem valde invitus, ut cuiquam, praesertim tanti tamque ex animo a me culti ordinis scriptori, contradicam. sed omnes omnium necessitudines veritas vincit: & est, in studiorum, historiae praesertim, ratione, cujusquam gratia praevaricari turpissimum. ait igitur, post multa de Petro Soto vera atque praeclara, Echardius: *Renovata paulo post, anno scilicet 1561. synodo tridentina, eo se conferre a Pio IV. jussus est Sotus, ut theologorum a pontifice missorum princeps*. Contulit autem se ad synodum tridentinam Sotus non illo anno, sed insequente 1562. mense sive majo exeunte, sive junio ineunte. hoc ex Truchsesii ad Hosium per eadem tempora litteris, quas suis locis exhibituri sumus, perspicuum est. At illud de theologorum, a pontifice ad synodum missorum, principatu, valde considerandum est, verene Echardius affirmarit. cardinalis quidem Pallavicinius, in *historia concilii tridentini* lib. XVII. c.13. n.10. eumdem principatum Alphonso Salmeronio, S.J. theologo, non semel, sed iterum ac tertio quartoque defert. agens enim de quadam Salmeronii cum concilii legatis controversia, qui dicendarum a singulis theologis sententiarum tempus in semihorae spatium concludere volebant, *Il Salmerone*, inquit, *ch'era* IL PRIMO FRA' TEOLOGI PONTIFICII, *ricusò d' obbligarsi ad alcuna legge di tempo, dicendo, che, dove si trattava di far decreti a nome dello Spirito santo, non si voleva altra misura nell' esplicar suo parere, se non quella, che fosse inspirata dallo Spirito santo.... E, benchè i legati dicessero, che per* LA SUA PARTICOLAR QUALITA' *non sarebbesi con lui guardato così sottilmente, egli si tenne saldo in rifiutar ogni limite... Chi ha lette le opere di quel dottissimo scrittore sopra i vangeli, non potrà non istupirsi, che il Soave, per appetito di esser maledico, non ischifi di parer ignorante, osando di proverbiare quasi ragionator comunale un tal' uomo, che meritò d'intervenire come* PRIMO TEOLOGO *in quella sublime assemblea. Più veramente harebbe potuto rimproverare il Salmerone, che a Roma non piacque il suo contrasto alla prescritta limitazione del tempo; havendo il pontefice desiderato, ch' egli, appunto come* SUO PRIMO TEOLOGO, *prelucesse agli altri coll' esempio*. Contigerunt autem haec omnia mense julio anni 1562. cum jam ante id tempus ad concilium Sotus, quemadmodum supra significavimus, accessisset. Utri igitur de pontificiorum theologorum principatu credendum est, Echardione, an Pallavicinio? Mihi quidem, omni utriusque scriptoris contentione, odiosa fortasse futura, nunc praetermissa, satis argumenti est, Pallavicinium non nisi vera sibique plane explorata narrasse,

pontifex max. & amplissimus quisque avide expectat; ego omnium avidissime. divertet apud me: quod mihi erit jucundissimum (*e*). Vale. Romae. IIII. idus julii. M. D. LXI.

XLIV.

rasse, nec quidquam partium studio in sua hac narratione tribuisse, quod, quum eidem concilio Jacobus quoque Laynius, pontificius item theologus, interfuisset, essetque idem universae societatis Jesu moderator, & singularis ac plane admirandae doctrinae commendatione omnium ore celebraretur, huic potius, quam Salmeronio, neque tanto, vel ipsius Pallavicinii sententia ac testimonio, theologo, neque certe pari dignitate viro, principatum honorificentissimum illum historicus detulisset; siquidem, talem ac tantum historicum, sui ordinis hominibus gratificantem, mentiri voluisse, possumus suspicari. Sed reliqua Echardii de Soto, ad synodum tridentinam misso, videamus. *Quantum vero*, inquit, *apud patres sibi nomen fecerit, narrant rerum concilii historici legendi. Brentium certe, haereticum protestantem, a duce Vittembergensi missum, in publico congressu vicit ac prostravit, quem & antea scriptis confutarat. At, dum omnes viri sapientiam mirarentur, communique ore theologorum antesignanum acclamarent* (Hoc quidem, narratum ab historicis, quos legimus, non meminimus: narratum fortasse ab historicis *legendis* reperiemus. id si acciderit, injuriam ab iis factam queremur Vincentio Justiniano, Francisco Fureirio, Jacobo Nacchiantio, Leonardo Marinio, Hieronymo Trivisanio, Aegidio Fuscarario, aliisque compluribus ex praedicatorum ordine praestantissimis theologis (ut de caeteris sive clericorum sive monachorum coetibus sileam), qui omnes concilio tridentino una cum Soto interfuerunt, quique illo commilitone quidem suo gaudere atque adeo gloriari potuerunt, *antesignanum* vero agnoscere constantissime recusassent), *morbo is ex assumptis laboribus contracto, ingenti totius synodi luctu & desiderio, cum maxime necessarius videbatur, piissima morte evolavit ad superos an. 1563. die 20. aprilis*. De universae synodi ex Soti obitu maerore verissima tradit Echardius: quae eadem a binis ejusdem synodi legatis, Hosio ac Simoneta (qui, Hercule Gonzaga & Hieronymo Seripando haud ita pridem exstinctis, soli supererant), scripta ad card. Borromaeum, litteris die 22. aprilis 1563. datis, reperio; quarum particulam, ea de re, ac praeterea de Soti successore agentem, non minus tanti viri, quam universi ejus ordinis verarum laudum studiosus ac fautor subjicio. *E' morto*, inquiunt, *il P. Fra Pietro Sotto* (sic) *con dispiacere di tutto il concilio, per essere stato huomo di singolare dottrina & bontà. &, se paresse a sua beatitudine di sustituire un' altro in luogo di lui per suo theologo, noi le proponemo il P. M. Adriano del medemo ordine, ch'è tenuto persona dottissima*. At vero superiora illa, quae de Soti victoria ex *Brentio*, *haeretico protestante*, in eodem concilio relata, narrat Echardius, possumne ego, aut possit quisquam, non omnino hominum illius aetatis atque eventorum ignarus, inter veras Soti laudes recensere? quum certum atque exploratum sit, non modo Sotum numquam fuisse cum *Brentio* in concilio *congressum*, sed ne *Brentium* quidem aut *protestantium* quemquam ad concilium tridentinum, quamdiu in eo Sotus fuit, umquam accessisse.

(*e*) Fuit Truchsesio, fuit Hosio Sotus carissimus. ab eo tamen paullulum abalienatum deinde Hosium, quamque ob caussam, infra, ubi ad Truchsesii epistolas, mense septembri an. 1562. datas, venerimus, cognoscemus.

Digitized by Google

XLIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Hosii commodorum habitum iri rationem. Petrum Sotum Romam venisse. 19 iul. 1561.

QUomodo alii interpretentur literas tuas, nescio; etsi bene omnes, arbitror. neque enim quicquam audio, quo aliter existimem. ego certe in eam partem illas semper accipio, in quam scribuntur; id est in optimam. neque tu id, puto, dubitas. at non is consequitur exitus, quem volumus. video; neque ignoro aequitatem, aut etiam necessitatem postulatorum tuorum; quae & ipse subsequor semper oratione mea; ut verear interdum, ne molestior sim. sed mihi tali tempore studium tuum est antiquissimum; cui ut angor dolore minus in praesentia morem geri, sic non diffido, fore, posthac ut tui ratio habeatur; praesertim impendentibus aut jam urgentibus sumptibus itinerum, quos scribis. spectata est virtus tua, non ignota difficultas, prompta & parata voluntas principum. se enim mirabiliter ostendunt. rei celeritatem infinita negotiorum multitudo & magnitudo impedit. ego incitare non desino. succedent omnia, ut spero, ex sententia. tu ne dubites, quin tua dignitas praecipua habeatur, ac paene singularis. quod si quid cui datum est vel honorariae vel usitatae pecuniae, tibi tantundem persolvetur. scribo, quod audio, quod affirmant ii, a quibus pendemus: insto, urgeo: quod elicio, scribo ad te: si quid secus suspicarer, non committerem, ut, quam evanescere viderem spem, ad eam te vocarem. Habuimus aliquando Romae mirificum illum nostrum Sotum. is habitat apud me; qui tanto hoc contubernali glorior ac triumpho. sed idem, ut paululum se recrearit (est enim fessus de via), dabit ad te literas; in quo & amando & colendo, ne mihi quidem, qui ejus rei principatum mihi assumebam, concedere vult. hodie mane ad pontificem max. salutandum, & ad ejus osculandos pedes se contulit, ipsius jussu. reliqua igitur scies. Hungaricos casus & conspirationem illam, divinitus excitatam, melius aveo cognoscere ex tuis literis. Vale, pater optime, & mihi tuo ac reip. nomine charissime. Roma, XIIII. Kal. augusti. M. D. LXI.

XLV.

Otho Truchses Card. Augustanus praefecto Flandriae. (a)

21. jul. 1561.

Veteris inter se amicitiae memoriam renovat.

NEscio, an ulla unquam mihi gratior aut jucundior causa literarum, quas ad amicum darem, sit oblata, quam haec scribendi ad te, quo nullus mihi fere est amicus antiquior, nullus, quem ego, pro tua & mihi erga me perspecta voluntate, & singulari probitate atque prudentia, & excellenti virtutis ac doctrinae laude, pluris aestimem. quare magnam habeo gratiam iis, qui mihi hanc facultatem dederunt persolvendi tibi hoc officium epistolae; qua significarem, me veteris amicitiae nostrae memoriam incredibili quadam benevolentia conservare, & hortarer te, atque adeo rogarem, ut opera, studio meo, me denique ac rebus meis omnibus utare in iis, quae tibi commodo aut ornamento esse possint, non secus ac tuis utereris. nihil enim meum est, quod, ubi opus fuerit, nolim esse & mancipio & usu tuum. nam, quicum mihi omnes animi sensus tot annos conjuncti sunt, ab eo nihil praeterea sejunctum esse potest. Valetudinem tuam cura; qua ut diutissime secunda & salutari frui possis, Deum precor. Roma XII. Kal. augusti. M. D. LXI.

(a) Flandriae hic praefectus quis significetur, haud satis scio; nisi forte est is, de quo Franciscus Haraeus in *Annalibus belgicis* ad annum 1561. illa prodidit: *Reliquerat rex in Belgio ad belli negotia consiliaque Lazarum Zvvendium germanum, qui in caesaris atque regis exercitu honestissimos germanicae militiae ordines diu duxerat.*

XLVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Cardinali Atrebatensi. (a)

21. jul. 1561.

Cardinalicium galerum illi a Pio IV. missum gratulatur.

QUEM ad te mittit Pius quartus pontifex max. galerum cardinalitium, is mirificam laetitiam, quam ex amplissimo tuo honore ceperam, renovatam quodammodo cumula-

(a) Antonius Perenottus Granvellanus, etsi ab episcopatu atrebatensi ad mechliniensem archiepiscopatum translatus fuisset anno, ut Haraeus in An-

mulavit. itaque tibi singulare gaudium meum iterum (*b*) per literas significandum putavi, & gratulandum isto dignitatis gradu, in quo, tanto a pontifice max. facto de tuis meritis judicio, summa tum amplissimi collegii approbatione, tum omnium ordinum voluntate, collocatus es. Deum precor, ut sic eum secundet honorem, ut ipso diutissime ac salutariter uti possis. meum quidem tibi studium praecipuum, & eximiam benevolentiam atque observantiam ita profiteor ac defero, ut nullam hujus officii partem a me unquam sis desideraturus. Vale. Roma. XII. Kal. augusti. M. D. LXI.

Annalibus belgicis auctor est, 1560. tamen, ad cardinalatum a Pio IV. evectus, cardinalis atrebatensis vulgo appellari solitus est. Fallitur autem Haraeus, illa ad annum 1560. prodens: *Mense julio Antonius Perenottus Granvellanus archiepiscopus mechliniensis, ut diximus, designatus, etiam cardinalitio honore a romano pontifice Pio IV. decoratus est*. Non mense julio anni 1560. sed mense februario anni 1561. id contigit.

(*b*) Ergo gratulatus jam semel Perenotto Truchsesius fuerat cardinaliciam dignitatem. at ejus primae gratulationis epistola nulla in nostro exemplari comparet: nisi forte ea, quae sequitur, ejusmodi habenda est.

XLVII.

Otho Truchses Card. Augustanus Cardinali Attrebatensi. (*a*)

Epistola officiosa.

NON possum esse contentus usitata gratulatione honoris tui: plures enim & majores quotidie causae inde existunt uberioris laetitiae, cum ex singulari tua virtute ac pietate, in qua multum praesidii Dei ecclesiae positum esse, confido, tum in summa humanitate & in me benevolentia, quibus benigne mihi studium tuum polliceris; quam benignitatem in me, sui simillimam, grato animo & memori mente complector; vicissimque tibi polliceor ac defero quantum ipse opera ac studio meo niti ac praestare possum; vehementerque cupio praesentem aliquando videre & colere, ut meum erga te officium magis eluceat, & tuae praestantissimae virtutes huic sanctissimae sedi praesenti etiam ornamento esse possint: quod summopere cupio. Vale.

XLVIII.

(*a*) Hanc epistolam, nullo certo tempore notatam, superioribus litteris subjeci, quod & ad eumdem Perenottum data esset, & in simili argumento versaretur.

XLVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Comiti Tarnovio filio. (a)

a

26. jul. 1561.

In patris obitu conſolatio.

Vere tu quidem exiſtimas, neminem eſſe, cum a te & a tuis diſceſſeris, qui majorem ex parentis tui, praeſtantiſſimi ac paene ſingularis viri, morte dolorem acceperit, quam ego; qui illum merito ſuo ſic amabam, ut vobis modo, quibus natura neceſſe eſt, nemini praeterea, concederem. occurrebat etiam, eum virum, cujus ſimiles paucos noſſem, e vita migraſſe alieniſſimo nobiliſſimae provinciae (*b*) veſtrae tempore. accedebat, vel potius me omnium maxime commovebat, luctus ac maeror tuus, qui mihi, & herois clariſſimi patris tui & tuo ipſius nomine, chariſſimus es. quare, ut primum triſtiſſimum accepi nuncium, ſcripſi (*c*) ad te, &, quam breviſſime potui, ne ſcinderem longa commemoratione dolorem tuum, eum tractavi locum, qui illum caſum attingeret. in conſolatione etiam fui brevior, quod mihi tua nota eſſet & prudentia & fortitudo & religio; quibus intelligebam fore, ut, cum ea aetate, ea gloria, ea pietate, parens tuus deceſſiſſet, quae omnes admiratione afficeret, tu quoque, cum pio dolori tantum, quantum natura requirebat, dediſſes, ejus migrationem in caelum ſumma gratulatione proſequereris (*d*). venerunt mihi poſtea a te literae, pleniſſimae humanitatis & amoris erga me tui; quibus quid reſpondeam? niſi, ſi quid addi poterat ad amicitiam noſtram, quae tamen ſumma mihi videbatur, cumulatum eſſe hoc tempore; ut te dupliciter quodammodo amare cogar, tibique, haeredi paternae ut (*e*) fortunae & gloriae, ſic etiam amicitiae, quod ei debebam, ſtudium reddere. quod libentiſſime facio, teque, tuum apud me tuentem locum, & cernentem (*f*) haereditatem eximii mei amoris in parentem tuum, incredibili benevolentia complector. mea vero gratia (ſi qua eſt), opera, diligentia in te &

(*a*) Exſtant ad hunc eumdem cardinalis Putei conſolatoriae litterae, datae die 19. jul. 1561. ſic inſcriptae, *Joanni Chriſtophoro Comiti in Tornavo.*

(*b*) Poloniae.

(*c*) Litterae, quae heic ſignificantur, in noſtro exemplari non reperiuntur.

(*d*) *proſequeris* exempl. Gratianus emendavit.

(*e*) & exempl. Correxit idem.

(*f*) Neſcio quae alia vox fuerat in exempl. Eam Gratianus induxit, & *amantem* ſubſtituit. ego germanam lectionem ex cod. vatic. repoſui. Vide epiſt. *Mirum eſt* d. 3. jul. 1561.

te & commendando & ornando, tibi debita merito tuo, semper erit paratissima. quanquam praestans nobilitas tua, mirifica humanitas, &, quod caput est, excellens pietas ac religio te ita bonis & principibus viris, ita ipsi pontifici max. commendavit, ut nihil te illis (g) aut charius aut clarius esse possit. quae me laus tua, paene divina, & omnium in te benevolentia, tanta voluptate (h) afficit, quantam animo maximam capere possum. reliquum est, ut tibi vitam & incolumitatem eam precer, quae digna est egregiis tuis animi ingeniique ornamentis, ut, si quid ad diuturnitatem aetatis, vel ad felicitatem clarissimo principi, patri tuo, poterat accedere, totum id tibi sit Dei benignitate reservatum. me vero ac mea omnia, etsi tua esse, jandiu scis, tamen ea tibi, ut magis intelligas ita esse, nunc etiam polliceor ac defero. Vale. Romae. VII. (i) Kal. augusti. M. D. LXI.

(g) *aut illis charius &c.* exempl. Priorum duarum vocum transpositione videor corruptum locum sanavisse.

(h) *me voluptate* exempl. Emendavi.

(i) VIII. cod. vatic.

XLIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Friderico Truchses fratris filio.

Hieronymum Lippomanum commendat.

30. jul. 1561.

QUI tibi has literas reddet, est Hieronymus Lippomanus, abbas venetus, juvenis cumprimis (a) nobilis, pontificis max. cubicularius; quem non solum propter familiae splendorem, majorumque virtutem, sed etiam propter ipsius probitatem & humanitatem, in meque observantiam, & mihi perspectam benevolentiam, valde diligo. is, quando est in comitatu Hippolyti Estensis (b), cardinalis amplissimi, qui in Galliam

(a) *comprimis* exempl. Emendavi.

(b) Assentior Barptolemaeo Riccio lugiensi, in pernobili illa ad Herculem, ferrariensium ducem, Hippolyti hujus cardinalis fratrem, epistola, contendenti, non *Estenses*, neque *Atestinos*, sed *Atestios* tum illos tum reliquos ex eadem familia latine dici oportere, similemque rationem in caeterarum familiarum nominibus appellandis esse servandam. dignissima, quae ab eruditis hominibus legatur, illa mihi epistola semper visa est: magnaque est ab iisdem habenda gratia C. V. Thomae Emaldio, qui, patavina omnium Riccii operum editione, anno 1748. procurata, ejus legendae, cujus vix jam exemplaria reperiebantur, omnibus, qui vellent, copiam fecerit. Sed Pogiano danda venia est, eadem, quam multis aliis tum ejusdem tum superioris atque etiam consequen-

liam venit ſanctae ſedis apoſtolicae legatus (c), eſt etiam tui illic

ſequentis aetatis ſcriptoribus dari, aequiſſimum eſt. vincit enim ſaepe conſuetudo rationem; nec ſemper homines, vel doctiſſimi, ut rectiſſime debet, ſed, ut uſitatiſſime ſolet, ſibi ſcribendum exiſtimant: faciuntque, quod auctor in hoc genere certe graviſſimus M. Cicero (*In Oratore cap.* 160.) facere ſe, aurium convicio extorta ſibi veritate, coactum eſſe, confitetur, ut loquendi ſcientiam ſibi reſervent, uſum populo ſaepe concedant. nos ipſi, qui Riccii ſententiam illam de familiarum nominibus veriſſimam exiſtimamus, quique adeo gentem noſtram, hominis argumentis adducti, ex Lagomarſina Lagomarſiniam ab aliquot jam annis ſine dubitatione fecimus, idemque in omnibus reliquis jure eſſe faciendum, perſuaſum habemus, tamen auſi non ſumus, nec vero audemus, prorſus in omnibus id primi facere. itaque & Borromaeos, & Commendonos, & Gratianos, & Pogianos, & multos praeterea ita appellamus, quemadmodum a pleriſque atque adeo a ſe ipſi appellari conſueverunt. Sed erit fortaſſe tempus, cum magis veritati, quam conſuetudini ſerviet, &, quod inſolens modo habetur, erit tum uſitatum, noſtraeque fortaſſe nimiae verecundiae poſterorum potior audacia ſuccedet.

(c) De hac card. Hippolyti Ateſtii legatione Pallavicinius l. XV. c. 12. n. 1. *Perpetuamente*, inquit, *ſi rinovavano* colà (in Francia) *da' fautori dell'ereſia le propoſizioni di concilio nazionale, ad intento, che ſi ſtabiliſſe quivi una particolar religione del tutto ſciolta dalla podeſtà di Roma, come allor nell' approvamento, così poſcia nell' eſercizio. Queſte coſe fecero conſiderare al pontefice, che ſarebbe ſtata neceſſaria per quel reame la meſſione di un legato di gran ſenno per sì ardui e ponderoſi negozij, e inſieme di grande autorità nel paeſe .... Amendue queſte doti gli parve di trovar in Ippolito cardinal di Ferrara, huomo riputatiſſimo di prudenza, per la quale era ſtato più volte propinquo ad eſſer creato ſupremo rettor della chieſa: la cui cognata, moglie del duca Ercole, havea ricevuto l'eſſere dal rè Lodovico duodecimo, e la cui nipote era moglie di Franceſco duca di Guiſa: ed egli havea ſempre non ſolo in Roma, ma in tutta Italia eſercitata come un'alta ſopraſtanza a' più gravi affari della corona franceſe. onde non poteaſi mandar colà perſonaggio nè più accetto per confidenza, nè più riverito per grandezza, nè più valido per parentadi ...... Fù egli deputato alla legazione il dì ſecondo di giugno, e 'l venteſimo ſeſto ricevette la croce per dipartirſi.* Magno praeſulum, doctrina atque opibus praeſtantium, comitatu profectum eſſe hunc legatum, intelligimus ex litteris cardinalium Herculis Gonzagae & Hieronymi Seripandi, concilii legatorum, ad card. Borromaeum die 6. jul. 1561. Tridento datis: *Una coſa ci pare di dover ricordare a V. S. illuſtriſſ. in queſto propoſito, cioè, che, quando monſignor illuſtriſſ. di Ferrara con l'agiuto di Dio haveſſe indotto il rè chriſtianiſſimo a mandar una buona parte delli ſuoi prelati al concilio, o quando già foſſero incaminati prima, che ſua ſignoria reverendiſſ. giungeſſe alla corte, o vero s' incaminaſſero dopo la giunta ſua, noi giudicareſſimo, che foſſe molto al propoſito del beneficio univerſale & del particolare di ſua ſantità, che ſua ſignoria reverendiſſ. ſenza perdervi punto di tempo rimandaſſe in Italia quei prelati, che mena con ſeco, acciò che foſſe tanto maggior il numero quì delli prelati dotti & confidenti, come ſono eſſi, & ricchi; onde non haveſſero a dar moleſtia & gravezza a ſua beatitudine per eſſere trattenuti quì, & ancho per ſchiſar quello, che a noi pareria, che foſſe inconveniente, che*

istic (*d*) & vivendi & cognoscendi cupidissimus: cujus tibi & voluntatem cupiditatemque significandam putavi, & ornatissimum nostrique amantissimum juvenem magnopere commendandum. itaque eum hilare ac benigne accipies, ipsique amorem & studium tuum sic declarabis, ut intelligat, eos, qui a nobis merito suo amantur & probantur, eodem apud te etiam esse loco. idem Carolo quoque, suavissimo fratri tuo, censeo faciendum, quem & exemplo & hortatu tuo istius officii debes admonere, & in hanc quasi humanitatis ac benignitatis viam tecum deducere. desidero praeterea literas vestras, quae me doceant de omni ratione valetudinis & studiorum vestrorum. si quid autem est, quod vobis a me opus sit (quando nostra omnia vestra esse, intelligitis), id a nobis vestro jure petite. Deum precor, ut vobis perpetuo adesse velit. Valete: tuque meis verbis jucundissimum fratrem, praeceptoremque tuum (*e*) salutabis. Roma. III. Kal. augusti. M. D. LXI. (*f*)

che i prelati francesi venissero di Francia in Italia al concilio, & gl' italiani all'incontro partiti d'Italia dal conspetto di sua santità, quando il concilio è aperto, havessero da restar in Francia dopo la partita delli francesi, per far cosa senza dubbio d'assai minor importanza, che non sarà quella, che qui s' haverà da trattare, alla quale essi sono principalmente obligati. &c.

(*d*) Biturigibus. Vide epistolam *Eu tuis* d. 28. sept. 1560.

(*e*) Joannem Spazium. Vide eamdem epist.

(*f*) 1562. exempl. Emendavi. nam certum est, gallicam card. Hippolyti legationem in annum non 1562. sed 1561. incidisse.

L.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Nihil jam morae concilio tridentino instaurando fore; eique interesse valde se cupere. e. aug. 1561.

CUM multa in dies magis de concilio spem meam confirmant, tum vero maxime egregia alacritas hispanorum, quorum voluntas in utranque partem, hoc quidem tempore, magnum rebus momentum videtur afferre. nec vero unquam de eorum animo dubitavi, quorum praecipuam fidem & pietatem semper esse duxi: quinetiam illam cunctationis speciem, ut tu interpretaris, ad rei opportunitatem accommodatam fuisse, judico. est autem, quod Deo gratias, quantas possumus maximas, agamus, quod illi (*a*), qui rem maxime omnium distinere videbantur, in officio sint, & paene principes celeritatem

(*a*) *alii* exempl. Emendavi.

incitent. hic unum illud agitur, ut omnes nodi expediantur, omnes morae tollantur. erunt igitur omnia, ſpero, ut volumus, rebus, ut ſcribis, ita toto terrarum orbe conſtitutis, ut cunctae fere in Dei eccleſiae tempus convenire videantur. neque
b enim dubito, quin iſtis quoque regis veſtri (*b*) incommodis ac difficultatibus remedium aliquod divinitus aſſeratur, quo rex veſter praeclarum animum ſuum in reipublicae conſtitutionem re ipſa declarare poſſit. hujus de concilio exploratae quodammodo ſpei gratulationem & ſtudium tuum ſummo ipſe ſtudio & pari gratulatione complector. unum quidem illud optarim (quod vereor ut aſſequi poſſim; ſed tamen ſic opto, ut videar aliter quieſcere non poſſe), ut in illo tridentino coetu ſim doctiſſimorum ac ſanctiſſimorum virorum. quo etſi magis animatus, quam paratus, accederem, tamen huic etiam animo, pro ſua incredibili benignitate, fortaſſe aliquid adjungeret facultatis Deus. ibi te quidem non eſſe, valde doleo. nam video, quantum in tua & doctrina & prudentia, quae tota nititur chriſtiana pietate, catholicae, id eſt caeleſti, cauſae futurum ſit adjumen-
c tum. Libri tui (*c*) ſunt in bonorum & doctorum hominum manibus; leguntur, probantur, miris laudibus in caelum efferuntur. quod ut mihi novum non eſt, ſic ita eſt jucundum, ut ne tibi quidem concedam, ut majorem ex ea re voluptatem capias, quam ego. Nihil mihi eſt longius, quam ut aliquando de adventu cardinalis varmienſis noſtri Tridentum certior fiam; cujus profectionem iſtinc optimis proſequor ominibus: viatico etiam velim. ſed id illis confido curae fore, atque adeo jam eſſe, qui debent, & maxime (ut mihi quidem videntur) volunt. Vale. Roma. IIII. non. auguſti. M. D. LXI.

LI.

(*b*) Sigiſmundi Auguſti, Poloniae regis. Puteus ad eumdem Cromerum litteris, die 9. aug. 1561. datis, *Canobio*, inquit, *cupio proſpere profectionem hanc ſuccedere, magiſque illud, inter regem & moſcum ſpe pacis injecta, tandem, Chriſto adjuvante, concordiae atque verae amicitiae foedera iſtum confirmatumque iri, eaque nullis unquam poſthac diſſidiis convelli.*

(*c*) Ille fortaſſe in primis, de quo idem Puteus ad eumdem Cromerum die 29. mart. 1561. ſic ſcripſerat. *Ante diem ab hinc quintum reverendiſs. Auguſtanus ad me librum tuum de eccleſia Dei tertium miſit, una cum litteris tuis &c.* Vide de Cromeri libris epiſtolam *Tametſi* d. 2. mart. 1560. & epiſt. *Expecto* d. 31. aug. 1560.

L I.

Otho Truchses Card. Augustanus Roberto a Berges Episcopo Leodiensi. (a)

De suo erga eum studio & officiis. De Laevino Torrentio Leodium redituro. De Vonchio. 2. aug. 1561.

INtelligo, studium & officium meum, dignitati tuae debitum, ea re in dies singulos verius & illustrius a me requiri, quo plus mihi oneris tua insigni virtute & humanitate erga me, tantis & agendis & habendis gratiis, imponi sentio. quare ne verbis quidem id jam conabor exponere, quod mihi re praestandum esse video, si mei similis, id est si tui memor, esse velim. tantum igitur dicam, me semper in tuis rationibus curam & cogitationem susscepturum esse, tuorum in me meritorum & mei officii dignam (b). Quod de Torrentio (c) nostro revocando scribis, nisi causam adscriberes necessariam, de ejus reditu fortasse pluribus disputarem. sed omnem disputationem rei necessitas adimit. quare, quod in hac parte praetermittere non debeo, dabo amori in Laevinum (d) meo, qui propter excellentem ipsius animi atque ingenii laudem est eximius, maxime vero veritati debitum testimonium. non arbitror, quenquam (ut omittam studium ejus, & fidem singularem, tibi spectatam & cognitam) cujusquam multos jam annos Romae negotia procurasse, qui suo magis officio opera, cura ac diligentia satisfecerit, quam is; qui momenta temporum, quae in actione plu-

 rimum

(a) De hoc Roberto a Berges vide epist. *Ut excellens* d.19. maji 1560.

(b) Non plane inusitate dictum est *meritorum & officii dignam*. Plautus in Trin. act.5. sc.2. v.29. *Non ego sum dignus salutis*. Phaedrus lib.4. fab.20. *Quidquid putabit esse dignum memoriae*. Balbus apud Cic. ad Att. l.VIII. epist. penult. *Obsecro te, Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuae virtutis*.

(c) Laevinus Torrentius, negocia leodiensium episcopi procuraturus, Romam venerat. Vide epist. *Ut excellens* d.19. maji 1560. & epist. *Video te* d.25. jan.1561. Roma hoc ipso mense, episcopo suo Truchsesii hac epistola valde commendatus, discessit. Vide Latinii binas litteras, alteras ad Andream Masium, alteras ad Joannem Metellum Sequanum, nonis augusti 1561. datas.

(d) *Levinum* exempl. Emendavi & heic & alibi; quod in vaticanae bibliothecae volumine, quo plurimae ad Guilielmum Sirletum clarorum virorum epistolae autographae continentur, in Torrentii epistolam pag. 89. inciderim, Leodio Romam nonis febr. 1562. datam, in qua se non *Levinum* sed *Laevinum* subscribit.

rimum possunt, melius observarit; qui, quid dicto aut facto opus esset, viderit acutius; qui mandata sit persecutus majore consilii aut orationis commoditate; qui denique iis, quibuscum illi agendum fuit, gratior aut jucundior fuerit. quare magnum apud omnes sui relinquet desiderium. quod eo libentius scribo, quod ad laudem tuam pertinere existimo, habere te talem clientem, tibique addictum hominem, cujus virtus, praeter utilitatem, quam res habet, ac dignitatem, tui (*e*) praeterea judicii elegantia quanta sit, ostendit. Vonchius (*f*), &, quae ab illo & mecum, & per me cum aliis agentur, tua negotia, ut debent, maximae mihi curae fuerint. Vale. Roma. IIII. non. augusti. M. D. LXI.

(*e*) *ejus* exempl. Gratianus emendavit.

(*f*) Contra hunc versum mendi notam adscripsit in exemplaris margine Gratianus. mendosi ego nihil video, nisi quod *Vonichius* ibi pro *Vonchius* legitur. Fuit autem Joannes Vonchius leodiensium episcopi negociorum Romae procurator, Laevino Torrentio, Leodium redeunti, suffectus: quem, una cum episcopi negociis, maximae sibi curae fore, Truchsesius dicit.

L I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi. (*a*)

9. aug. 1561.

De instante Hosii Tridentum profectione, rei familiaris angustiis, & accessione tituli S. Laurentii in Panisperna.

Nihil mihi profectione (*b*) optatius, nihil erit adventu Tridentum tuo jucundius. accedet tua praesentia multum animi bonis & piis: erit Dei causa munitior: mihi denique major facultas fuerit & scribendi ad te, &, quod pluris facio, tuarum literarum: postremo, cum eo veneris, videberis tanquam ab extremitate profectus medium attingere. reliquae angustiae (*c*), spero, explicabuntur. quanquam, de mille (*d*) quod scribis, falsum videtur. non enim si id esset, ego ab illis, praesertim percu-

(*a*) Edidit hanc epistolam ante nos Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* pag. 177.

(*b*) Vienna Tridentum.

(*c*) rei familiaris.

(*d*) Pro hac voce Gratianus substituit *N.* Ego priorem lectionem revocavi. Scripserat fortasse Hosius, mille nos nescio quos nummos reliquis duobus concilii tridentini legatis Gonzagae ac Seripando a pontifice fuisse attributos, & sibi non tantumdem attribui, questus fortasse fuerat. Negat, esse illud verum, Truchsesius.

percuriosus, de eo, puto, caelatus fuissem; vel, si id etiam belle occultassent, non tamen idipsum alicunde (e) non essem odoratus. sed, ut dixi, commentitium id est: quod ita esse, mox apparebit. De promisso quod scribis, doleo, non id esse factum. repraesentatione (f) enim video tibi opus esse, nedum ut ii, quibus negotium datum est, ut pecuniam solvant, ad tempus non respondeant: tametsi praestiterit, multum ab iis deberi: plures enim pensiones uno tempore percommode exigentur. tu modo, pater optime, salvus & incolumis Tridentum venito; quod summis a Deo precibus peto. reliqua, eodem Deo approbante, erunt ut volumus. ego efficiam, ut illis potius sim de te molestus, quam ut tibi negligens videar. Heri pontifex (g) te sancti Laurentii in Panisperna (h) titulo ornatum

(e) *aliunde* exempl. Praetuli lectionem Tabularii.

(f) Non mirum est, repraesentata pecunia Hosio opus fuisse, quem ex commentariolo quodam ms. in bibliotheca collegii hujus nostri romani adservato, didici, Vienna profectum, Tridentum die 20. aug. 1561. pervenisse cum familia capitum omnino sexaginta, & magno praeterea jumentorum numero.

(g) *sanctiss. dominus noster* Tabul.

(h) *Palisporna* exempl. *Palisperma* Tabul. Emendavi. Unde autem hoc nomen derivatum sit, & sacrae huic aedi inditum, valde controversa atque admodum incerta res est. Insigniorum aliquot scriptorum opiniones referam, ipsismet eorum verbis usus, nullum judicium meum interponens. Floravantes Martinellius in opere *Roma sacra* sub titulo *S. Laur. in Panisperna* pag. 139. edit. roman. an. 1653. *Sic*, inquit, *corrupto vocabulo appellatur hoc templum, sed dicendum* In Perperna. *plura etenim monumenta, & inscriptiones a Grutero relatae, alias hic extantes, ab aliquo hujus familiae viro excitatum fuisse templum, nobis suadent; ut pluribus demostravimus in nostro libercnlo italico* DE ROMA, *bis edito*. Significare autem videtur opus illud suum, cui titulus est *Roma ricercata*: in quo pag. mihi 102. *In quanto*, inquit, *all'etimologia del sopranome* Panisperna, *credo, che sia corrotta, e che si debba dire* In Perpenna *o* Perperna. *poichè dall'inscrizione di Petronio Perperna, prefetto di Roma, ristoratore delle terme constantiniane (le quali secondo alcuni si stendevano in questa parte del viminale) accennata da Francesco Albertino, e riferita dal Fulvio, Mazochio, Marliano, e Grutero, e da un' altra inscrizione di Perpetua, moglie d' Elpidio, trovata in questa medesima chiesa, e riferita dalli detti Mazochio e Grutero, raccolgo, che o il luogo fu di questa famiglia, o la chiesa fu edificata dalla medesima, dalla quale ha la chiesa preso il sopranome: dinotando anche ciò quella preposizione* in *significativa del fondatore della chiesa, o padrone del luogo; com'è notissimo. La corrutela del sopranome è stata facile ad introdursi nel volgo per qualche accidente di abbreviatura, per la quale si è mutata la prima sillaba* per *in* pane: *com'è successo a Francesco Albertino, che ha inteso qui il* per, *ed ha lasciato scritto nel capitolo* de thermis *della sua* Mirabilia „ *Ibidem (cioè in thermis Constantini) in fracto lapide marmoreo* Petronium qui penna *urbis praefectum illas reparasse legitur*. „ *doven-*

natum voluit; quod templum est in colle viminali, ad thermas

dovendosi dire Petronium Perpennam. *Appare un simile errore nel cap.27. n.9. del libro* 8. *di varii trattati criminali di Tiberio Deciano, il quale riferendo la relegazione di Marco Perperna console* 129. *anni avanti la venuta di Cristo, scrive* per perna, *quasi che la prima sillaba non sia unita al* perna.

Pancirolius in suo opere, inscripto *Tesori nascosti &c.* pag. mihi 273. *Quanto agli altari*, inquit, *o tempii quì dedicati a Giove, o che fossero due, overo uno con due nomi, uno fu detto Viminale per la detta ragione, l'altro Fagutale da un alto e bellissimo faggio, lì vicino; e il sacrifizio, che a Giove quì si faceva, fu detto Fagutale, forse da' porci, che ivi si sacrificavano: attesochè tali animali si pascono delli frutti del faggio. e perchè nel sacrifizio d' animali si riservava sempre qualche parte per i sacerdoti & altri, volsero alcuni, che questo luogo fosse detto* Panisperna *da* perna, *che in latino vuole dire* presciutto, *e* pane *che con esso si mangiava. Parve ad altri troppo stirata questa derivazione, e vogliono, che venga detto* Panisperna *da una famiglia così detta.*

Carolus Bartholomaeus Piazza in opere, quod inscripsit *Eorterologio overo le sacre stazioni romane*, edito Romae an. 1702. pag. 119. *Dubbiosa*, inquit, *ancora è la cagione appresso li scrittori e antiquarj delle cose di Roma, perchè chiamisi questa chiesa ....* in panisperna, *o, come altri la chiamano*, in palisperna. *perochè alcuni vogliono, che così si addimandasse da uno chiamato di questo nome della famiglia, che fabricolla. altri dicono insieme col volgo di Roma, che quì fu una donna chiamata* Perna, *e che questa vi ebbe un forno, il quale fin'oggi vi dura, e che dal pane di Perna sia derivato tal sopronome.*

Famianus Nardinius in suae *Romae veteris* libro IV. cap.4. *Hoc autem*, inquit, *nomen quod attinet, non displicet mihi Martinelli opinio, existimantis in* Roma ricercata *derivatum illud a Perperna illo Quadrato, quem thermas Constantini restituisse, inscriptio nos vetus docet, a Fulvio allata, aliisque: cui opinioni multum ponderis alia quaedam addit inscriptio, quae, in eadem ecclesia S. Laurentii in Panisperna reperta, a Grutero in hunc modum descripta est.* ,,, Perperniae. Helpidi. Coniugi. Optimae. Piissimae. Sex. Aemilius. Murinus. Permissu. Athicti. Amici. L.Cloclias. P. ,,,

Franciscus Gonzaga apud Ciampinium in opere *de sacris aedificiis* cap.14. pag. 138. *In altera*, inquit, *exquilini bisidatique montis parte ... ubi Olympiadis thermae praeextiterant, strenuusque Christi athleta Laurentius in craticula assatus, glorioso martyrio coronatus fuit, ecclesia quaedam in ejusdem S.Martyris honorem a fidelibus christianis constructa est. quae tandem a Longobardis ad terram dejecta, a pientissimo quodam Santulo Hursino presbytero sub eodem prorsus titulo reaedificata extitit: cui &* Panis Pernae *cognomen a sequenti eventu evénit. laborabat siquidem, dum forte fortuna aedificaretur, urbs Roma maxima panis penuria, cumque latomis caeterisque caementariis conquerentibus, ac coepti operis desertionem, nisi sibi de pane provideretur, minitantibus, anxius presbyter cunctas domos lustraret, in cujusdam pauperculae mulieris, nomine Pernoe, furnum, ecclesiae contiguum, quem adhuc sub eadem cernere licet, incidit, ibique derelictum, magnaeque quantitatis, atque excellentissimae albedinis panem, ad nullum tamen spectantem, invenit. quem tamen acceptum atque in partes divisum operariis distribuit. quibus omnibus refectis, tantum residui fuit, ut ad aliquot dies illis suffecerit. quod miraculo, ut par erat, tribuens ipse Santulus, voluit,* ut

Digitized by Google

mas Olympiadis, cum per se in primis religiosum, tum vero etiam nobile singulari & castitate & pietate sacrarum virginum, quae eum locum incolunt. de quo (i) & te admonendum, & tibi gratulandum putavi. Vale. Romae. v. id. augusti. M. D. LXI. (k) i k

ut praefata ecclesia S. Laurentii Panis Pernae in posterum appellaretur. Hactenus Gonzaga. tum pag. 139. ipse Ciampinius, *Insuper*, inquit, *in quodam antiquissimo Ordine romano collegiatae ecclesiae S. Mariae de Rotunda idem locus* DE PALYPERNO *denominatus legitur*.

Denique anonymus in opere inscripto *Roma moderna* pag. 110. edit. an. 1741. *Vogliono alcuni*, inquit, *che acquistasse il nome di* PANE E PERNA *da una distribuzione, che quotidiana ivi si faceva di carne e pane*. In ore tamen romani vulgi frequentius hac aetate audias *Palisperna*, quam *Panisperna*.

(i) Tabul. inserit *pater amplissime*.

(k) 1562. exempl. Gratianus emendavit.

LIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

Litterarum argumentum tridentinas actiones posthac fore. De Hosii & Praerembii Vienna discessu. 9. aug. 1561.

Simus igitur in scripto crebriores; &, quoniam non licet, quod liberet, & fortasse esset ex usu reipublicae, nos una esse, leniamus utriusque desiderium frequentia literarum; quarum nobis argumentum suppeditabunt tridentinae actiones. Praeclare vero tu ac pie regem (a) ac gnesnensem (b) eodem vocas; quorum partes, spero, praesertim te hortatore assiduo, non desiderabuntur. Mansio tua istic (c), etsi minus tibi jucunda est, tamen cum regi tuo, tum erit etiam reip. fructuosa; ut molestia vinculorum (d) tanti non sit, quanti utilitas publica, quam semper privatis rationibus praetulisti. quo minus etiam Hosium & quinqueecclesiensem (e) nostros a te profectos moleste feres, qui, quod ad causam publicam (f) accedunt, magno ei & adjumento a b c d e f

(a) Sigismundum Augustum.

(b) Praerembium, Poloniae primatem. De eo agitur in epist. *Hosium tuum* d. 21. mart. 1560. & ad eum sunt aliquot Truchsesii epistolae, supra a nobis allatae. At vero in inscriptione epistolae Pii IV. ad eum, inter Hosii editas recensitae num. 84. non *Praerembius* is, sed *Pizerembskius* appellatur.

(c) Viennae.

(d) Scripserat fortasse Cromerus in suis ad Truchsesium litteris, negocia Sigismundi regis, quae sibi reliqua cum caesare tractanda superessent, accidere sibi molesta, ex iisque cupere se, tamquam e vinculis quibusdam, evolare.

(e) Georgium Drazcovicium. de quo vide epist. *Qui tibi* d. 2. jun. 1560.

(f) Ad concilium tridentinum. etsi Drazcovicius non nisi medio januario sequentis anni Tridentum pervenit. Vide epist. *Satis equidem* d. 28. jan. 1562.

mento fuerint & ornamento. prosequamnr igitur eos optimis ominibus: tuque, vir optime ac doctissime, Cromere, confer istam doctrinam, istam eloquentiam, istam denique prudentiam, quibus excellis, ad ecclesiae dignitatem, quam adhuc istis ipsis animi & ingenii tui bonis in primis auxisti & ornasti. Vale. Roma. v. id. augusti. M. D. LXI.

L I V.

Otho Truchses Card. Augustanus Episcopo Quinqueecclesiensi. (a)

a

9. aug. 1561.

Venturum ad concilium tridentinum bonis ominibus prosequitur.

AVebam jandiu scire quid ageres, tuasque literas avide expectabam, cum a Cromero nostro mihi literae venerunt, te male habuisse; sed tibi jam melius factum esse, seque brevi fore sperare, ut concilii causa Tridentum proficiscare. incredibiliter laetatus sum, te & convaluisse, & in iis locis futurum, ubi saepius mihi tecum quasi (b) per literas colloquendi facultas erit. gratulor etiam catholicae ecclesiae, gratulor piis omnibus, quibus non parum & adjumenti & ornamenti accedet in praesentia tua: Deum vero precor, ut te proficiscentem sua benignitate prosequatur. Vale. Roma. v. id. augusti. M. D. LXI. (c)

b c

(a) De his litteris agitur in epist. *Ego vero & Herculi*, data ab eodem Truchsesio ad Hosium die 13. nov. 1561.

(b) Mallem *quasi colloquendi per literas facultas &c.*

(c) 1562. exempl. & cod. vatic. Emendavi.

L V.

Otho Truchses Card. Augustanus Roberto a Bergës, Episcopo Leodiensi.

11. aug. 1561.

Torrentio, Leodium redeunti, honorificum testimonium dat.

a

EX eo die, quo Torrentius (a) noster ad me venit cum tuis & literis & mandatis, habui ego ei fidem in omnibus negotiis, quae & mecum & per me egit; neque studium aut operam

(a) Vide epist. *Intelligo* d. 2. aug. 1561.

tam ab illo meam sum, quantum in me fuit, passus desiderari. qua de re quoniam docuit ipse saepe te, deditque mihi apud eundem te testimonium officii mei, ego nunc, quia vicissim testis sum operae ac laboris ipsius in tuis rebus omnibus, debeo eidem, istuc redeunti, quantum modo veritas postulat, gratiam referre. neque vero meus in illum amor hoc loco quidem, ut de eo plus dicam, quam quantum in re est, a me impetrabit. amori enim alias satisfaciam: nunc, quod debeo, persolvam officio. praebuit igitur in persequendis mandatis tuis Laevinus se eum, qualem in aliis meis ad te literis (b) scripsi; b idque est consecutus, ut omnes, quibuscum ei negotium fuit, optent, sibi ejus similem dari procuratorem, nullamque rem existiment esse tantam, quam is prudentia & virtute sustinere non possit. ad quorum omnium meamque de illo sententiam accedit cumulus pontificii testimonii & commendationis; cui quidem pontifici is ita gratus & jucundus est, ut, nisi modestia, in primis vero fide, impediatur (quod nihil quodammodo sua causa agendum putat, omnia metienda utilitate ac dignitate tua existimat), nihil non impetrare possit a pontifice maximo. sed de Laevino hoc parcius scribam, quod ei has ad te dedi literas, cujus excellentem in omni genere & intelligendi & agendi laudem mirificus quidam temperat pudor. nam fructum virtutis actione definit, a commemoratione quodammodo abhorret. tantum igitur tibi gratulabor optimo hoc tuorum (c) romanorum negotiorum procuratore, cupiamque, quod c jam fore non dubito, praestantium tuorum meritorum eam haberi rationem, ut, Torrentii industria quanta sit, in omni honoris ac dignitatis accessione experiri possis. Vale. Roma. III. idus augusti. M. D. LXI.

(b) Easdem illas, proxime a nobis indicatas, intelligit.

(c) *ejusdem* exempl. Gratianus emendavit.

L V I.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Rogat, ut sua & dicta & facta in bonam partem accipiat: & Hippolytum Bardium commendat. 16. aug. 1561.

QUas ad me dedisti literas de tua Tridentum profectione, hae mihi gratissimae fuerunt. non enim dubito, quin non solum tibi ad animi tui fructum, sed etiam ad eccle-

ecclesiae Dei dignitatem, plurimum profuturus sit adventus illuc tuus. Quae a me hic aguntur, etsi mihi persuadeo, existimare te eo agi animo, quo & decet & oportet agere eum, qui in te & amando & colendo, merito tuo, nemini concedit, tamen, quia omnis benevolentia & observantia morosa quodammodo & sollicita esse solet; a te, vir amplissime, quaeso, ut mea omnia & dicta & facta de te in optimam partem accipias. Quem tibi commendaram, mihi a carpensi cardinale ornatissimo commendatum, Hippolytum Bardum carpensem, eundem summo studio iterum commendare cogor: cui, si locus a veste apud te esse non potest, quod ei rei alterum fortasse praefeceris, non deerit, in quo ejus opera utaris. sunt aliae curae, alia studia, alia negotia, in quibus ille summam fidem ac diligentiam (si hominem receperis) tibi praestabit. omnino, ut eum ad aliquem domesticum usum adhibeas, a te vehementer peto. Deum precor, ut te salvum & incolumem servet. Vale. Ro-
a mae. XVII. (a) Kal. septembris. M. D. LXI.

(a) 18. *aug.* 1562. cod.vatic.

L V I I.

a Sanctissimo Patri Pio IV. Antonius Eparchus. (a)

17. aug. 1561. *Instaurandi concilii opportunitatem magna cum Pii IV. pontificis laude commemorat: ad id vero nullos graecos, propter Solimani tyrannidem, posse accedere: se tamen, quamquam septuagenarium, si jussus sit, alacriter accessurum.*

EDictum tuum, pater beatissime, de sacro concilio nobis antiquissimum ac sanctissimum fuit; cujus cum summo studio & cupiditate flagraremus, statim hoc laetissimo nun-
b tio (b) sitientes animos nostros quasi ubertate quadam aquae spiri-

(a) Hujus epistolae in nostro exemplari, itemque in cod. vaticano haec erat inscriptio, *Ad Pium IV. pont. max. e graeco in latinum a Pogiano conversa*: nullo ejus, a quo scripta ac data fuisset, notato nomine. quod ego nomen didici ex alio ejusdem epistolae exemplo, quod in quodam Gratianorum apud tiphernates familiae manuscripto volumine reperitur cum hac inscriptione, *Sanctissimo patri Pio IV. Antonius Eparchus*: quam eamdem, veteri sublata, in nostram hanc editionem transtuli; variantesque illius manuscripti voluminis lectiones hoc loco subjeci. Quis autem Eparchus hic fuerit, prodidit ipse de se partim in hac epistola, partim in alia ad Guilhelmum Sirletum, quam non multo post exhibebo.

(b) *nuncio* ms.

Digitized by Google

ſpiritualis (c) explevisti. quare in ſpem maximam adducti ſunt graeci homines, fore, ut a bonis omnibus ſummam in terris gloriam, a Deo vero piis in caelo conſtitutam mercedem conſequare. ſe quidem certe, te (d) ſacrum hoc cogente & habente concilium, in libertatem vindicatum iri, reliquas vero etiam chriſtianae reip. partes a continuis tot annorum caſibus & (e) calamitatibus conquieturas eſſe, confidunt. quibus rebus, pater ſanctiſſime, tuum nomen commendabitur futurorum ſaeculorum memoriae ſempiternae. nec vero tecum hoc loco Moyſen illum conferam, qui judaeos ex aegyptiorum dominatu liberavit, nec Herculem, tanto a priſcis gentibus honore celebratum, nec illum, qui maxima ab indis gloria affectus eſt, Dionyſium. nam, & quae illi mortalibus beneficia dederunt, & alia innumerabilia, uno hoc concilii bono longe ſuperantur. nemo eſt, pater, cui hujus ſacroſancti conventus celebratio moleſta ſit, nemo, quin ejus (f) rei actione laetetur, praeter Solimanum illum tyrannum, magnam illam peſtem orbis terrarum, illum eccleſiae Dei hoſtem ſempiternum. quanquam, ut, quod verum eſt, libere dicam, in hujus divini conatus fide & conſenſione ſegniores adhuc fuimus omnes. nam, ſaepe jam inſtituta re, nunquam, ut perficeretur, eſt elaboratum. quare, cum te pro tua animi magnitudine nunc videamus incumbentem in voluntatem concelebrandi concilii, fore pollicemur, ut nos minime poſthac iſta fruſtretur ſpes, immo vero ut his initiis ac progreſſione tuto jam res chriſtiana gubernetur. ille enim omnia intuens Deus tibi veram perfectamque rationem oſtendit, praeſentibus temporibus rebuſque congruentem, ut, ad conſtituendam ſalutem pii gregis, inſtituto hoc uti neceſſe ſit; quippe cum hujus officii perfunctionem omnes, qui ſana mente ſunt, & murum eſſe firmiſſimum, affirment, in quo (g) certa incolumitas poſita ſit chriſtiani generis, & caſum atque interitum univerſae tyrannidis othomanorum. contra autem, ſi hujus officii ratio negligatur (quod omen avertat Deus) maximam ſibi iterum fortunarum acceſſionem faciet (h) tyrannus; nobis vero id malorum omnium erit extremum. quae cum omnia praeclare tecum cogitaris, ſanctiſſime pater, tibi pro tua benignitate haereat jam in animo negotii cura, quod ſuſcepiſti. nec vero ullam tibi cunctationis aut negligentiae (i) cauſam afferet (k)

(c) *ſpiritalis* ms.
(d) *&* ms. (e) *ex* ms.
(f) hanc & ſequentem vocem omitt. ms.
(g) *eaque* ms. (h) *facit* ms.
(i) *negligentia* ms.
(k) *afferat* exempl. Gratianus emendavit.

l dominus nobis iratus, a quo gressus tui diriguntur (l). Subveni in tempore (etsi vereor, ne grave sit haec tibi commemorare, sponte & judicio tuo ad eam laudem excitato), sed tamen opportune fer opem gregi, qui tuae fidei commissus est. jam est lupus ad portas. satis malorum, pater, satis calamitatum pertulimus. satis diu caedes cladesque vidimus. an non aperte cernitis hiantem belluam? quanta feratur cupiditate? quam exultet laetitia? quid moliatur? quid efficiat? non christiano-
m rum urbes, non regiones, non gentes, non (m) populos quotidie subigit? non in quascunque naves inciderit, eas cum ipsis vectoribus deprimit ac demergit? an non magnam terrae partem occupavit? an non maria fere omnia in ejus sunt potestate? at christiani reges, quanquam intelligunt, quem in locum res nostrae devenerint, tamen frustra ad hanc diem tempora contriverunt; ut in harum rerum commemoratione erubescam. utrum igitur existimandum est, a Deo esse haec invecta mala, an ignavia & improbitate nostra nobis accidisse? omnino negligentibus ac dissolutis hominibus ipse etiam succenset & irascitur Deus. qui enim non laborat, non manducet, divinus inquit apostolus. ergo, & Dei lege & negligentia nostra, in hac rerum difficultate versamur. contra, barbaris, labore, cura ac dili-
n gentia vigentibus, prospere omnia procedunt. etsi & (n) Demosthenes & prudentissimus quisque de hominum desidia & inertia idem senserunt. est enim apud illum oratorem, eam esse rerum naturam, ut eorum, qui absunt, bona sint praemia praesentium, & inertium fortunae diligentibus & industriis cedant. sed de externis bellis, & quae ratio ac facultas sit othomanorum delendae tyrannidis abunde diximus in eo libro, quem ad Paulum ejus nominis III. pontificem max. & graece scriptum, & in latinum conversum, misimus: qui liber hic comprimitur, ne prodantur hostibus, quae de ipsis in aliud tempus consilia reservantur. quanquam ejus libri exemplum fortasse apud Farnesium, cardinalem amplissimum, avitarum hujusmodi rerum haeredem, reperietur. sed est etiam apud nos is liber, in quo probamus, facilem esse illius tyrannidis eversionem; licet inexpugnabilis esse videatur iis, qui ejus vitia non inspiciunt. sed prius omnino, sublato civili & intestino bello, pax ecclesiae constituenda est. hoc enim est totius hujusce rationis fundamentum: quo nisi praeclare jacto, reliquam negotii, tanquam aedificii alicujus, molitionem prorsus inutilem esse & inanem, necesse est.

(l) *dirigantur* exempl. Idem emendavit.

(m) omitt. ms.

(n) omitt. ms.

eſt. non fugit hoc pro tua prudentia te, & diligentiſſimum vi-
rum, & rei bellicae, quaſi haereditaria quadam tibi a majori-
bus relicta laude, ſcientiſſimum (o). ſed de his ſatis. Nunc o
vero, quemadmodum antea dictum eſt, ille omnia intuens Deus
his initiis & inſtitutis certam ſpem nobis attulit meliorum re-
rum: ac ſigna jam undique ſecunda nobis oſtenduntur. ut enim
cuſtos a Deo præfectus es rectae rationis, divinaeque juſtitiae
miniſter ac magiſter adhibitus, veluti ſol, qui, ut oriatur &
illuceſcat, preces & vota hominum non expectat, verum ſponte
ſimul exoritur & illuſtrat orbem terrarum, ſic tu, beatiſſime
pater, ut primum ad eccleſiae gubernacula acceſſiſti, domo
te (p), tanquam a quodam oriente, commovens, nullius obſe- p
cratione, ne cohortatione quidem expectata, ad celebrandum con-
cilium perilluſtrior (q) prodiiſti. ſed, ut res omni ex parte con- q
veniant, majoreque tum facultate tum alacritate negotium agi
& confici poſſit, ſuſtulit Deus ea, quae ſuperioribus pontificibus
maximis impedimento fuerunt. erant autem illa, regnandi cupi-
ditas noſtrorum regum, & nimius amor pontificum erga propin-
quos; quibus in rebus illi tempus curaſque conſumpſerunt, ut
& diſtractos reges in concordiam reducerent, & propinquorum
opibus ſplendorique ſervirent. ignoſce, pater, quod loquor li-
berius. non enim me (r) petulantia impulit, ut haec dicerem, r
ſed opinio quaedam de ſincero animo tuo, & amico veritatis.
nihil igitur horum impedimento eſt alacritati tuae. nam reges
affinitatis vinculis inter ſe conjuncti, & quaſi cathena quadam
aſtricti ſunt; qua in cathena ſi quis ab aliquo circulus eorum,
quibus connexa eſt, impellatur, omnes ſimul commoveri & con-
turbari eſt neceſſe. cognati vero & affines tui, qui ſplendorem
nominis & gloriae a majoribus acceperunt, nova amplitudinis
& copiarum acceſſione non egent. nemo (ſ) enim eſt omnium,
qui cum fratre tuo, marchione Mariniani, clariſſimo viro jam
inde ab adoleſcentia, virtute & induſtria conferatur; qui nimi-
rum utrunque praeſtitit, ut & boni ducis (t), & fortis militis t
laude excelleret. quare, quod nemo ex omnibus fore ſperarat,
ut, ſublato civili bello, quemadmodum dictum eſt, ſimul pax
eccleſiae redderetur, id in ſpe atque expectatione eſſe coepit.
ſcis (u) enim pro tua prudentia, pater ſanctiſſime, nullo in bello u
majorem immanitatem furoremque verſari, quam in eo, quod
pro

(o) Militarium rerum haud expers Pius IV. ante pontificatum fuerat. Vide Panvinium in ejus *Vita*.

(p) & ms.

(q) *perilluſtriore* ms.

(r) vacat ms.

(ſ) *non* ms.

(t) Sub Carolo V.

(u) *non ſcis* ms.

Digitized by Google

pro religione susceptum sit: siquidem vera sunt, quae Diodorus siculus de aegyptiis, quae Herodotus, quae Eusebius Pamphili (*x*), quae multi alii docti homines memoriae prodiderunt: ex quibus cognoscimus, non parentes filiis, non filios parentibus, non cognatos mutuae saluti pepercisse. quod nisi nunc misera & infelix esset Graecia, accommodatum his reipublicae temporibus remedium inveniret; solique fortasse graeci essent integri & incorrupti judices, qui italorum germanorumque inter se controversias dirimere ac sedare possent. sed, quoniam barbaro serviunt ac tyranno, post homines natos crudelissimo & immanissimo, neque mittere certos homines cum literis & mandatis, quo vocat edictum tuae beatitudinis, neque id verbo aut nutu significare possunt: tantum abest, ut adsint ipsi, & in concilio intersint. si quid enim hujusmodi audeant, continuo & patriarcharum & sacerdotum universae ecclesiae, quae ad orientem pertinet (*y*), cervices dandae sunt turcico gladio. quanta sit in moribus hujus tyranni vis & auctoritas, tibi ex Navagerio (*z*), cardinale amplissimo, licet cognoscere, qui apud illum functus olim est munere legationis. ego vero, qui ex lacaena matre & patre byzantio natus sum, Dei benignitate, civis liberae & pulcherrimae civitatis, nec vulgaris (*aa*) virtutis studio & amore incensus, pro mea in Deum pietate, quantum potero opis & adjumenti, sine ulla recusatione, in sacrum (*bb*) istum consessum (*cc*) conferam. verum, quoniam reliqui vivi & praesentes graeci homines ad concilium venire non possunt, sanctos viros, qui pro his concilii locum & munus obeant, comparare cogitavi. sunt enim apud nos sacrae majorum reliquiae, sunt praestantis Graeciae monimenta, quae relicta a multis illis (*dd*) & divinis nostri generis viris, qui superiori memoria floruerunt, ad tollendas hujus temporis controversias pertinent; multa sunt acta conciliorum & publicorum orbis terrae, & provincialium, decreta, canones, regum subscriptiones; quae loco viventium graecorum concilium celebrare possint, si sanctitati tuae ita videatur. fuit enim illa Marcelli II. pontificis max. sententia, nul-

la esse

(*x*) *Pamphilius* ms.

(*y*) *pertinent* exempl. Correxi ex ms.

(*z*) Bernardus Navagerius legatus fuerat a rep. veneta ad Solimanum mense majo an. 1550. unde anno 1552. reversus perlongam orationem de rebus turcicis habuit in senatu, quae ms. apud me exstat.

(*aa*) *vulgari* ms.

(*bb*) *bissum a sacrum consessum &c.* ms.

(*cc*) *consensum* exempl. Correxi ex ms.

(*dd*) *divinis & illis nostri &c.* exempl. & ms. Utriusque mendum mihi videor sola vocum transpositione sustulisse.

la esse ad ulciscendam ac defendendam ecclesiam arma aptiora, quam libros, qui in bibliotheca vaticana asservantur (*ee*): quique ee

(*ee*) Marcelli pontificis sententiam illam ac vocem verissimam fuisse, patres tridentini concilii, ac praesertim, qui illi praeerant, pontificii legati experti sunt. erat tum Romae Guilhelmus Sirletus, protonotarius apostolicus. ad eum cardinalis Seripandus, & suo & collegarum nomine, de rebus, de quibus in concilio sive agebatur, sive agendum deinceps erat, per litteras referebat. Sirletus sanctorum veterum patrum tum graecorum tum latinorum iisdem de rebus sententias, ex antiquis, vaticanae potissimum bibliothecae, codicibus incredibili labore ac diligentia summaque fide depromtas, Tridentum octavo quoque die atque etiam crebrius summittebat. dici non potest, quantopere ea re tridentini illi patres adjuti sint ad novos haereticorum errores certissima ratione, & universae Christi ecclesiae a priscis atque adeo primis usque temporibus mirifica consensione, refutandos. exstat de eo cardinalis ipsius Seripandi luculentissimum testimonium in litteris, ad Sirletum die 2. aprilis 1562. datis, quas in vaticano codice 6189. pag. 90. legi, indeque descriptas hoc loco subjicio: *Piacesse a Dio, monsignor prothonotario mio, che i luoghi, che voi andate studiosamente scoprendo, tanto del concilio costantinopolitano, celebrato sotto Giovanne ottavo, del quale qui non era notitia alcuna, quanto de i testimonii, che m' havete scritto de i buoni & santi pontefici, fussero stati conosciuti, ben intesi & imitati ne i principii di queste turbulentie. certo che non harebbeno havuto tanto progresso & accrescimento, quanto hn hoggi vediamo, che hanno havuto. quello che ha fatto principalmente nostro signore con i suoi nuntii & lettere, & che facciamo noi qui per imitar la singolar benignità & clementia di sua beatitudine, ha ben gran similitudine con questi thesori scoverti da voi. ma dubito grandemente, per quel che vado ogni di scoprendo, che non faranno appresso gli heretici frutto alcuno, ma serviranno solo in escusatione nostra, & grave accusatione & testimonio contra di loro. Delle vostre fatighe, delle quali mi truovo due bellissime lettere, una de' 14. & l'altra de' 25. del passato, vi rendo moltissime gratie, & non solamente io, ma ancor quest'altri illustrissimi & reverendiss. miei signori, i quali mai serrano bocca di laudare li vostri studij & l'ajuto, che hora date & sete per dar sempre alla santa chiesa. così Dio per sua misericordia, & per i bisogni, ne i quali ci troviamo, vi conceda sanità & tanta fortezza, quanta bisogna a resistere hoggidì alli prencipi & potestà di questo mondo, tanto unite, quanto si vede, alla destruttione del santo spiritual edificio. &c.* Iterum litteris, ad eumdem die 20. ejusdem mensis datis, *Non voglio*, inquit, *lasciar di dirvi, che monsignor illustriss. varmiense, al quale, insieme con quest' altri miei signori, communico le vostre lettere, non cessa di laudar & predicar la pietà, diligenza & fatiga, che prendete in racogliere tante belle autorità a consolatione & benefitio publico. così nostro signor Dio si degni per sua misericordia di mantenervi in intera sanità, acciochè possiate perseverar in dar giovamento alla sua santa chiesa.* Denique die 27. aug. ejusdem anni 1562. *Tutte quelle lettere*, inquit, *che voi mi dite di havermi scritte, mi sono state date; alle quali harete havute le mie risposte. hor questa di 29. quanto è stata più lunga, tanto maggiormente m'è aggradata, perchè contiene in se maggior copia di belle autorità: dalle quali so questa conclusione, che*

Digitized by Google

ff que a me, Marcelli juſſu (*ff*), quod ſacrae ejus ad me literae teſtantur, in Graecia conquiſiti ſunt, ut in eandem biblio-
gg thecam comportarem (*gg*). Veniam autem & ipſe, ſi juſſeris, pater beatiſſime; qui, quanquam Dei benignitate ſeptuageſimum annum ago, tamen ſenectus mihi ad hanc rem gravis aut moleſta non erit: immovero vigenti ac juvenili animo fidenter in certamen pro Chriſti pace deſcendam. monebo enim ſacrum conſeſſum primum ea, quae univerſae reipublicae profutura ſint; deinde nonnulla propria; quae, etſi levia videntur, tamen imperitae multitudini maximam facultatem praebere poſſint ſeditionis ac diſcordiarum. quod ſi ipſe morum inſtitutionumque graecarum interpres nuptiali veſte ornatus, id eſt ſacris initiatus, non ſum, a ſanctitate tua, ſi ei videbitur, initiabor, & in ſacrum ordinem adſcribar; ut praeſens dicendae in concilio ſententiae

che voi, ſtando coſtì, date quì magior ajuto, & fate magior ſervitio, che ſe vi fuſſero giunti cinquant' altri prelati. Così Dio benedetto vi conſervi ſano per queſte & magior opre a beneſitio publico.

(*ff*) Non modo Marcellus II. ſed & Pius IV. is, ad quem data eſt haec epiſtola, negocium eidem Eparcho dedit graecos libros tota Graecia conquirendi, Romamque, in vaticanam utique bibliothecam inferendos, deportandi. de qua re, de nonnulliſque aliis ad Eparchum, hujus epiſtolae auctorem, pertinentibus, ipſemet jam eſt audiendus in litteris, ad card. Sirletum die 3. jun. anni 1568. Venetiis Romam datis; quas ex eodem codice vaticano pag. 790. profero. *He venuto quì meſſer Marcantonio Gadaldino valitudinario alquanto, & ſubito ritrovatolo io ho dimandato di V. Reverendiſs. Signoria; il quale mi ha detto tuti i beni dell'animo di quella, a me già per avanti notiſſimi, & la cura, che al preſente fa* περὶ τῶν κατηχουμένων. *dil che ho preſo grandiſſima conſolatione, & prego Dio, che la proſperi nel avegnire di ſeguitare da bene in meglio le coſe pie & veramente chriſtiane. Vorrei, che V. Reverendiſs. Signoria mi agiutaſſe ancora a mi, circa la mia proviſione, che ſua ſantità ha fatto ſoſpendere, dico quella di dieci ſcudi al meſe, che la felice memoria di Pio quarto mi haveva ordinato per li miei meriti, che ho fatto circa al primato de la ſedia apoſtolica.* δύναται γὰρ βοηθῆσαι ὡς οὐδεὶς ἕτερος. *Io ho paſſato quì, che mi trovo con bocche ſei alle ſpalle con il tratto di libri greci; che haveva portato di Gretia de ordine di Pio quarto, come ſi vede per lettere di ſua ſantità indrizzate a me de pugno dell' illuſtriſs. cardinale Boromeo, che doveſſe andare in Gretia & trovar libri antichi in ogni facoltà. & così ho fatto. & portati quà, ſcriſſi a queſto ſanto pontefice* (Pio V.) *& mandai ancor l' indice, perhochè il quarto era paſſato alla miglior vita. & ſua ſantità mi ſcriſſe per man dell'illuſtriſs. Aleſſandrino, che non intendeva, che correſſe la mia proviſione, ma che vegniendo coſtà, ſua ſantità mi provederia di coſa molto più maggiore. io, che mi ritrovo mal conditionato per le gotte, & eſſendo anco de età de anni 77. non ho poſſuto fin hora vegnir: ma vendì per la neceſſità del viver i detti libri alla eccellentia del duca di Fiorenza* (Coſimo I.) *per ſcudi 390. & mi ho intertenuto fin hora. al preſente hormai ſono ſtati ſpeſi &c.*

(*gg*) omitt. ms.

tentiae potestatem habeam. nam ut est in proverbio, *Saepe (bb) etiam est olitor valde opportuna locutus*. quare jube quid velis. Deum precor, ut reip. omnia feliciter prospereque eveniant. Corcyrae. XVI. Kal. septembris. M. D. LXI. bb

(bb) Graecorum hoc proverbium A. Gellius lib.II. cap.6. *Noct. attic.* indicavit. *Nemo quisquam*, inquit, *tam efferis est moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat. unde hic antiquissimus versus vice proverbii celebratus est*: Πολλάκι καὶ κηπουρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. Aliter hunc versum reperisse se in quibusdam collectaneis perscriptum, citatumque ex Aeschyli tragoedia, cui titulus *Phryges*, testatur Erasmus in Adagiis, nempe sic: Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπε: id est, *Saepe etiam stultus fuit opportuna locutus*.

L V I I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi. (a) a

Gaudium cum publicum tum privatum propter Philippi regis propensam in concilium voluntatem, & Hosii in urbem tridentinam adventum significat. 23.aug. 1561.

SUmma quidem ad pios omnes laetitia pervénit ex Philippi (b) regis propenso (ut scribis) animo & voluntate (c) in publicum hoc christianae ecclesiae concilium, tanta constantia atque alacritate a pontifice max. incitatum; summa item illi tributa laus christianae religionis & pietatis, in qua nititur omnis & splendor & incolumitas regii nominis. sed magno etiam gaudio ex adventu (d) Tridentum tuo boni afficiuntur; in quo magnam publicae utilitatis ac dignitatis spem collocarunt. ego vero laetitia exulto, & ecclesiae Dei, & tua, & mea causa. b c d

(a) Edidit ante nos hanc epistolam Cyprianus in *Tabular. ecclesiae rom.* pag. 179.

(b) *catholici* Tabul.

(c) Vide epistolam *Exploratae* d.12. jul. 1561. Cardinalis item Puteus ad Hosium litteris, 9. aug. 1561. datis: *Quod ad Philippum*, inquit, *atque hispanos attinet, eadem mea est, fuitque semper sententia. egregia enim pietate atque observantia in retinenda catholica religione Hispania caeteras christiani orbis provincias superare videtur; tibi vero quod his temporibus tantum tribuerit, certe fuit & honorificum tibi & Christi ecclesiae commodissimum*.

(d) Venerat jam quidem, cum haec a Truchsesio scribebantur, Tridentum Hosius, sed venisse, eum sciri Romae non poterat, at tantummodo ex ejus viennensibus, atque etiam ex itinere datis, litteris conjici. nam haec scripta sunt die 23. augusti. Hosius autem non ante diem 20. ejusdem mensis Tridentum pervenerat.

Digitized by Google

causa. sui enim ecclesia juris magis idoneum defensorem habere non potest; cujus patrocinio tam multos fractos & concisos videat adversarios. & quidem hic communis est ex tui expectatione recte sentientium fructus jucunditatis: mea vero ac tua voluptas singularis, quod campum quodammodo illustriorem, quam antea, aptiorem certe habebit industriae tuae cursus (cujus rei summo te jandiu studio teneri, intelligo): ubi reliquas etiam difficultates, in quibus hactenus versatus es, explicatum iri, spero. major praeterea facultas utrique scribendi fuerit. omnino omnia erunt uberiora & hilariora. Quod vero scribis, meum studium tibi gratius in dies accidere, equidem tuum in me, vir optime, idemque cardinalis ornatissime, amorem agnosco, & eximiam humanitatem; quae faciunt, ut id in beneficii loco ponas, quod a me tuo jure possis exigere. quae mihi benignitas tua quantam necessitatem imponat studii, curae, diligentiae in omnibus rebus, quas ad te pertinere intelligam, facile sentio. quo magis enitar, ut & officio meo & expectationi tuae
e satisfaciam. Vale. Roma. x. Kal. septembris. M. D. LXI. (e)

(e) 1563. exempl. 1560. codd. vatic. & barber. Correxi ex Tabul.

L I X.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio
a Card. Varmiensi. (a)

30. aug. 1561. *Hosii virtutem praedicat: sua officia illi defert ac pollicetur: Alexandrum Cerronium commendat.*

b Hilariores tuas legi literas, ex pago sancti Michaëlis (b) datas. te videlicet caelum ipsum & Italiae aspectus exhilaravit. accipio omen, tuumque adventum tibi, nobis omnibus, mihi

(a) Reperies hanc quoque epistolam in *Tabul. eccl. rom.* pag. 182.

(b) Quantum is pagus Tridento distet, quando eo Hosius pervenerit, quamdiu in eo commoraturus putaretur, scripserant ad Borromaeum duo pontificii cardd. legati Gonzaga & Seripandus communibus his litteris, die 14. aug. Tridento datis. *Per dir qualche cosa a V. S. illustriss. per questo spaccio ancora, le facciamo sapere, che monsignore reverendiss. Varmiense giunse jeri a Prasinone, & questa sera viene ad un luogo, vicino di quì dieci miglia, chiamato S. Michele: dove se ne starà domani, parte per riposo, & parte per divotione, essendo il dì della madonna: & l'altro, piacendo a Dio, si troverà quì con noi. V. S. illustriss. sarà contenta di farlo intendere a nostro signore, & di raccommandarci humilmente nella sua santa gratia. Di Trento il dì 14. d'agosto 1561.* Quod autem accessurum Hosium Tridentum die

mihique in primis gratulor . tuam vero animi aequitatem & alacritatem amo vehementer; qui, dum summittis ipse te, & refers omnia ad voluntatem & arbitrium eorum, quibus inservimus, virtutem ac dignitatem illustras tuam; dum vilem tibi spiritum, viles res humanas omnes esse, profiteris, modo optatis tuis de concilio respondeat Deus, quam ipse Deo charus sis, quanti a nobis aestimandus, ostendis. quanquam non id nunc primum cognoscimus. jandiu est, cum id ipsum vita tua, scripta, acta testantur; quibus te ut unum ex illis patribus, qui primis ecclesiae temporibus floruerunt, admiramur (c); facileque intelligimus, adhuc reliquum esse semen veteris disciplinae, quod, paene summo ecclesiae tempore, tanquam frugem effundat christianae religionis atque doctrinae. haec tu praestas. nobis externa videnda sunt, quae pertinent ad tuendam istam & cardinalis & legati personam. qua in re, etsi praesto est moderatio tua, quae aliorum corrigat errata (d), tamen enitendum, c d

Rr 2

die augusti decimo sexto, scripserunt; in eo sua ipsorum spe atque exspectatione decepti sunt. non enim eo Hosius venit, nisi die ejus mensis vicesimo. id ex ephemeridibus illius temporis se didicisse, scribit Pallavicinius lib. XV. c. 12. n. 6. & ego ex quodam illius ipsius temporis manu scripto commentariolo cognovi. moram autem illam fortasse attulit Hosio ea febris, quae Truchsesii litteris, die 11. sept. datis, infraque recensendis, significatur.

(c) *admiremur* exempl. Emendavi ex Tabul.

(d) *Aliorum errata* intelligit ac vocat pontificii aerarii praefectorum negligentiam, qui debitas tridentinis pontificiis legatis menstruas pecunias aut nullas aut certe non ad diem solvebant: de qua negligentia cardinales Gonzaga ac Seripandus litteris, ad card. Borromaeum die 17. jul. 1561. datis, satis libere conqueruntur. *Per non lasciar*, inquiunt, *coll' ordinario di questa sera venir questo plichetto di monsignor Delfino, che mandamo a V.S. reverendiss., senza lettere nostre, le toccheremo (poichè altro non havemo che dirle) quattro parole della provisione di noi legati, & di questi altri ministri & ufficiali del concilio, la quale provisione come che sia ordinario di pagarsi a ca'ende di ciascun mese, & a noi fosse da principio data intentione & promessa di servarsi in questo il solito stile, ci trovamo però, in tre mesi & mezzo, che siamo quì, non haver havuto se non chi una paga & chi due. a tal che, vivendosi quì, come ci si vive, su la punta del danajo, & essendoci ogni cosa carissima, come si sà, lasciamo pensare a V.S. illustriss. se haveressimo più tosto bisogno, che le paghe ci fossero anticipate, che posposte, massimamente di tanto tempo: che, dove quei delle case vogliono l'affitto di due o trè mesi innanzi tratto, noi non possiamo haver le nostre paghe di due & trè mesi doppo il termine. il che in verità a noi, oltre l'incommodo, par tanto più strano, quanto che siamo certificati, che l'altre volte, che si è stato quì per cagione del concilio, con tutto che fossero delle guerre in piedi, nelle quali la sede apostolica haveva da spendere assai, non mancarono mai quì le paghe debite al tempo loro. noi*

dum, ne ullum mendum sit, quod huic splendori maculam
possit aspergere. sed nullius (spero) officium desiderabis: meum
quidem certe tibi non deerit; quod tu humanitate tua quodam-
modo urges & incitas, dum ea, quae tibi a me debentur, in
beneficiis numeras. menstruae tuae pecuniae ratio explicabitur,
ut scribis, vel repraesentatione vel permutatione: nec dubito,
quin omnia futura sint expedita; ne te, in cogitatione de con-
cilio infixum, quicquam praeterea impediat. Alexandrum Cer-
ronium, arpinatem, qui, singularis virtutis tuae amore incensus,
tibi ut operam daret, Viennam se contulit, ita tibi commendo,
e ut majore studio commendare non possim. dignus (*e*) enim est
f & illo consilio, & illa animi inductione (*f*), qui te unum & co-
g gnoverit & duxerit eximium, cui operam (*g*) & studium nava-
ret suum, cui tu aliquam vicissim partem committas negotio-
rum tuorum. habet ingenium, habet, ut audio, multarum re-
rum usum. fidei certissimum jam illud argumentum est, quod
te unum ex omnibus cardinalibus delegit, praesertim tam longe
proficiscens, cui se dicaret. est praeterea, si quid hoc ad rem
pertinet, non solum arpinas, sed etiam Marci Ciceronis genti-
lis; quod adhuc familiae nomen ostendit. Cerronius enim, quasi
h Cicceronius (*h*), dicitur. id apud te valere debet, qui in sacris
divi-

noi non possiamo credere, che questo sia di mente di nostro signore, la cui santità sà bene, che nemo militat suis stipendiis unquam, *nè sappiamo imaginarci che causi questo disordine. laonde parte per bisogno & parte per riputatione preghiamo V. illustriss. signoria, che voglia o con parlarne a sua beatitudine in nome nostro, o altramente, se le pare che basti, operar, che senza indugio siamo intieramente pagati di quel che fin ora ci si deve, & si metta tale stabilimento nelle paghe d'avvenire, che s'habbiano ogni primo dì del mese, come si è sempre costumato di fare, acciochè noi in tempo di pace, sotto pontefice così benigno & liberale, non siamo fatti di peggior conditione di quel che sieno stati altri nostri pari in tempi più difficili. & aspettando sopra di ciò da V.S. reverendiss. non solo subita risposta, ma presta & necessaria speditione, le baciamo le mani, raccomandandoci nella santa gratia di sua beatitudine. Di Trento il* XVII. *di luglio* 1561.

Di V.S. reverendiss. & illustriss.
Humiliss. servidori
Her. card. di Mantua.
Hier. card. Seripando.

(*e*) Aliquid fortasse aut deest, aut perturbatum est in hoc toto ambitu. haec mihi videtur esse sententia: *homo enim illo consilio* (sive potius, *judicio*) *& illa animi inductione, qui* (sive potius, *ut*) *te unum praeter caeteros delegerit, cui studium suum atque operam addiceret, dignus profecto est, cui tu vicissim partem aliquam tuarum rerum ac negotiorum committas.*

(*f*) *indictione* exempl. Gratianus emendavit.

(*g*) *operam suam daret, cui &c.* Tabul.

(*h*) *Ciceronis* exempl. Emendavi ex Tabul.

divinisque rebus explicandis Ciceronem maxime refers, ut, quod illi eloquentissimo viro debes, huic ejus nepoti reddas. Vale. Roma. III. Kal. septembris. M. D. LXI. (*i*) *i*

(*i*) 1562. cod. vat. & exempl. Gratianus emendavit.

L X.

Julius Pogianus Hieronymo Seripando Cardinali, Concilii Legato.

Ejus laudes persequitur, suamque erga eum observantiam testatur. 31. aug. 1561.

SI te ex communi prudentium ac sapientium virorum ingenio & virtute spectarem, nunquam adducerer, tibi ut hoc tempore, publico christianae reipublicae consilio praesidenti, molestus essem non necessario genere literarum. vererer enim, ne te, in istius rei, rerum omnium humanarum maximae ac difficillimae, cura (*a*) & cogitatione defixum, interpellarem. *a* sed me animi & ingenii tui, non minus actione, quam scientia, praestans ac singularis vis id addubitare non sinit. nam, cum divinas & humanas res habeas cognitione perspectas, pertractatas usu, multisque locis ostenderis, nullum esse tantum negotium, quo major tua non sit industria, quid est, quod tibi, praesertim in hoc genere, intempestivum aut injucundum possit accidere? is enim es, qui, cum esset illa macula horum temporum dicam, an hominum? horrido cuidam & incondito doctrinae generi deditorum, omnem contemnere florem & commoditatem orationis, cum summa eruditione parem copulasti eloquentiam, & studia humanitatis, ab aliis discerpta atque divulsa, ratione & exercitatione conjunxisti. quare, ut vitae ac religionis, sic mentis & orationis tuae excellens ista perfectio est admirabilis; humanitas vero tanta & amor tuus in eos, qui in doctrinae simul & linguae elegantia versantur, eam jucunditatem habet & vim, ut, quae ad politioris humanitatis studia languebat juventus, tuo jam studio ad colendam hanc laudem excitetur (*b*). declarasti enim, cum antea semper, tum vero *b* proxime, quanti eam faceres ingenii facultatem, cum aliquot bonarum artium principes (*c*), distractos artificiis malevolorum, *c* & in-

(*a*) *curae* exempl. Emendavit Gratianus.

(*b*) *excitentur* exempl. Emendavi.

(*c*) Significat simultates, inter Franciscum Robortellium utinensem, & Carolum Sigonium mutinensem exortas, quas

& inter ſe maledictis, non ſine multorum tum admiratione tum querela, dacertantes, reſtituiſti in priſtinam gratiam. qua in re non ſolum quid velles, ſed etiam quid poſſes, apparuit. quo majorem in ſpem adducti ſumus, te idem in conglutinanda
d reip. (*d*) concordia effecturum eſſe, quod in pacificatione literatorum hominum es conſecutus. neque enim, ſi iſta reconciliatio gratiae multo eſt, quam illa, major ac difficilior, non eſt utraque compoſitio & paene ſimili in genere, & maxime facultatis ac dignitatis tuae. quorum ex alterius facti exemplo, quid item de altero expectandum ſit, auguramur. quanquam habe-
e mus obſides animi atque conſilii tui tridentinas illas actiones (*e*),
f quibus, quoniam gravior quaedam nunc honoris (*f*) & mune-
g ris (*g*) acceſſit auctoritas, fore confidimus, ut iſta pietate ac ſapientia noſtrae, id eſt optimae, cauſae is contingat exitus, quem optamus. ſed non erat propoſitum huic epiſtolae, tuas ut perſequerer laudes. verum, quoniam nihil a te factum commemorari poteſt, quo attingendo non reſonet incredibilis quidam quaſi concentus virtutum tuarum, qui neſcio quomodo ad ſe convertit & rapit hominum mentes, ideo factum eſt, ut ea commemorationis jucunditate provectus paene oblitus ſim & inſtituti

quas Seripandus, Tridentum contendens, Bononiaque iter habens, compoſuerat. qua de tota re Ludovicus Muratorius in Caroli Sigonii *Vita*, ejus operibus, Mediolani anno 1732. editis, praefixa, haec, praeter alia multa, tradit: *Itaque ob ejuſmodi libros inter ipſum* (Sigonium) *ac Robortellum aucta altercationis ac inimicitiae ſemina, quibus nullus finis futurus videbatur, niſi Hieronymus Seripandus, magni nominis virtutiſque eximiae cardinalis, tamdem interceſſiſſet. ad bononienſe athenaeum e patavino Robortellus tranſierat. illuc cum forte Sigonius divertiſſet, tanta dexteritate & eloquentia Seripandus utriuſque animos delinivit, ut inter illos pacem & gratiam demum redintegrarit. coram ipſo cardinali dexteras ambo junxere, atque alter alteri mutuum foedus ac amorem ſuum in poſterum obſtrinxit. vix abſceſſerat Sigonius, quum literas humanitatis plenas ad ipſum Robortellum dedit; quas in librum ſecundum diſputationum patavinarum inlatas legimus. dedit & ad Paulum Manutium, quem inter pacis hujus participes connumeratum amicus Sigonius voluerat. Proſtat epiſtola latina ejuſdem Manutii ad Robortellum libro* V. *epiſtola* 27. *in qua de reconciliata inter eos gratia laetatur. &c.* Manutii ad Robortellium epiſtolae hoc eſt initium: *Magnam habeo gratiam Hieronymo Seripando, optimo cardinali, omniumque virtutum gloria praeſtantiſſimo, quod ab aliqua nos ob imitationem virtutis exorta ſimultate ad ſummam benevolentiam conjunctionemque traduxerit. &c.*

(*d*) Chriſtianam remp. intellige, haereticorum hominum ſeceſſione diſtractam. in concilio autem tridentino de componendis religionis diſſidiis revocandaque concordia agendum erat.

(*e*) Interfuerat jam antea ſub Paullo III. & Julio III. pontificibus maxx. tridentino concilio Seripandus, eremitarum S. Auguſtini tum Prior generalis.

(*f*) Cardinalicii.

(*g*) Erat enim pontificius legatus, praeſidebatque concilio.

Digitized by Google

ftituti mei & tui temporis. quare reprimam digreffionem, & ad me revertar; quem quod tua hic (*b*) etiam benevolentia ac benignitate complexus es, mei officii effe duxi perpetuitatem fummae obfervantiae, qua praefentem te coluiffem, abfenti quoque tibi his literis fignificare. Quod vero Otho, cardinalis auguftanus, patronus meus, te omnium maxime colit & obfervat, neque dubitat in omni fermone decus & ornamentum ampliffimi ordinis, ecclefiae fpem atque fubfidium appellare, id ei ego teftimonium hac ad te epiftola dandum putavi; qui etfi exiftimem, illum in te animum, & illud de te judicium ei commune effe cum omnibus, idemque intelligam, te totum ex Deo atque ex virtute pendére (*i*), tamen in illa ipfa ingenuitate ac probitate tantam & ftudii fignificationem & declarationem fententiae nonnihil ad animi tui fructum, ad ipfius certe exiftimationem multum arbitror pertinere. Deum precor, ut te ecclefiae fuae falvum confervet. Roma. pridie Kal. feptembris. M. D. LXI. (*k*)

(*b*) Romae.

(*i*) Paullus Manutius lib.v.epift.23. ad Seripandum, fimilem laudem illi tribuit: *Tu enim*, inquit, *is es*, *cujus animus haec humana numquam fpectaverit*, *femper omnem fpem omnemque gloriam ac felicitatem in uno Deo*, *&* *in illa caelefti vita*, *recte ac laudabiliter agentibus propofita*, *collocarit*.

(*k*) 1560. cod. vatic. Mendofe.

L X I.

Otho Truchfes Card. Auguftanus Roberto a Berges Epifcopo Leodienfi.

De Torrentii Leodium adventu. De Vonchii in Roberti negociis Romae procurandis diligentia. 9. fept. 1561.

ADventus iftuc Torrentii (*a*) noftri mihi eft jucundiffimus; quem quidem ego Torrentium cum valde amo merito fuo, tum vero etiam ob id vehementius, quod animadverti, effe illum in negotiis tuis procurandis fide & confilio fingulari: quae mihi negotia eo majori curae effe debent, quo pro levibus faepe officiis majores mihi a te & agi & haberi video gratias, quam poftulet opera & ftudium meum. quare, quantum mihi enitendum fit, ubi res tua aliqua officium meum requiret, intelligo; cujus a me nullam unquam partem defiderari patiar. Von-

(*a*) Vide epiftolam *Intelligo* d.2. augult.1561. & epift. *Ex eo* d.11. ejufdem menfis & anni.

Digitized by Google

b Vonchius (b) satis suo muneri facit; quem etsi diligo sua causa, tamen multum accedit ad amorem, quod tuas res Romae procurat; qui, cum aliquid ad me defert, quod mihi agendum sit tua causa, tum vero est mihi charissimus. Vale. Romae. v. id.
c septembr. (c) M. D. LXI.

(b) Joannes Vonchius, leodiensium episcopi negociorum Romae post Torrentii discessum procurator. Vide eamdem epist. *Intelligo*.

(c) *decembr.* 1562. exempl. & cod. vat. Ab utroque multis causis adductus, quas omnes enumerare non est necesse, mihi esse recedendum putavi, potissimam in adnotatione insequentis epistolae, quae & ipsa eodem mensis atque anni mendo in adscriptione laborabat, afferam. Si certioribus argumentis utraque ad decembrem anni 1562. pertinere deprehendetur, licebit per me, ad id tempus utraque transferatur.

L X I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Laevino Torrentio.

9. sept. 1561. *Ut e morbo recreatus valetudini inserviat, hortatur.*

CUM propter excellentem virtutem tuam, quae vel agendo vel scribendo semper aliquid parit, quod eximium sit ac singulare, graviter fero, te istuc euntem in febrim incidisse, tum vero id mihi molestius est propter summam humanitatem & amorem in me tuum, quibus adductus & benignitati meae tribuis, quod officii est, & tibi morbum propterea acerbiorem fuisse scribis, quod adhuc mandata mea per illum persequi non
a licuerit (a). nihil te officiosius, nihil tuis literis amabilius. quare majorem mihi etiam necessitatem imponi sentio studii er-
b ga te (b) mei. in quo semper dabo operam, ut & judicio de me tuo, & meo in te officio satisfaciam. tu vero valetudini tuae modo inservias: quod mihi gratius fuerit, quam si ullo incommodo valetudinis tuae mandata mea ex utriusque sententia
c conficeres. aequitatem (c), spero, nisi ab iis, qui iniquiores fue-

(a) Hic locus potissimum fecit, ut hanc & superiorem epistolam, in eodem de Torrentii Leodium adventu argumento versantem, a decembri anni 1562. (quo mense & anno in nostro exemplari & in codice vaticano utraque notabatur) ad septembrem anni 1561. revocandam putarim. exstat enim Truchsesii epistola *Cum tua*, die 19. octobr. 1561. data, in qua Torrentio gratias agit de his ipsis mandatis ab eo jam curatis; quae in hac epistola nondum curari ab eo per febrim, in quam inciderat, potuisse, significat. est igitur haec ante illam scripta. neque tamen contendo, non posse eamdem etiam ad octobrem ejusdem anni 1561. pertinere.

(b) *me tui, in quo &c.* exempl. & cod. vat. An non corrigerem?

(c) ab iis, apud quos de re mandata agendum a Torrentio erat.

Digitized by Google

fuerint, non desiderabimus. Vale, & salutem patrono tuo (*d*) d
meis verbis dices plurimam. Romae. v. id. septemb.(*e*) M.D.LXI. e

(*d*) Roberto a Berges, leodiensium episcopo.

(*e*) *decembr.* 1562. exempl. & cod. vat. Cur neutri acquieverim, dixi.

LXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi. (*a*) d

Quod a se commendatum in familiam Hosius receperit, gratias agit. Recuperatam valetudinem gratulatur. Bene sperat de concilio. Hermandum vicarium deposcit. 11. sept. 1561.

TUae (*b*) humanitatis & in me benevolentiae majora signa in b
dies ostendis: quod vel hoc ipso declarasti, cum eum (*c*), e
quem tibi commendaram, illi ipsi muneri praeposueris, quod
ei abs te petieram: in quo etiam nostri ordinis principi cardi-
nali carpensi, viro ornatissimo, es gratificatus. ago tibi de eo,
cum meo tum illius nomine, gratias singulares. Ticinius no-
ster (*d*) negotium suscepit hominis quamprimum ad vos mit- d
tendi. Ego ab urbe abfui hos octo dies, rusticatus apud cardi-
nalem tridentinum (*e*) in Faliscis, quo concesseram frequenti & e
vehementi ejus invitatu. nunc, cum rure redierim, enitar & cu-
rabo, uti pecunia tibi solvatur ad eam diem, quam scribis. Ut
me afflixerunt priores nuncii de gravi febri (*f*), in quam in- f
cidisse dicebaris, sic proximi plane levarunt, quibus cognovi,
te & morbum depulisse, & jam vires refecisse. egi Deo gratias
immortales, qui, salute tibi restituenda, nostrae etiam saluti
consuluerit. gratulor vero ecclesiae Dei ista (*g*) cum praesen- g

 tia

(*a*) Reperitur haec epistola edita in *Tabul. eccl. rom.* pag.187.

(*b*) *tuae, vir amplissime*, Tabul.

(*c*) Hippolytum Bardium carpensem. Vide epist. *Quas ad me* d. 16. aug. 1561.

(*d*) Georgius Ticinius, Poloniae regis Romae procurator, Hosii etiam negocia procurabat.

(*e*) Cardinalis tridentinus Christophorus Madruccius rusticari per aestatem Suriani, ut opinor, solebat. indidem datas ad Hosium litteras die 29.aug.1562. habes in *Tabul.* pag.240. in quibus illa sunt: *Ego diebus superioribus ob aestus molestiam evitandam ex urbe hue me contuli; sed hic etiam ita ardent omnia, ut Phaëtontis fabula iterum fingi, & confirmari posse videatur.*

(*f*) *sebre* Tabul. Fortasse significatur ea febris, quam supra diximus suspicari nos, longioris commorationis in pago S.Michaëlis Hosio, Tridentum properanti, causam attulisse.

(*g*) *ita* Tabul.

b tia & confenfione trium (*b*) legatorum, non folum noftri ordinis, fed etiam chriftianae reip. omni virtute principum, tum
i praefenti magno, brevi (*i*) etiam majore numero epifcoporum.
k Scribit mihi Canifius nofter, Hermandum (*k*), colonienfem hominem, juris peritum, viennenfium epifcopi vicarium, fi conditionem fe dignam nactus fuerit, libenter in Germania fuperiore futurum. quare te oro, me ut certiorem facias, an idem
l vicariam mihi Auguftae operam recte dare, necne (*l*), ibique epifcopalis jurifdictionis officio fatisfacere, poffit. feceris omnino mihi pergratum, fi & de homine, &, fi is tibi probatur, de conditionibus, quibus videatur ad id adduci poffe, ad me diligenter
m perfcripferis. Vale. Roma. III. id. feptembris. M. D. LXI. (*m*)

(*b*) Herculis Gonzagae, Hieronymi Seripandi, Stanislai Hofii.

(*i*) *brevi vero* Tabul.

(*k*) *Hermundum* Tabul.

(*l*) *aut, fi id minus, epifcopalis jurifdictionis officio ibidem fatisfacere &c.* Tabul.

(*m*) 1562. exempl. & cod. vatic. Emendavi ex Tabul. Sed valde vereor, ne in omnibus mendofus fit *tertius* ille iduum dies. nam in epift. *Vere tumultus*, data die 20. hujus menfis, fatis aperte fignificatur, allatas jam tum ad Truchfefium fuiffe Hofii litteras, quibus de hoc Hermando, colonienfi homine, refponderat: id quod novem modo dierum intervallo (tot enim inter tertium iduum, & vicefimum menfis diem intercedunt) accidere non poterat. itaque fufpicor, fcribendum non III. fed VIII. praefertim cum octavus, non tertius, iduum feptembris dies in Saturni diem hoc anno inciderit, quo die Roma Tridentum proficifcentibus publicis tabellariis litterae dabantur. Caeterum exemplaris noftri & codicis vaticani mendum, in illa anni adfcriptione, manifefto coarguitur epiftolae illo loco *Gratulor vero ecclefiae Dei ifta cum praefentia & confenfione trium legatorum &c.* Menfe enim feptembri anni 1562. non tres, fed quinque pontificii legati concilio praefidebant, nempe Gonzaga, Seripandus, Hofius, Simoneta, Altaempfius.

L X I V.

Julius Pogianus Laevino Torrentio Leodienfi.

20. fept. 1561. *Ejus litteras ac poëmata valde exfpectare fe, dicit. Leodienfium epifcopum laudat. Torrentio bene auguratur.*

a MAgno me Roma difcedens (*a*) defiderio affecifti, ex quo laborarem in dies vehementius, facetum & eruditum, in primis vero probum atque prudentem, fermonem requirens tuum, nifi fpe recrearer & aliquando tui reditus, & brevi litterarum; quarum incenfus cupiditate jam antea ad te fcripfiffem, fi te, quo intenderas, putaffem perveniffe. quod ut primum cogno-

(*a*) Vide epift. *Intelligo* d. 2. aug. 1561. & epift. *Ex eo die* 11. aug. 1561.

cognovi, mihi non defui. quare fuerit humanitatis tuae cum imaginem animi & praefentis orationis epiftolam mittere, tum, fi quam in itinere cum mufis, quas ne in curfu quidem a te arbitror abfuiffe, rationem habuifti, mihi aliquid ejus impertire fuavitatis. incredibile enim eft, quam tua me poëmata delectent; in quibus argumenti novitatem virtutibus illuftras veterum poëtarum, &, quod paucis hodie contingere video, cum rerum vim adaequas cum laude verborum, tum in aliena lingua es plane tuus. expecto igitur aliquid ex eadem officina. Cardinalis Auguftanus, patronus meus, perhonorificam de te mentionem intermitti non finit, tuamque virtutem cum viri ampliffimi, ejufdemque optimi principis, leodienfium epifcopi (*b*), excellenti laude ita conjungit, ut neutri fuo in genere quenquam anteponat, utrunque veftrum altero affirmet effe digniffimum: quo gravius etiam fert omnem moram debiti atque adeo deftinati honoris (*c*) praeftantiffimo viro; in cujus amplitudine fumma tua illuftrior effe poffet induftria. fed idem confidit, eos, qui debent, officium ac fidem praefturos effe. Me vero ad fpem amplificationis honorum tuorum proxime quid excitarit, attende. nam, cum ex bibliotheca vaticana, quo (*d*) mihi utendum erat, promptum quendam librum aperuiffem, primo paene afpectu incidi in nomen Thebaldi (*e*) cujufdam, placentini hominis, quem, cum is facerdotium (*f*), quo tu

(*b*) Roberti a Berges, de quo vide epift. *Vt excellens* d.19.maji 1560.

(*c*) Cardinalicii, opinor. & certe ejus honoris cupiditatem agnofcere me in Roberto ex quibufdam epiftolae *Vt excellens* verbis, in adnotatione quadam ad eam dixi.

(*d*) Notam mendi contra hunc locum in exemplaris margine Gratianus adfcripfit. fed ego mendofi video nihil. ait nempe Pogianus, librum fe quemdam e vaticana bibliotheca, quo uti volebat, promfiffe, aperuiffe, incidiffe ftatim in nomen Thebaldi &c.

(*e*) Atqui ufitatius *Theobaldus* a fcriptoribus appellatur, inter quos Daniel Papebrochius in *Conatus chronico-hiftorici ad catalogum romanorum pontificum* parte II. pag.56. edit. anturp. *Gregorius*, inquit, *natione placentinus, antea Theobaldus, archidiaconus leodienfis, Viterbii anno 1271. primo feptembris electus, abfens in Palaeftina, electioni affenfum praebuit 28. octobris, exindeque cenfetur fediffe annos 4. menfes 2. dies 15. licet primum coronatus Romae 27. mart. 1272. in dominica tertia quadragefimae. obiit autem anno 1276. 10. januarii. fepultus Aretii*. De hoc Gregorio cognofcere qui plura velit, habet ejus hiftoriam, Romae anno 1711. typis Georgii Plachi editam, hoc titulo: *Iftoria del pontefice ottimo maffimo il beato Gregorio decimo, defcritta in tre libri da Anton Maria Bonucci della compagnia di Gesù*.

(*f*) Archidiaconatum. Hinc illi Joannis, cardinalis epifcopi portuenfis, qui feruntur, verficuli:

Papatus munus tulit archidiaconus unus,
Quem patrem patrum fecit difcordia fratrum.

nunc praeditus es, Leodii tum obtineret, pontificem max. novo (*g*) more factum legi, Gregoriumque ejus nominis decimum appellatum. quid quaeris? accepi omen; tibique id augurium honoris tui, sive res ignota est, sive etiam nota, non injucundum fore, putavi; praesertim cum virtutem, cujus illa sunt praemia, in primis colas. Ego interea, dum mihi a te veniunt literae, tui desiderium leniam aspectu & cogitatione Minervae tuae: qua & tui in me amoris, & mei in te officii frequens admoneri soleo. Vale, & a Gàmbara (*h*) nostro salvebis. Romae. pridie id. septembris. M. D. LXI.

(*g*) Novum fuit, Theobaldum absentem, & tam longe gentium in Palaestina absentem, pontificem max. a cardinalium collegio, Viterbii congregatorum; renunciari. Idem in Adriano VI. aliquot post saeculis contigit; de quo Gratianus noster libro XIIII. *de scriptis invita Minerva* illa prodidit: *Trajecti humilibus parentibus natus est Adrianus sextus pontifex maximus; cui, post Leonis decimi mortem, patrum nostrorum memoria, longe gentium in Hispania absenti, ignaro romanae aulae, ignotoque, diffidentium cardinalium suffragia summum honorem detulerunt. Solum hunc, ne iis quidem unquam visum, a quibus ad tantum fastigium est evectus, non nisi pontificem maximum Roma attonita vidit.*

(*h*) Laurentius Gàmbara significatur, brixiensis, poëta illius aetatis nulli secundus, qui Laevini hujus Torrentii & amicissimus fuit, & ejus poëticam facultatem valde adamavit, in pretioque habuit: cujus rei argumento illa sunt in Pogiani ad Torrentium epistola *Ego te, Laevine* d. 5. jul. 1563. de ejusdem Torrentii *de partu virginis* carmine: *Gambara legit & probavit: nisi quod a te, uno, ut ait, ex principibus nostrae aetatis poëtarum, vellet quaedam dici elegantius.*

L X V.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

12. sept. 1561.

Rogat, ut Jo. Antonio Clario oeconomo & familiae magistro uti velit.

QUibus (*a*) negotium hic datum est tuo nomine, ut hominem quaerant, quo uti possis oeconomo, & familiae tuae magistro, ii mecum rem contulerunt, &, qualem cum

(*a*) Inter caeteros, quibus negocium hoc datum ab Hosio fuerat, fuisse Georgium Ticinium, eum, de quo in superiore epistola *Tuae humanitatis* die 11. sept. dictum est, docet Latinius in litteris, ad Hosium die 11. octobris (non, quemadmodum mendose editum est, 9. augusti) hujus anni datis: *Ticinius, inquit, quid de magistro & procuratore domus tuae transegerit, nescio. nihil enim adhuc mecum communicavit. sed spero, illum, ut est acri judicio & summa diligentia vir, omnia ex sententia tua confecisse.*

eum velles, aperuerunt. itaque, cum in te amando, colendo & observando nemini concedam, ea res mihi quoque summae curae fuit. cumque Joannem Antonium Clarium haberem, qui jampridem te, propter singulares virtutes tuas, colit & admiratur, eundem de illorum sententia, quibus id negotii mandaras, tibi commendandum, & ad eam rem nominandum putavi. est is homo ausonius, nobilis vir, in primis probus, literisque ac multis praeterea rebus ornatus: vixit magnam partem Venetiis, majorem Romae: floret amicitiis bonorum & eruditorum hominum: usum praeterea habet multarum ac magnarum rerum. quod si minus peritus est minimarum quarundam rerum (quod homo in primis pudens & veritatis cultor me scribere vult) adhibebit alterum (quod fieri solet) quasi secundarum partium, omnium peritissimum, secumque ducet: ipse Clarius totam rem prudentia, fide & integritate sustinebit. hunc ego hominem, aptum & accommodatum rationibus tuis, te rogo & obsecro, ut isti domestico muneri praeficias, & in numero tuorum habeas. polliceor enim, fore, ut aliquando mihi hujus officii laudem maximam tribuas. Deus tibi propitius sit, mihique tui videndi & coram colendi facultatem concedat. Roma. pridie (*b*) idus septembris. M. D. LXI. *b.*

LXVI.

(*b*) Minime credibile est; Truchsessium, qui superiorem illam epistolam *Tuae humanitatis* die 11. sept. ad Hosium dederat, eumdem dedisse postridie hanc alteram, & tertiam insuper sequenti die addidisse, illam, cujus initium est *Nulla mea*; quae in nostro exemplari die 13. sept. notata comparet. Omnino in his temporum notationibus mira atque incredibilis librariorum negligentia deprehenditur. quid faciam? vitium ego saepe, fortasse non semper, animadverto; videoque aliquando, rerum actionumque ordinem, perturbatis temporibus, perturbari. magna hinc mihi haesitatio, magnus aestus, magnusque cruciatus. multa meditor, omnia inquiro atque dispicio, verso me animo ac cogitatione in omnem partem; si forte, errore deprehenso, rationem ejus corrigendi reperire possim. assequor id aliquando, non semper. quia saepe, quo magis conor, minus proficio; meque, ut propositis difficultatibus expediar, laborantem, objectis novis ac molestioribus impedio. consequitur tum magna, atque, ut opinor, debita illa quidem, in librarios indignatio, qui negligentia sua, quam minimo labore vitare potuissent, tantum nobis molestiae ac laboris attulerint; deinde veri reperiendi desperatio proponitur: ad extremum, impenso labore, molestia devorata, consumto tempore, quantum ad nullam non rem expediendam sufficere potuisset, re infecta, ad aliam epistolam tacitus, sed valde stomachans, transeo. hoc semel testari volui non semel expertus, aut vero, ut auguror, experturus. neque enim semper aut monui aut moniturus sum, quae me ejusmodi difficultates in his epistolis recensendis miserum atque aerumnosum torserint.

Digitized by Google

LXVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

23. sept. 1561. *Frequentes episcopos Tridentum proficisci. De rege Poloniae, suos ad concilium missuro. De Livónum calamitate. De Germaniae periculis. De Hosio. De Canobio.*

Nihil amore feracius; qui, ut nullum praeterea sit argumentum, uberem tamen ipse materiam scribendi praebet. sed non deerunt aliunde digna literis nostris. ac primum,
a id quod tibi jucundissimum erit, scito, frequentes hinc (*a*) episcopos Tridentum proficisci. reliqua laeta & salutaria speramus. ita enim se dant initia, ut omnino confidendum sit. Regis vestri
b consilium de Wladislaviensium episcopo (*b*), & de collega adjungendo, facile comprobat opinionem bonorum de regia pietate ac religione: me quidem certe incredibiliter delectat. Livo-
c nica (*c*) nondum accepi a Ticinio, sed jam cognoscam. Livónum

(*a*) In litteris trium concilii tridentini legatorum Gonzagae, Seripandi, & Hosii, ad card. Borromaeum, die 16. oct. 1561. datis, de horum episcoporum Tridentum adventu illa sunt: *Sono venuti da alcuni dì in quà molti prelati, & quasi tutti accompagnati da lettere di V. S. illustriss. Il quali da noi sono stati ricevuti della maniera, che conveniva, & similmente saranno trattati & accarezzati nell'avvenire, & per loro meriti, & per le raccomandationi, che hanno portate.*

(*b*) Sigismundus II. Poloniae rex, Wladislaviensium episcopum ad concilium cum collega destinarat: de qua legatione card. Puteus litteris ad Cromerum hoc ipso die datis, *Wladislaviensem*, inquit, *designatum legatum audiveram. sed nullos adhuc audio proficisci, praeter lusitanum.* neque tamen postea profectus est. ejus loco missus deinde fuit Valentinus Erbutus, primisliensium episcopus; quem Tridentum die 14. octobris 1562. pervenisse, ex legatorum concilii litteris, die 15. datis, didici. Agit etiam de ejus adventu card. Borromaeus in quadam epistola ad Hosium, quam in *Tabul. eccl. rom.* reperies pag. 253.

(*c*) Puto, ea significari, quae Gratianus libro XVI. *de scriptis invita Minerva*, quo loco de Livonia agit, his verbis commemorat. *Livonia frugum omnis generis est maxime ferax ... Vindicavit & hinc olim a barbaris terram, & gentem christiana sacra accipere coëgit militaris societas eorum, qui ab insigni, quod gestabant, Ensiferi vocitati sunt .... Debellatis livonibus, & parta pace, a labore ac belli studiis ad desidiam luxuriamque desciverant: atque hinc prava lutheranorum superstitione capti haeresique contaminati, catholicae religionis disciplinam ..... nefarie atque impie deseruerant ..... Magister societatis rigensem archiepiscopum, quia jus avitae pietatis tuebatur, armis invasit, & .... in custodiam tradidit. Augustus, rex Poloniae, archiepiscopum, & quia superior causa, & quia sangui-*

num misereor, qui dignissimas suae impietatis poenas pendunt. nam, cum a sanctissima parente ecclesia nefarie defeciverint, jure plectuntur. vereor, ne idem exitus contingat Germaniae nostrae; quandoquidem eodem ruere videtur. utinam falsa sit vaticinatio mea! equidem illi impendentes ruinas libenter meo sanguine redimerem. verum tot malorum unicum est remedium preces & vota. qua in re nec officio deerimus, nec tempori. Nihil mihi gratius aut optatius afferri potuit, quam regi vestro non injucundum accidisse cardinalitium honorem varmiensis (*d*) nostri. nihil est ipsi regi gloriosius, tum praeconio pontificis maximi, tum reliquorum praedicatione. varmiensis quidem ipse in caelo est, & amatur & colitur ab omnibus. Molestia illa mansionis (*e*) Canobii mihi quoque est permolesta. amo

sanguine sibi erat junctus, bello aggressus magistrum, vinculis exemit, ipsumque, & parentes ei populos in fidem recepit. at Moschoviae rex.... validis cum copiis Livoniam ingreditur, multisque expugnatis oppidis... brevi permagna provinciae parte est potitus. &c. Sed, quae Truchsesii his litteris significantur de Livónum tum calamitate tum impietate, illa certe sunt, quae Commendonus epistola, ad card. Borromaeum die 27. aug. 1561. Lubeca Romam data, commemorat: *Di Livonia*, inquit, *quì dicono essere nove lettere del gran mastro, il quale sollecita questi principi, & dice, che overo vinca il polono, overo il mosco, o s'accordino insieme, quella provincia è perduta affatto, quanto a l'imperio & quanto a l'ordine theutonico, se non se gli provede di presto & sufficiente soccorso. Ci sono anchora riporti di marinari, i quali affermano, haver veduto dal porto ardere tutto il paese di Riga di là dal fiume, & nominano i luoghi & villaggi. Io intendo di più, che l'arcivescovo di Riga tratta col polono di dargli tutta la signoria, & riservarsi un castello ne li confini di Polonia. Già V.S. illustriss. sà, quanto quei cavalieri & altri ecclesiastici di quella provincia sieno apertamente alieni de la religione. Io, molti dì sono, intesi, & m'è stato confermato di poi, cosa, che a pena si può tolerare di udire, che alcuni cavalieri si sono strappate le croci dal petto, & postele in un arbore, & saettatele; & che tal volta l'hanno fatto come per scherno inante quest' ultima impresa del moscovita.* Caeterum infra legendum censeo *Livónum non misereor*.

(*d*) De multorum timore, ne Sigismundus Augustus, Poloniae rex, cardinalicio Hosii honore offenderetur, deque litteris, ejus rei causa a Pio IV. in Poloniam missis, vide epistolam *Abstulimus* d. 20. maji 1561.

(*e*) Joannes Franciscus Canobius ad moschorum ducem legatus de concilio renunciatus fuerat a Pio IV. At is, ut Pallavicinii lib. XV. c. 9. n. 4. verbis utar, *pervennto in Pollonia, ed esposte sue commessioni al rè Sigismondo Augusto, ritrovò ben lui ossequioso a concorrere nell' intimato concilio; ma gli fu disdetto da esso il transito nella Moscovia. di che il rè diede ragione con lettere piene di riverenza al pontefice, e al cardinal Farnese, protettore, come lo avviso, della Pollonia. adduceva in esse il rè, che ardendo allora la guerra attualmente fra i lituani e i moscoviti, haveva egli proposto l'affare ne' consiglio di Lituania, sforzandosi a tutto suo potere,* che

amo enim hominem, quam qui maxime, propter ejus probitatem & amabiles mores. Te, mi optime Cromere, valere cupio. Roma. idibus septembris. M. D. LXI. (*f*)

LXVII.

che al nunzio fosse dato non pure libero il passo, ma insieme ogni agio per così arduo e pericoloso camino, a cui esso con fortissimo zelo si preparava. nondimeno, che tutti que' consiglieri una e due volte s'erano opposti, varii apportandone varie cagioni, ma tutti questa, che per antichissima consuetudine in tempo di guerra s'era negato ogni commerzio con que' barbari a qualunque oratore o di Cesare o di qualsisosse altro gran potentato. &c. Has ob causas substiterat in Polonia Canobius, nova pontificis mandata de sua illa legatione exspectans. hanc igitur hominis mansionem permolestam sibi esse, non minus quam Cromero, & fortasse etiam ipsi Canobio, Truchsesius affirmat. Non omittam hoc loco monere, in illud idem caput nonum *Historiae concilii tridentini*, unde superiora illa de Canobii legatione transtuli, mendum extremo num. 2. irrepsisse; quod, si quando illud opus recudendum sit, tolli mea fide, immo non mea, sed ejus, quem postea producam, sine dubitatione poterit. sic igitur ibi scriptum est: *Intender sua santità d'invitar' al concilio, oltre al duca di Prussia, al quale era destinato il Canobio stesso, che andava al rè di Pollonia, anche il moscovita; sì come ne' sinodi passati s'era costumato con gl'imperatori e co' principi greci. pertanto rimettere alla disposizione della maestà sua* (Ferdinando imperatore) *l'eleggere per quella ambasciata o il Commendone o il Delfino*. Omnino pro *Commendone* reponendum est *Canobio*. Audiatur cardinalis Borromaeus in litteris ad Hosium die 16. apr. 1561. Roma Viennam datis: *Haec mihi*, inquit, *dicenda sese offerunt: sanctissimum dominum nostrum, licet Canobium aptum huic provinciae profectionis in Moscoviam judicaret, voluisse tamen etiam considerationem habere personae reverendi episcopi Delfini, qui forte ad hanc rem potior est; iccircoque singulas expeditiones fieri jussit in utriusque personam. quae nunc omnia per ipsummet Canobium ad te deferuntur: ut tu ipse imperatorem adeas, cumque ejus consilio statuas, utrum eorum mittere expediat. quod enim tu sic statueris, id omne jam nunc approbat sanctitas sua. neve haec profectio amplius differatur, mittuntur pariter ad te, per viam Venetiarum, mille scutati aurei in viaticum, quos ei, qui in Moscoviam proficiscetur, dabis.... Si reverendus pharensis* (Delphinius nimirum) *nondum Viennam reversus erit, vult sanctiss. dominus noster, quod dominatio vestra reverendiss. non expectato illius reditu, curet expeditionem Canobii in Moscoviam. si vero pharensis redierit, & ei contingat haec profectio, dominatio vestra reverendiss. retinebit apud se ipsum Canobium; cujus opera utetur in negotiis sanctitatis suae usque ad reditum pharensis ex Moscovia*. Manifestum est igitur, deliberationem hanc de pontificio nuncio in Moschoviam mittendo inter Canobium & Delphinium esse versatam. de Commendono autem illuc ablegando numquam actum esse, immo ne cogitatum quidem, mihi est exploratum: qui praesertim sua hoc ipso omni tempore ad inferioris Germaniae principes instituta legatione distinebatur, quam non nisi januario mense insequentis anni 1562. propter multiplicem cum multis negociorum tractationem, potuit absolvere.

(*f*) 1562. exempl. & cod. vat. Sed refelluntur totis epistolae sententiis. itaque emendavi.

LXVII.

Otho Truchses Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (a) a

De Galliae perturbatione. De poſſiacenſi conventu. De tridentini concilii frequentia. De pecunia Hoſio debita. 20. ſept. 1561.

VEre *tumultus* (b) illi veteres motus gallicos appellarunt; b in quibus tanta ſemper inerat perturbatio, major ut timor oriretur. ſed illa de bello. at quanti id refert, ſi in pace eadem pertimeſcimus (c)? quanquam non perinde eſt, ut nonnulli, vix c bene

(a) Editam reperies hanc epiſtolam etiam in *Tabul. eccl. rom.* pag. 188.

(b) Cicero *Philip. VIII.* c. 3. *Quid eſt enim aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum eſt tumultus. itaque majores noſtri tumultum italicum, quod erat domeſticus, tumultum gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant.*

(c) Agere hinc Truchſeſius incipit de poſſiacenſi in Gallia conventu, de quo Pallavicinius lib. XV. c. 14. *Hiſt. concil. trid.* illa commemorat. *Vedevaſi la più traſcurata nel venire al concilio quella nazione, ch'era la più biſognoſa di riceverne ajuto a preſervamento; dico la franzeſe. creſcevan in lei co' diſordini le moſtruoſità: ed era particolarmente occorſo, che Odetto cardinale di Sciattiglione, veſcovo di Boves* (gallice *Beauvais*), *fratello dell'ammiraglio .... foſſe divenuto già quaſi apertamente ugonotto. haveva tenuti la reina in San Germano i tre ſtati: e .... dicono, che ſi raccomandò al favore dell'ammiraglio e de' fratelli, e vicendevolmente promiſe loro condeſcenſione verſo l'eſercizio della lor ſetta. negli affari della religione il Signore dell'Oſpitale, gran cancelliere .... haveva dato manifeſto favore alla fazione degli ugonotti. non s'era per tutto ciò conchiuſo di tener concilio nazionale, eſſendo accaduto, che per diverſi fini tanto gli eretici, quanto i cattolici haveſſero cercato di fraſtornarlo .... Fù dunque fermato di tenere un colloquio a Poiſsì, luogo proſſimo a San Germano &c.* De eo colloquio fuſe admodum agit Jacobus Auguſtus Thuanus libro *Hiſtoriae* XXVIII. ad an. 1561. ex quo ad hanc Truchſeſii epiſtolam illuſtrandam inſigniora decerpam: *Ad colloquium*, inquit, *vocati jam convenerant Auguſtinus Marloratus, Franciſcus a Paull-Fano, Joannes Raimondus Merlinus, Joannes Malo, Franciſcus Morellus, Nicolaus Tobias, Theodorus Beza, Claudius Boſſerius, Joannes Boquinus, Joannes Viretus, Joannes Turrius, Nicolaus Gallaſius. ad illos mox ſe aggregavit Joannes Spina, qui, abjurato nuper dominicanorum ordine, tunc primum aperte proteſtantium religionem profeſſus eſt. nec multo poſt Tiguro evocatus Petrus Martyr Vermilius, inter ſuos magni nominis theologus, in aulam venit ... Poſtridie, qui dies in v. non. ſept. incidit, principium actioni factum fuit, annitentibus praecipue Jacobo Moniucio valentino, & Petro Valla ſaglenſi epiſcopis .... Rex* (Carolus IX.) *cum regina* (Catharina), *Alexandro fratre, Aureliani duce, & Margarita ſorore, conſanguineis principibus, & ſacri conſiſtorii ſenatoribus, Poſſiacum venit, & in majore conclavi loco parato conſedit. circiter quadra-*

bene sentientes, dictitant. frequentior est ille quidem conventus,

quadraginta praesules aderant, cum delectis theologis, ac praeter eos Borbonius, Turnonius, Castellionaeus, Lotaringus, Armeniacus, & Guisius cardinales. Cum omnes assedissent, facto silentio, rex ad id instructus, scire eos dixit, qua de causa huc convocati fuerint, nimirum, ut turbis, quae passim in suo regno exoriantur, salutare remedium ex eorum sententia quaeratur .... cupere se, ut non prius discedant, quam omnem operam dederint, ut tandem aliquando compositis dissidiis mutua inter majestati suae subditos populos concordia ac sincera amicitia sarciatur .... Tum Cancellarius, pluribus regis voluntatem aperire jussus, orditur, regem, si per aetatem liceat, & ardens in pietatem ac remp. desiderium plenius explicaturum fuisse, & huic actioni frequentiorem interfuturum, uti olim fecerit Constantinus Augustus, qui concilio Nicaeno ipse praefuit. ad id vero eos convenisse, sicuti ex rege ipso jam intellexerint, ut, quae in disciplina, ac doctrina etiam, depravata sunt, emendentur .... Ubi peroravit Hospitalius, Turnonius antistitum princeps assurrexit, & regi, reginae ac consanguineis principibus gratias egit, quod huic colloquio interesse dignati essent, eaque proponere, quae docte, sapienter, ut nihil melius, ab Hospitalio ad Dei gloriam & veram religionem constituendam dicta essent .... Tum Theodorus Beza jussus dicere in genua procumbit, & invocato Dei nomine, ac fidei professione facta, ad Deum sermonem convertit, & inique secum agi dicit, quod tanquam turbulenti, ambitiosi, seditiosi, ac publicae tranquillitatis perturbatores in aula ac regni curiis traducantur, cum id tantum agant, ut propagata Dei gloria saluti consulant ...... Deinde explicat, in quibus cum pontificiis conveniant, in quibus dissentiant. postea de ratione salutis consequendae, de fide ac bonis operibus, de verbo Dei, de conciliorum ac patrum auctoritate, de sacramentis & eorum usu & vera interpretatione disserit: in quo, transubstantiationis, & consubstantiationis refutatis opinionibus, contentionis calore longe abripiebatur, non sine astantium fremitu, ut paene disturbaretur .... Colloquium ad XVI. *Kal. oct. instauratur, cui rursus eodem loco rex, regina, navarrus ac caeteri, sed minore turba, interfuere. ubi Lotaringus longa & diu ante meditata oratione egit ..... In ea de obsequio, quod regi debetur, praefatus, quia a protestantibus petitum fuerat, ut rex colloquio praeesset, & ab Hospitalio dictum, Constantinum nicaeno concilio praefuisse, regem membrum, non caput ecclesiae esse dicit, cujus tuendae curam praecipuam gerere debeat: caeterum, in iis rebus, quae ad doctrinam pertinent, ipsi ecclesiae & ejus ministris subjacere ..... Biduo a postremo colloquio* (VI. Kal. octobr.) *in colloquium reditur, & Beza coram regina orationem de scripto habuit ..... Venerat huc hispanus quidam e sodalitio jesuitico, ab Hippolyto atestino, ferrariensi cardinali, qui nuper ad regem a Pio IIII. legatus fuerat, missus. is erat Jacobus Laines ab Ignatio tam late hodie sparsi sodalitii antistite primus praepositus generalis constitutus: qui interfatus cum contumeliosa multa in protestantes effutiisset, simias, vulpes & monstra appellans, illosque ad concilium a pontifice indictum amandandos diceret, postremo reginam increpuit, quod harum rerum, quae minime ad ipsam, sed ad pontificem, cardinales, & episcopos pertinerent, cognitionem susciperet. nec fas esse dixit, dum concilium universale celebrarent, heic privatum colloquium reginae auctoritate institui. Hominis arrogantiam tulit impatienter regina, sed legati reverentia injuriam dissimulavit.*

An ego hujus historici intemperan-

tus, quam deberet. accersita etiam ex Germania capita confes-

Tt 2 sionis

rantiam patienter feram? an injuriam Laynio, summo ac singulari viro, tam contumeliosa tamque mendaci narratione factam, dissimulabo? ac nescio, quo sive illius sive meo quasi fato fiat, ut, quotiescumque aliquis mihi ex ejus fabula (historiam volui dicere. frequenter heic erro) locus afferendus est, in ejusmodi mendacia, tantamque hominis impudentiam incurram, ut, quamquam muneris institutique mei absolvendi percupidus, & ad Pogiani reliqua properans, in Thuani vepretis dumetisque cogar insistere, ut male falsoque ab eo dictorum tamquam spinas, legentium animis infixas atque haerentes, vellam. atque hominis quidem in Pium IV. pont. max. de concilio tridentino cogendo mendacia ac maledicta supra ad epist. *Qui literas* d.16. nov. 1560. satis multis coargui. nunc paucioribus ejusdem in Laynium (hoc est in eum, de quo pontifice max. renunciando iisdem comitiis, quibus ipse Pius pontifex max. renunciatus est, duodecim cardinales consensisse, cardinalis Truchsesius, qui comitiis illis interfuit, aliique prodidere) commenta ac petulantiam retutabo.

Ac primum illud, quod ait, *Jacobum Laines ab Ignatio sodalitii jesuitici primum praepositum generalem constitutum*, falsum est. nam neque ab Ignatio constitutus Laynius praepositus generalis est, sed post Ignatii mortem ab ipso sodalitio, neque primus ille sodalitii praepositus generalis, sed alter ab Ignatio fuit. de quo sodalitio quid attinuerit a Thuano illa subdi *tam late hodie sparsi*, & utrum id ille ad laudem, an ad vituperationem referri voluerit, divinare quis possit? certe ad rem, qua de agitur, nihil pertinet, pauci ne an multi jesuitae tum essent, illa cum a Thuano scriberentur; & in ejusmodi sacerdotum sodalitiis non sodalium multitudo, sed genus dignitasque spectatur, nec hominum numerum, sed merita ponere in laude solent, qui ex animo vereque laudant. sed Thuani perpetua illa, sibique in totis illis suis tam multis voluminibus semper constans, cum romanis pontificibus cumque eorum auctoritati addictis hominibus agendi ratio facit, ut nihil heic eum de laude tribuenda cogitasse arbitremur. restat, ut voces esse illas suspicemur quadam animi aegritudine ac dolore expressas ab homine, cui, jesuitici sodalitii mentione facta (quod nusquam consistere, nullumque adeo esse semper optasset), repente mira jesuitarum in catholicae ecclesiae subsidium propagatio objecta ac versata in animo esset; idemque valere eas exiliti nemus, ac si auctor, interjecta exclamatione, scripsisset, *jesuitici, heu! me miserum! tam late hodie sparsi sodalitii*. Praeiverat nimirum exclamanti suus ille *heros ab Achille secundus* Philippus Melanchthon; de quo Florimundus Remundus, Gallicarum regis in curia burdigalensi consiliarius, idemque vir doctissimus atque integerrimus, libro V. *Historiae*, haud paullo verioris, quam thuanea est, *de ortu, progressu, ac ruina haereseon hujus saeculi*, coloniensis editionis, anni 1614. pag.34. *Hoc illud fuit*, inquit, *quod Melanchthonem morti vicinum tam anxium habuit, ut audiens, jesuitas flumina & maria transmittere, & culta omnia atque inculta peragrare, nec quemquam fere jam orbis esse angulum, quo non penetrarint, & ubi non semen euangelii, sanguine suo non raro tinctum ac rubefactum, reliquerint, ductis ab intimo corde suspiriis exclamavit*, AH! QUID HOC ESSE DICAM? VIDEO SANE TOTUM MUNDUM BREVI JESUITIS REPLETUM IRI. Utinam vero vel plenior jesuitis, illorum, quos Melanchthon & Thuanus esse nullos voluissent, Layniique similibus, mundus

sionis augustanae, ut impii augurantur, probandi, ut pii sperant, impro-

dus esset, vel minus multi in mundo pia jesuitarum opera indigerent! utinam etiam jesuitae ita Dei ope in suo divini nominis gloriae ubique propagandae studio atque instituto versari constanter pergant, ut Melanchthones Melanchthonisque similes, siquidem catholicae ecclesiae reconciliari detrectant, de jesuitarum pernicie vota facere numquam desistant!

Sed ad Laynium redeamus; quem Thuanus affirmat *contumeliosa multa in protestantes effutiisse, simias eos, vulpes & monstra appellantem*. Jam *effutire* sollemne Thuano est. in Laynium quidem, sanctissimum, doctissimum, prudentissimumque virum, id verbum cadere non potest. quod nisi Thuanus, si ita loqui fas est, melanchthonizaret, profecto, qui contumeliosa in protestantes Laynii verba reprehendebat, debuit ipse catholicus (ut quidem haberi semper voluit, sed minime, ut haberetur, historia illa sua scribenda assequutus est) a contumeliis in hominem, maxime catholicum, &, in illo possiacensi inter catholicos & protestantes colloquio, principem pontificii legati theologum, abstinere.

At nimis contumeliosum fuit, protestantes a Laynio illis vocabulis appellari. Primum, quid tu nimiam contumeliam, Thuane, dicis iis nominibus illos homines appellare; quae verissime aptissimeque in eorum mores convenirent? cum praesertim ipsi, acerbissimo orationis genere antea usi, catholicos, qui eo convenerant, ad respondendum adhibita aliqua acerbitate verborum, priores lacessissent. an oblitus es, quam contumeliosa in homines, quam impia in Deum Theodori Bezae, protestantium signiferi, oratio tum fuerit? recognosce, o noster misericors, historiae tuae verba libro XXVIII. *Vix desierat* (Beza), *cum Turnonius* (cardinalis) *indignatione tumens, voce prae ira tremula, regem* (Carolum IX.) *compellat: &c, contra animi sui sententiam antistites, qui hue adsunt, fecisse, atque adeo suis conscientiis vim attulisse, dicit, cum in hunc congressum* (possiacensem) *descenderint, &, ut novi euangelistae* (sic *protestantes vocabat*) *audirentur, consenserint: verum id enixae ipsius voluntati dedisse, & de expresso regiae majestatis mandato huc venisse: jam antea providisse, fore, ut, si audirentur* (protestantes), MULTA INDIGNA ET IN DEUM CONTUMELIOSA EFFUTIRENT (heic apte hoc verbum positum est), QUAE REGIS IPSIUS AURES ET PIORUM OMNIUM OFFENDERENT.... *Postremo subjecit, nisi regis & ipsius mandatorum rationem habuissent antistites, ad* HORRENDA ET ABOMINANDA VERBA QUAE MODO PRONUNCIATA ESSENT (a Beza) *fuisse consurrecturos, neque passuros, sermonem ulterius produci.... Ad haec Lotaringus* (Carolus cardinalis) *postquam de* CONTUMELIOSO CONTRA PRAESULES ET REGIS IPSIUS AUCTORITATEM RESPONSO (protestantium) *conquestus est, rursus instat &c.* In homines igitur, qui *contumeliosum contra praesules & regis ipsius auctoritatem responsum dedissent*, qui *horrenda & abominanda verba pronunciassent*, qui *multa indigna & in Deum contumeliosa effutissent, quae regis ipsius aures & piorum omnium offenderent*, potest ne cuiquam Laynius nimis contumeliosus videri, quod eos paullo asperius appellasset? cum praesertim liberius loquendi, castigandaeque hominum impudentiae atque impietatis, auctores ac principes praestantissimos illos maximeque catholicos, catholicarumque partium studiosos ac defensores, Turnonium ac Lotharingum cardinales haberet. Adde, quod vocabula illa ipsa, in quibus contumelia tanta in protestantes fuisse a Thuano dicitur, non nisi tropi quidam sunt, e sacris plerum-

improbandi causa. sunt ibi (utinam non essent) diaboli excursores; plerumque litteris desumti; quos ipsos Laynius non de protestantibus nominatim, sed universe de omni hominum genere, qui se umquam a catholica religione removerint, usurpavit. in quo si ulla contumelia est, &, si quidquid e sacris litteris generatim in haereticos a quoquam confertur, id est *contumeliosa in protestantes effutire*, sanctissimi quique atque doctissimi ecclesiae patres, qui similiter eosdem sacrarum litterarum locos de haereticis interpretati sunt, nihilo minus, quam Laynius, *contumeliosa in protestantes effutisse* dicendi erunt.

Sed utrum contumeliosus in protestantes Laynius, an potius in Laynium Thuanus habendus sit, non ex argumentatione mea, verum ex ipsa Laynii oratione, tum in illo conventu habita, judicetur. exstat enim: eamque ex italica lingua (namque italice italam reginam *hispanus* ille *quidam e sodalitio jesuitico* alloquutus est) in gallicam convertendam, in ipsaque Gallia typis vulgandam, cardinalis legatus Hippolytus Atestius, qui auctor ejus habendae fuerat, statim curavit. italica ejus exempla duo ad Commendonum, pontificium in Germania inferiore tum nuncium, transmissa sunt, quae in manus Antonii Mariae Gratiani junioris, spectatissimi viri, mihique amicissimi, longo intervallo pervenerunt, qui ea mecum humanissime communicavit, ex quibus unum mihi summa cum fide descripsi. afferam ex eo loca illa ipsa, a Thuano in sua narratione significata ac maligne perperamque reprehensa, usus latina eorum interpretatione, non Andreae Schotti (nam ea minus pressa, paulloque liberior est) in Laynii *Vita* lib. II. cap I. coloniensis editionis an. 1604. sed Francisci Sacchinii in *Laynio* lib. v. num. 201. qui, quemadmodum ipse ait, & ego sancte confirmare possum, *prope verbum verbo reddens* ea ipsa loca in latinum convertit. nihil verecundius, nihil moderatius, nihil verius, nihil denique ad tempus, ad locum, ad personas accommodatius dici a quoquam tum potuisse, nemo aequus, hoc est Thuani dissimilis, non confitebitur.

Quamquam, inquit, *regina*, *in aliena rep. hospes curiosus non debet esse*, *tamen*, *quia fides sancta non unius propria nationis*, *sed communis & catholica est*, *nequaquam alienum arbitror majestati vestrae significare id*, *quod mihi universa de re*, *de qua hic agitur*, *& privatim ad quaedam*, *quae frater Petrus Martyr & collega ejus* (Beza) *objecere*, *in mentem venit*. *ac primum quidem*, *quantum ego lectione usuque perpetuo comperi*, *res est ingentis periculi cum iis agere*, *qui ab ecclesia sancta deficiunt*, *eosque audire*. *nam*, *ut in ecclesiastico est*, *Quis miserebitur incantatori a serpente percusso*, *& omnibus*, *qui appropiant bestiis? qui ecclesiam deserunt*, *eos divina scriptura* lupos *in vestimentis ovium vocat*, *&* vulpes; *ut intelligamus*, *valde ab iis cavendum esse*, *propter eorum in primis simulationem & dolos*, *quibus omnium aetatum haeretici usi sunt*. *pelagiani*, *qui negabant gratiam Dei necessariam*, *viresque*, *quas non habet*, *tribuebant naturae*, *adacti ab ecclesiae magistratibus*, *apud eos quidem profitebantur*, *gratiam necessariam esse*: *at suis asseclis clam in angulis insusurrabant*, *se nomine gratiae naturam intelligere*, *gratis a Deo nobis tributam*. *quidam fuere*, *qui negabant resurrectura ex morte corpora*, *ajebantque*, *tantum animae resurrectionem esse*, *tumque eam resurgere*, *cum per Dei gratiam sancta fit*. *hi interrogati*, *num resurrectionem hac in carne crederent*, *prorsus affirmabant*; *sed furtim dein suos admonebant*, *resurgere animam in carne*, *videlicet quod carni conjuncta*, *dum in corpore est*, *gratia Dei fit ju-*

fit justo. eadem possent de sectis aliis singillatim dici. in universum sectarii omnes eo conveniunt, ut fateantur, esse catholicam ecclesiam, esse ejus rectores ac ministros, esse divinorum librorum, saltem nonnullorum, certam divinamque auctoritatem; ac pro se quisque suam ecclesiam, catholicam ecclesiam, suos magistratus ac ministros, veros ac legitimos magistratus ac ministros, sensum divinarum litterarum, quem ipse eruit, germanum, verum, catholicum esse contendit. & tamen certum utrumque hoc est, nec ecclesiam, nec ministros eorum, nec sensum, quem imponunt scripturis, verum esse & catholicum, sed catholici imitatorem ac simiam. *idcirco necesse est, ut, qui eos audit, oculos diligenter intendat, pericula ut vitet. Quare mihi, regina, succurrebat majestati vestrae remedia afferre duo, quorum alterum mihi quidem bonum videtur, alterum minime malum. prius est, ut vestra majestas intelligat, nec suum nec humani cujuspiam esse principis agitare fidei res; quod talibus principibus harum potestas rerum non est. praeterquamquod fere ejusmodi homines non solent in subtilibus ac reconditis de religione disputationibus versati esse, ratioque vult, ut fabrilia tractent fabri. sacerdotum igitur est hoc negotium, &, quoniam res fidei causae sunt majores, ad sacerdotem summum ac generale concilium statuere de iis spectat. quod concilium cum in praesentia apertum sit, nec aequum nec legitimum videtur conventus hos habere. idcirco patres in basileensi congregati synodo, quamdiu oecumenicum concilium duraret, sexque ante mensibus, provincialia vetuere fieri. ergo remedium, quod dicebam bonum, est, ut vestra majestas istos ad concilium mittat: quia, cum eo doctissimi omnium nationum homines conveniant, & cum in eo, quod caput est, certa sancti spiritus praesentia & rectio adsit, quam hic polliceri haudquaquam possumus, cumque pontifex salvos ac tutos praestiturus sit, si inducant animum ire, ac doceri, quod velle se dictitant, multo id eo loco melius fiet. quamquam, ut id, quod res est, dicam, haud mihi isti persuadent velle doceri, sed docere, & sua late venena spargere, quippe qui, loco audiendi alios, sesquihoras declamant.*

Alterum remedium, haud illud quidem bonum, sed minime malum, est, ut, quando vestra majestas istorum miserta, ut indulgentia & caritate erga eos utatur, si quo modo demereri & reconciliari ecclesiae queant, disputari vult, id fiat dumtaxat coram doctis exercitatisque viris, qui procul a periculo sint, ne inficiantur ac perturbentur, immo coarguere & docere istos queant. & hac via vestrae etiam majestati, & his illustrissimis principibus haec audiendi molestia eximetur &c.

Haec est illa Laynii orationis pars, Thuani petulantiae maledictisque proposita: in qua quis *contumeliosa illa multa in protestantes effutita*, ac praesertim *monstrorum* appellationem recognoscit? ubi vox ulla Laynio excidit, qua reginam increparet? ubi hominis *arrogantia*, ubi *injuria* illa tanta exsistit, ut illam *impatienter ferre*, hanc *legati reverentia dissimulare* regina debuerit? nonne sunt omnia a praepostero hoc historico ad rei veritatem obscurandam, ad invidiam catholico homini conflandam, ad protestantium causam in illo conventu tamquam ex comparatione extollendam, conficta atque composita? nam, quod reginam de rebus verissimis ac maxime salutaribus Laynius, praesertim ad eam rem a pontificis max. legato in illum conventum missus, tanta lenitate verborum adhibita, accedente etiam vultus atque actionis, quae illi propria semper fuit, modestia ac verecundia, edocuerit, an hoc est *increpare reginam*, hoc est *arrogantem esse*, hoc est *esse injurium*? sed habet hoc Thuanus, ut non suo quamque rem, & proprio atque usitato nomine appellet. itaque, sexcentis historiae suae locis, ubi protestantium supplicia a magistratibus

tibus

sores; sed sunt (*d*) permulti. non desunt etiam Christi milites, multo fortasse minore numero. sed paucorum virtute semper vicimus, multitudine cessimus. & tamen summa pietate omnes paene episcopi sumpta divina hostia (*e*) ita concilium illud inivisse dicuntur, ut se totos tradant divino numini, idque decernant, quod Deus suaserit (*f*). Nec vero publicum istud christia-

d *e* *f*

tibus inflicta describit (quod is, qui se tamen catholicum profitebatur, admodum flebili oratione, atque ad commovendos miserabili spectaculo hominum animos composita, facere consuevit) non ille eos *pertinaciter*, sed *constanter* & cruciatus tulisse, & obiisse mortem, dicit. contra vero in hac ipsa possiacensis conventus narratione (num. XV.) cum magno illi Carolo cardinali Lotharingo commenticiam proditae catholicae religionis notam inussisset, quem olim augustanae protestantium confessioni *haud dubie in plerisque assensum esse*, criminatur, ad extremum ait, *ambitione* atque animi *levitate* sententiam mutasse. ita Thuanus historicus non modo res ipsas falsa narratione, sed ipsa narrationis suae verba, ad alienam pravamque significationem translata, corrumpit. putemus igitur, eum, cum Laynium *increpantem* reginam, cum *arrogantem*, cum *injurium* dixit, *docentem*, *verecundum*, *benemerentem* dixisse.

(*d*) Nisi consentire in hanc lectionem cum meo exemplari *Tabularium* viderem, edi jussissem, *sed non sunt permulti*.

(*e*) De hac catholicorum episcoporum religione atque pietate ne verbum quidem Thuanus, minima omnia ad possiacensem conventum pertinentia persequutus, facit. homo scilicet catholicus non nisi de protestantium mirifica erga divinum numen reverentia sibi narrandum existimavit. itaque illa posterorum memoriae prodere non omisit: *Theodorus Beza jussus dicere, in genua procumbit, & invocato Dei nomine, ac fidei professione facta, ad Deum sermonem convertit*. Bene habet, quod tantum Dei cultorem, invocatorem, alloquutorem, tantumque fidei professorem, non etiam divina tum passum, & in sublime atque adeo ad tertium usque caelum abreptum commemorarit historicus.

(*f*) Possiacensis hujus conventus exitum, egregiamque in eo Laynii operam galli duo historici, Thuani dissimiles, hoc est sine dubitatione catholici (etsi, quod nimiam illi aliquando fidem habuerint, nequaquam in reliquis omnibus historiarum suarum partibus sine exceptione veridici) memoriae prodiderunt, Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson, & Henricus Spondanus. atque ille quidem operum suorum tomo VII. pag. 195. venetae editionis an. 1740. *Sancto Ignatio*, inquit, *de Loyola ad meliorem vitam translato, praepositus generalis societatis Jesu electus Jacobus Laynes eam octo annos & dimidiatum sapientissime rexit. In Galliam a Pio IV. pont. max. cum Hippolyto Estensi, cardinali legato, ad restinguendum incendium, eo in regno ab haereticis calvinianis excitatum, missus, interfuit publico totius hujusce regni possiaco conventui; in quo, sicut in superiori colloquio jam observavimus, maxima sententiarum & verborum gravitate repressit, coram Catharina regina matre, Theodorum Beza, Petrum Martyrem, aliosque nefarios haereticorum antesignanos fraenavit, ac prorsus elingues reddidit*.

Spondanus vero in *Annalibus ecclesiast.* ad hunc annum 1561. num. XXII. *Solutum est*, inquit, *colloquium vigesimo quinto novembris; quo primum sectariis*

tarils in Gallia de religione disputandi facultas concessa est, pessimo exemplo, dum errores, pridem legitime damnati, retractari permissi sunt. &, quamvis nihil ibi conclusum fuerit, valde tamen sinistre inde regina tum apud omnes catholicos, tum maxime apud pontificem & regem Hispaniae audivit; apud quos, missis legatis, excusare sese conata est. Pontifex autem, ubi certior factus est, colloquium nullo fructu solutum, magnam inde sensit laetitiam, & laudatis catholicis, qui strenue se in eo gessissent, e contra orationem cancellarii, tamquam multis partibus haereticam, damnabat, ad inquisitionis tribunal citandum interminatus.

De hac Pii IV. pontificis laetitia ob possiacense *colloquium nullo fructu* (quem nimirum suis rebus ex eo protestantes sperarant) *solutum*, de laude catholicis (ac Laynio potissimum, quem veteribus illis ecclesiae patribus in eo, quod sese tamquam murum pro domo Israël opposuisset, comparavit) tributa, denique de *cancellarii* (Hospitalii) orationis reprehensione atque censura, altum est in Thuani historia silentium. neque enim ille pontificum rom. praesertim Pii IV. seu dicta seu facta, commemoratione sua digna ducit, nisi quae carpere ante animo destinarit. itaque illam ipsam cardinalis ferrariensis insignem legationem ad Carolum IX. reginamque Catharinam, ab eodem Pio de hoc ipso possiacensi conventu, si fieri posset, impediendo, aut in officio certe continendo, tantis sumtibus, tanto splendore, tanto episcoporum theologorumque comitatu missam, ne significasset quidem in tota historia sua Thuanus, nisi *hispanum illum quemdam*, qui ad conventum venerat, conspicatus, illumque pessime animatus petens, jam jamque aggressurus, quasi fortuito in ipsum legatum incidisset. ait enim: *Venerat huc hispanus quidam, e sodalitio jesuitico, ab Hippolyto atestino, ferrariensi cardinali, qui nuper ad regem a Pio IV. legatus fuerat, missus*. Atque in hanc unam clausulam Thuanus totam illam legationem conjecit, nihil usquam de legati praestanti dignitate, nihil de mandatis, quae habebat, gravissimis, nihil de ejus actionibus cum rege reginaque commemorans: quasi tabellarius nescio quis cum codicillis, ac non vir amplissimus orator de maximis rebus in Galliam a pontifice romano missus esset. de qua legatione nos ad epistolam *Qui tibi* d. 30. jul. 1561. non pauca diximus, plura Pallavicinius libro XV. cap. 12. & 14.

At de legatione, supra a Spondano significata, quam ad regem Philippum II. regina Catharina misit, Thuanus dicere non omisit. *Fama*, inquit num. XVI. *de colloquio possiaceno per Italiam & Hispaniam sparsa cum Philippum mirum in modum commoveri intelligeret regina, Jacobum Monberonium Ausentium.... ad eum legat, ut se purgaret. Vix admissus Ausentius Elisabethae interventu: & eum ipse & Sebastianus Albaspinaeus, Lemóvicum episcopus, & regis in aula assiduus orator, longa oratione egissent, & necessitati id datum, non in protestantium gratiam factum excusassent... Philippus acrem religionis sensum prae se ferens...... legatos ad Albanum, qui tunc summae rerum praeerat, rejecit. Is vero, iis denuo auditis, praefracte respondit, regi suo admodum dolere, quod in regno tam vicino, & tot necessitudinum vinculis secum conjuncto, religionis negotium tam tepide & dissimulanter tractari audiat: cupere illum, ut, qua severitate Henricus socer in Mercuriali conventu, & qua Franciscus, melius consultus, nuper Ambosiae usus est, eadem in sectarios, omni respectu posthabito, animadvertatur; neque committatur, ut malum, quod tempestiva resectione per reges viros minuebatur, rege puero, & faemina convivente, ulterius pullulet..... Cum hoc superbo, & illusionis pleno responso dimissus Ausentius ineunte octobri. &c.*

Putabam, Laynio ob eam unam rem,

christianae ecclesiae concilium infrequens erit, proficiscentibus

Vol.II. Vv jam

rem, quod catholicus esset, Thuanum tantopere infensum fuisse. nunc video, illam etiam simultatis atque odii causam esse potuisse, quod is esset hispanus. hoc enim ejus historiae loco admonitus in memoriam redeo perpetuae hominis consuetudinis hispanorum omne nomen insectandi, omniaque hispanorum hominum, ne principibus quidem ac ipsis regibus exceptis, cum dicta, tum facta ad arrogantiam, ad superbiam, ad vanitatem referendi, deque iis nullo non loco arrogantissime, superbissime, vanissime, contumeliosissime obloquendi. Id ipsum non sine stomacho Andreas Schottus animadvertit, & in ea epistola, qua tertium *Hispanicae bibliothecae* tomum, Francofurti anno 1608. vivente adhuc Thuano (qui non nisi anno 1617. obiit) editum, Joanni Marianae nuncupavit, his verbis testatus est atque conquestus: *Narro & illud invitus, incidisse me nuper in Annales cujusdam* (Jacobi Augusti Thuani) *caetera augustos, nisi adversariae partis fideique hostes, etiam obscuros quosque, tantum non laudibus in caelum tolleret, caeloque donaret pestilentis cathedrae atque irrisorum ministros, pontificios vero damnaret, atque* HISPANOS POTISSIMUM VITUPERARET: *quos penes tamen...... ea laus fuit, eritque semper, ut summi hic philosophi, ac theologi verae & catholicae fidei propugnatores praestantissimi, reperiantur ...... Quamobrem, si votis proficeretur, qui contra sentiunt, gentemque fortissimam juxta ac pientissimam per nefas scripto violant, utinam ii & apostolicae sedis auctoritatem* (*quod in terris fidei caput est*) *non contemnerent, & posterorum de se judicium formidarent*. Praeclare Schottus hispanorum thuaneis scriptis violationem in scriptoris ingenium, apostolicae sedis auctoritatem contemnentis, haud obscura significatione contulit. namque illud esse verissimum puto, ideo etiam vehementius Thuani odium in hispanos exarsisse, quod in illo turbulentissimo reip. christianae tempore caecisque tenebris, in quarum caligine atque horrore ejus historia ferme versatur, prope uni ex omnibus gentibus extra Italiam (quae ne ipsa quidem penitus expers illius calamitatis fuit) catholici reperirentur; cumque Germania, Anglia, Polonia, Gallia ipsa, reliquae item fere omnes Europae provinciae aut omnino, aut aliqua sui parte, ab apostolica sede defecissent, aut certe ad defectionem res ubique spectare viderentur, sola propemodum Hispania firmissimae illi veritatis atque pietatis columnae constantissime adhaeserit, nec novarum doctrinarum pestilentissimo illo tamquam vento circumferri se passa sit. Doluit id scilicet Thuano; homini non tam de historia rerum contexenda, quam de suscipiendo per eam occasionem heterodoxorum patrocinio laboranti; nullamque sibi, in hispaniensibus rebus commemorandis, perditarum partium causam sublevandi, aut bonarum deprimendi opportunitatem dari, contraque potius in catholicae nationis, catholicique regis non nisi catholica & facta & dicta & cogitata invitissimam orationem incurrere ac tam frequenter offendere, indignissimum illi ac non ferendum visum est. itaque, factus & rerum improbator & hominum inimicus, de rerum splendore, quantum potuit, sive malitiose silendo sive maligne interpretando detrivit; de hominum existimatione, quantum libuit, contumeliosa multa effutiendo detraxit. qua re illud assequutus est, ut minus impedito historiae suae cursu uteretur, & parem ubique, neque instituto rem catholicam elevandi suo dissentaneam formam rationemque in universo operis contextu retineret. qui si

Schot-

g jam tot ex urbe episcopis (*g*), & ex omnibus Italiae locis;
h i istuc (*h*) ipsis etiam contendentibus hispanis (*i*), quorum magna
nobis

Schottum, non modo meliorem illi mentem ac sensus optantem, verum etiam rectissime, ut *posterorum de se judicium formidaret*, monentem, audire voluisset, profecto & quae scripserat retractasset, & aliud quoddam reliquae scriptionis suae genus ac tamquam filum instituere atque ordiri animum induxisset. verum ille usque adeo posterorum de se judicium non formidavit, immo vero ita sibi fauturam posteritatem, existimavit, ut ad eam de historia sua provocarit, illique valde verbosum & confidentiae plenissimum carmen inscripserit; cujus omne argumentum ex hoc ipso ejus initio intelligitur:

Libertatis ego nimiae, verique quod acer
Assertor fuerim, vitiorumque horridus osor,
Et Romae & nostra passim traducor in Aula .....
Tu modo, posteritas, ades incorrupta roganti,
Et patrocinium desertae suscipe causae. &c.

Minime vero convenit, homini, posteritatem tam summisse compellanti, & posteritatis opem atque auxilium adversus suorum temporum iniquitatem imploranti, nihil ipsius posteritatis nomine responderi. ego respondendi partes suscipere non gravabor. qua quidem responsione, quod nostrum de Thuano ejusque historia judicium sit, quale etiam omnium, praesertim catholicorum, esse debeat, apparebit. eadem autem responsione non tam Thuano, quam Thuani perversis quibusdam sive admiratoribus sive amatoribus satisfactum volo; si qui, cur tam acriter in hominem invehi, cur ejus historiam tam libere reprehendere solitus sim, forte mirantur; ne me id temere ac sine ratione fecisse, aut facere, aut, si res atque occasio tulerit, facturum esse, arbitrentur.

Tibi igitur, Jacobe Auguste Thuane, primum illud nos posteri posteritatem compellanti respondemus &c. (*Reliqua in calce voluminis quaerenda; quo ea conjecta sunt, ne ad Pogiani epistolas cognoscendas properantibus nimis longa mora, interposito hoc tamquam παρέργῳ, injiceretur.*)

(*g*) Eos, opinor, significat, de quibus concilii legati ad card. Borromaeum litteris, die 16. oct. datis, scripserunt: *Sono venuti da alcuni dì in quà molti prelati, & quasi tutti accompagnati da lettere di V. S. illustriss. li quali da noi sono stati ricevuti della maniera, che conveniva, & similmente saranno trattati & accarezzati nell'avvenire & per li loro meriti, & per le raccomandationi, che hanno portate.*

(*h*) *isthuc* exempl. Correxi ex eodem Tabul.

(*i*) De episcopo, qui primus ex Hispania Tridentum venerat, & de reliquorum proxima exspectatione, recitabo litteras cardinalium legatorum, ad card. Borromaeum die hujus mensis 27. datas: *Con questo spaccio potemo dare per gratia di Dio questa buona nuova alla santità di nostro signore & a V. S. illustriss. ch' è gionto quà il prelato spagnuolo, il cui nome è Acisdo Moya de Contréras, vescovo di Vich nel regno di Catalogna. questo non ha portata altra lettera, che quella, che il rè cattolico scrive a lui, ordinandogli, che subito s' incaminasse per questa volta, & venisse per terra dirittamente quà, senza fermarsi in luogo niuno; come dalla copia, che sarà quì alligata, potrà V. S. illustriss. vedere, & dice, che essen-*

nobis expectatio quotidie commovetur. simus igitur in bona causa magna spe, nec minore animo. De coloniensi (*k*) isto homine, k
quando vix videtur posse illud munus sustinere, hactenus (*l*). l

essendoli prefisso dal rè il termine della partita frà li 15. & 20. del mese d' agosto, partì alli 20. non essendosi potuto espedir prima: che, se prima havesse potuto, l' haverebbe fatto volentieri, così per ubidir a sua maestà, di cui è suddito, come per venire a servire in questa causa a nostro signore, alla cui santità dice esser devotissimo servitore. da noi è stato raccolto allegramente, & in quella maniera, che V. S. illustriss. può pensar; havendo veramente sentito gran contento della venuta sua per molte cagioni, che ci sono: nè mancheremo di trattarlo in guisa, che haverà da contentarsi & lodarsi di noi. & per dire quel, che più oltre havemo cavato da lui, egli fu, prima che fosse vescovo, inquisitore nel regno di Catalogna, & già sette o otto anni gli fu dato dall' imperator Carlo quinto di gloriosa memoria quel vescovato, che vale da sei in sette mila scudi d'entrata; & da quel tempo in quà v'è stato sempre a fare la sua residenza. è grande di persona, d' assai buon aspetto, d'età di cinquantasei in cinquantotto anni, d' honesta creanza & prattica conveniente. del suo vescovato, ch' è vicino di Barcellona una piccola giornata, dice d'haver per quel poco tratto di Spagna, ch'è passato nel venir in quà, trovati quattro vescovi spagnuoli, che di commissione del rè stavano preparati per venire, nè altro aspettavano per incaminarsi, che l' ordine di sua maestà; il qual ordine mostra di non sapere perchè sia stato dato a lui con termine così prefisso, & non a gli altri. di altri prelati di Spagna dice non saper nulla, ma che, discorrendo così da sè sopra il numero delli prelati di Spagna, & lasciando i vecchi & gl' infermi, è di opinione, che ne possano commodamente venir al concilio fin a 25. & anco 30. se sarà loro comandato, che vengano. di quella parte di Francia poi, dond'è passato, dice, che da Narbona in fuori, la quale è cattolica, non ha trovato luogo, che non sia lutherano; & se n'è avvisto alle risa & beffe, che si facevano di lui, quando faceva segno di riverenza a qualche imagine de' santi, o voleva udir la messa. & essendo questo, quanto havemo da dire a V.S. illustriss. le basciamo le mani. &c.

(*k*) Is, opinor, significatur, de quo supra, in epist. *Tuat humanitatis* d. 11. hujus mensis, Truchsesius ad Hosium ita scripserat: *Scribit mihi Canisius noster, Hermandum, coloniensem hominem, jurisperitum, viennensium episcopi vicarium, si conditionem se dignam nactus fuerit, libenter in Germania superiore futurum. quare te oro, me ut certiorem facias, an idem vicariam mihi Augustae operam recte dare, ibique episcopalis jurisdictionis officio satisfacere possit. feceris omnino mihi pergratum, si de homine, &, si is tibi probatur, de conditionibus, quibus videatur ad id adduci posse, ad me diligenter perscripseris.* Suspicor autem, legendum *illo*, non *isto*. nam Tridenti non videtur fuisse tum Hermandus, sed Viennae, ubi hominem nosse Hosius haud ita pridem potuerat; de eoque per litteras a Truchsesio interrogatus, num idoneum existimaret, qui sibi, augustanorum episcopo, vicariam operam Augustae daret, non satis idoneum videri, responderat.

(*l*) Hoc est, *hactenus sit scriptum a nobis: de eo amplius inter nos agendi sit finis.* Et sane, Hermando praetermisso, de alio sibi vicario Augustae constituendo cogitare Truchsesius coepit. is fuit Mauritius Diesbachius, ad quem

me quidem vehementer habet sollicitum penuria talium virorum, qui illi officio satisfaciant. Laboro etiam de augustanis illis reliquiis (*m*), quae tibi adhuc debentur, nec minus de reliqua pecunia, cujus solutionem uno in te sustineri (*n*), scribis: quod mihi permirum videtur. sed odorabimur (*o*), & urgebimus rem, quantum poterimus. tu, quaeso (*p*), ne patiare, istam tibi in animo suspicionem insidére, de te minus curae iis esse, quorum in potestate sumus, quam de caeteris. nam illis est (mihi crede) tua virtus eximia. sed incidunt saepe tempora, quibus minus (*q*) appáret: quod ferendum est in praesentia, & speranda (*r*) omnia meliora. Vale. Romae (*s*). XII. Kal. octobr. M. D. LXI.

quem & de quo occurrent infra binae litterae, undecimo octobris die datae. Legitur in Tabulario hic locus sine interpunctione sic, *hactenus me quidem &c.* minus recte.

(*m*) De aliqua nummaria solutione, quam reliquam Hosio augustanus aliquis trapezita deberet, heic agi videtur.

(*n*) Questus fuerat litteris ad Truchsesium suis Hosius, menstruas aerarii pontificii pecunias collegis suis ad diem solvi, sibi uni non solvi, sed earum solutionem sustineri atque in longum tempus differri. Vide epistolam *Hilariores* d. 30. aug. 1561.

(*o*) *odorabimus* exempl. Correxi ex Tabul.

(*p*) *quaeso, pater optime*, Tabul.

(*q*) fort. *id minus*.

(*r*) *spectanda* exempl. Correxi ex Tabul.

(*s*) Unde & quo tempore data sit haec epistola, ex Tabulario descripsi. nam utrumque in nostro exemplari desiderabatur. In eodem Tabul. pro *Vale* legitur, *Deus amplitudinem tuam diu servet incolumem*.

LXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi. (*a*)

27. sept. 1561.

Quam maculam in quadam ad Hosium epistola dixerit, interpretatur. De sua febri; quam cum depulerit, omnia se Hosii mandata curaturum.

NUlla mea est admonitio officii tui, sed omnia sunt virtutis testimonia; quibus tibi dandis, amor (*b*) in te meus etsi summus est, tamen, cum omnem laudem sibi veritas vindicet, nihil paene in eo amori tribuo, nisi quod hac ipsa commemo-

(*a*) Hanc epistolam edidit ante nos Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* pag. 189.

(*b*) Aliquid mihi perturbatum videtur hoc loco, & fortasse legendum est, *etsi summus est amor in te meus, tamen &c.* Tabularium nihil ad locum restituendum adjuvat.

memoratione mirifice delector. Maculam illam, de qua dixi (c) verendum esse, ne tantum splendorem obscurare possit, ad nos potius, quam ad te, pertinet, ad nos, inquam, quibus videndum est, ne praestanti virtuti desint reliqua subsidia. qua in re contendo equidem, quantum possum; & eorum, quibuscum agendum nobis est, voluntas est egregia. sed natura & vis rerum romanarum est ejusmodi, ut, explicatis paene interdum rebus, tamen aliquis fere nodus insit, quo expediendo ii, quorum res est, habent negotii satis. haec jam ab heroicis usque temporibus ducta consuetudo est. sed ad extremum, modo id expectari possit, omnia succedunt ex sententia. Scripsi ad te proxima & superiore epistola, me de ratione nummaria daturum operam, uti satisfiat tuo & studio & tempori. dum id ago, incidi in febrem, quam ubi, Deo adjuvante, depulero, ad institutum revertar. Quod tantum habent apud te ponderis omnes commendationes meae, servas in eo veterem consuetudinem tuam. quae cum ipse mecum reputo (facio id autem saepissime), intelligo, si gratum me, quod maxime cupio, probare velim, quantum mihi in tuis rebus studii, operae, diligentiae ponendum sit, ut officio erga te meo satisfaciam. quae nullo loco desiderabuntur; sint modo publica istic, ut volumus: quod, vel in maximis actionum angustiis, tamen in magna spe habeo. privatae certe res ad voluntatem nostram fluent. Vale. Roma. v. (d) Kal. oct. M. D. LXI.

(c) In Truchsesii ad Hosium litteris, 30. aug. 1561. datis, illa fuerunt: *Nobis externa videnda sunt, quae pertinent ad tuendam istam & cardinalis & legati personam. qua in re etsi praesto est moderatio tua, quae aliorum corrigat errata, tamen enitendum est, ne ullum mendum sit, quod huic splendori* MACULAM *possit aspergere*. Videtur autem Hosius non satis intellexisse quam *maculam* Truchsesius diceret, ab eoque petiisse, ut rem planius explicaret. id, quod hoc loco Truchsesius facit.

(d) *idibus sept.* exempl. Correxi ex Tabul.

L X I X.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

De valetudine a se recuperata. De menstrua ac de honoraria pecunia, Hosio decreta. De Alexandro Cerronio. 11. oct. 1561.

Recreatus sum, Dei benignitate, ex tertiana febri, cujus sex conversionibus graviter afflictus fui; & tum morbo sum levatus, cum is ingravescere, & maius periculum aegrotis

tis solet impendére. quamobrem Deo gratias ago de tanto ejus in me beneficio, quantas possum maximas. quod utinam sit non solum corpori, sed etiam animae salutare! tibi quidem primum id significandum putavi, cui nuncium hunc jucundissimum fore, intelligo. Gratulor autem tibi tum de quingentis aureis, quos honorarii cujusdam subsidii causa tibi decretos audio, tum de menstrua pecunia, quae Kalendis semper repraesentetur; multum id adjuvante Francisco Gonzaga, cardinale rebus omnibus ornatissimo. Sed ecce altera epistola, qua facile intelligo, vel te nondum de re certiorem factum, vel me falsum esse. sed id videro, cum primum mihi per valetudinem licuerit. illud certe mihi videor intelligere, praestantissimae virtuti tuae parem laudem tribui ab omnibus; cujus si non ea habetur ratio, quae deberet, non continuo sequitur, ut quicquam de illa detrahatur, quae a te ipso pendet, non a caeterorum actionibus. quinetiam hoc ipso (si quid tamen ad tuum splendorem accedere potest) illustrior es, quod interdum, perinde ac mereris, de te non merentur alii. etsi videndum est, num vera sint omnia, quae ad te deferuntur, tecum videlicet durius agi, cum collegis tuis liberalius.
a ego (a) aeque cum omnibus, audio: quod, statim ut potero, melius cognoscam, suscipiamque causam tuam, ut soleo & debeo. caeterum, laudes tuae quanti sint, si sit experiendum, reperias, earum pretio regiam familiam ali posse, nedum tuam. sed & nihil tanti est, & tu non egebis. nam istius ordinis nihil cuiquam unquam defuisse, constat. Alexandri
b Cerronii (b) opera, quando jam habes familiae magistrum, quod in tempus usum in eo homine tuum reservabas, quaeso a te, ut utare. is enim, mihi crede, & utilitati ac dignitati tuae, quam qui maxime, serviet, & talis est, ut nullum sit negotium, quod fide & ingenio tueri non possit. Vale. Roma.
c v. idus octobris. M. D. LXI. (c)

LXX.

(a) Hoc intellige: *Ego quidem audio, similiter & aeque cum omnibus pontificiis legatis agi.*

(b) Vide ep. *Hilariores* d. 30. aug. 1561.

(c) 1562. exempl. & cod. vat. manifesto errore. Emendavi.

LXX.

Otho Truchses Card. Augustanus Mauritio Diesbachio.

Diesbachium, suum in augustano episcopatu vicarium futurum, Romam congressus & colloquii causa evocat. 11. oct. 1561.

EPiscopus atrebatensium (*a*), vir omnibus rebus ornatissimus (*b*), mihi id virtutis ac doctrinae tuae dedit testimonium, ut tua opera in officio ac munere (*c*) amplo & honorifico libentissime sim usurus. quare, cum ad eam rem, ex utriusque nostrum sententia conficiendam, necessaria sit congressio & collocutio nostra, peto a te, ut, quod commodo tuo facere possis, Romam venias. nulli tibi sumptui, nulli molestiae ista profectio futura est, praeter laborem itineris, quem summa caeterarum rerum jucunditate compensabis. dabis igitur te in viam primo quoque tempore; si prius ex amplissimi viri atrebatensium episcopi, ad quem tota de re scripsi (*d*), literis, quid facto opus sit, cognoveris. Vale. Roma. v. idus octobris. M. D. LXI. (*e*)

LXXI.

(*a*) Quis is fuerit, prodidit Franciscus Haraeus tomo 3. *Annalium ducum seu principum Brabantiae* ad annum 1560. pag. 3. edit. antuerp. 1623. *Interea*, inquit, *nominatur auctoritate regia ad archiepiscopatum mechliniensem ipse atrebatensis Granvellanus; ad episcopatum antuerpiensem Philippus Nigri (sed mortuus est priusquam res constitueretur), ad buscoducensem Franciscus Sonnius; ad iprensem Martinus Rithovius; ad brugensem Petrus Curtius; ad gandavensem Cornelius Jansenius; ad ruraemondensem Guilielmus Lindanus (quatuor postremi omnes eximii theologi); ad harlemensem Nicolaus a Novaterra; ad middelburgensem Nicolaus a Castro; ad daventriensem frater Aegidius de Monte, franciscanus; ad leuvvardiensem Cunerus Petri; ad groeningensem frater Joannes Cnifius, franciscanus; ad atrebatensem* Franciscus Richardotus, *cessione Granvellani; ad audomarensem Hamericourtius abbas sancti Bertini; ad namurcensem Antonius Havetius, dominicanus.*

(*b*) Valde etiam laudatur hic Richardotius a Latino Latinio in litteris, ad Joannem Metellum sequanum die 5. aug. 1561. datis. *Amavi*, inquit, *Richardotium tuum, eique, quod potui, amice omnia sum pollicitus, patronumque meum* (card. Puteum) *ita mea praedicatione permovi, ut hominis causa libenter & vellet & ageret quaecunque ad ejus dignitatem ornandam, atque ad procuranda commoda pertinerent. audiveram ex patre Octavio* (Pantagatho) *multa de hominis eruditione, eloquentia & probitate &c.*

(*c*) Constituere eum Truchsesius volebat suum Augustae vicarium. Vide sequentem epist. *Quod meum*. Sed perfici res nequaquam potuit. Vide epist. *Quem mihi* d. 5. apr. 1562.

(*d*) Iis nempe, quae proxime sequuntur, litteris.

(*e*) 1560. cod. vat. Mendose.

L X X I.

Otho Truchses Card. Augustanus Episcopo Atrebatensi. (a)

a

11. oct. 1561.

Quod sibi augustani episcopatus vicarium curarit, gratias agit, &, ut hominem Romam ad se mittat, ab eo petit.

QUod meum in te officium tuis literis, amoris & humanitatis plenissimis, sic extollis, id assequeris, ut, cum ea, quae in te, longe minora dignitate tua, a me sunt profecta, tanti aestimes, quid praestantibus tuis virtutibus debeatur, facile appareat. quare cupio vehementer, mihi facultatem
b dari, qua intelligas, quid tua causa velim, cui (b) tantum debeam, tum propter egregia animi & ingenii tui ornamenta, quibus tibi bonorum ac piorum omnium amorem conciliasti, tum propter istam ipsam curam & studium de re, mihi maxi-
c me necessaria, qui mihi virum curaris (c), cujus Augustae vicaria opera uti possim. de quo ago tibi gratias, quantas possum maximas; teque rogo, ut Mauritium ipsum Diesbachium, multorum, ut scribis, testimonio tantopere commendatum, adducas, ut Romam veniat. quicquid in viaticum insumpserit, ego homini reddam. erit ejus profectio mihi gratissima, illi & utilis & jucunda, negotio certe, cui Mauritium velim praeficere, necessaria. spero, rem conventuram; cum & illum commendatione tua dignum esse, confidam, & ipse sim praestaturus omnia, quae ratio, aequitas, consuetudo praescribit, quæ denique & Mauritii ipsius virtus & meum officium postulat. quod si (quod non puto) negotium confici minus poterit, viserit tamen ille Italiam, urbem Romam; doctos multos & bonos viros noverit, rerumque usu excellentes, nullo suo sumptu; a me denique domum aliquo affectus munere redibit. sed magna spe sum, rem ex utriusque sententia successuram esse. itaque te oro, ut Mauritium eo deducas, se ut Romam conferat; tibi vero persuadeas, me tuae eximiae virtutis, doctrinae ac religionis, quam qui maxime, studiosum esse, tuáque causa omnia semper libentissime facturum: cui salutem precor & incolumitatem. Roma. v. idus octobris. M. D. LXI.

LXXII.

(a) Is erat Franciscus Richardotius; de quo vide ad superiorem epist. adnotata.

(b) *cum* exempl. & cod. vat. Sed corrigendum putavi, quemadmodum edi jussi.

(c) *curares* exempl. Correxi ex cod. vatic.

LXXII.

Julius (*a*) Pogianus Stanislao Hosio Card. Varmiensi. *a*

Iterum Clarium commendat. 15. oct. 1561.

JOannes Antonius Clarius, is, quem tibi commendaram, Romae est, neque est iste, quo uteris familiae tuae magistro, etsi eodem nomine esse potest. quem tu sive Clarium sive alium quemvis si habes ex animi tui sententia, equidem cum tibi, tum vero illi etiam magis, gratulor, cui operam, praesertim tam honorificam, ei viro dare contigerit, cui optimus quisque studium suum libentissime navaret. Clarium vero meum, ut me ipsum, semper tui studiosissimum & observantissimum habebis: qui tibi incolumitatem & optamus & precamur. Vale. idibus octobris. M. D. LXI.

(*a*) Non ausus sum quidquam in hac exemplaris nostri inscriptione mutare. sed certe, qui epistolam *Quibus negotium* d. 12. sept. 1561. legerit, non dubitabit, quin Othonis Truchsesii, non Julii Pogiani, nomine inscribenda sit.

LXXIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Valentini causae neque se, neque Puteum ac Borromaeum cardinales defuturos. 25. oct. 1561.

NE ego quidem cuiquam concedo, qui vel tuis vel tuorum & commodis magis gaudeat, & doleat incommodis, quam ipse faciam: quod mihi in causa egregii viri Valentini (*a*) *a* nostri accidit, quam cum jandiu ex ejus sententia explicatam putarem, suscepto ipsius a tot viris amplissimis patrocinio, ecce tibi ex literis tuis eandem causam in discrimen adductam esse, cognovi, improbitate & impudentia adversariorum: quam equidem & tantam esse, demiror, & illud magis, eo progressum judicem (*b*), quo nunquam essem arbitratus; *b* prae-

(*a*) De hoc Valentino Kutzborskio, qui cracoviense sacerdotium petebat, de eoque cum competitoribus contendebat, vide ep. *Dolco vicem* d. 19. oct. 1560.

(*b*) Is erat Joannes Baptista Rubeus. Vide eamdem epistolam, & Latinii litteras, ad Hosium datas V. Kal. oct. 1561.

praesertim cum is omnia non aequitatis modo, sed etiam gratiae causa se facturum, polliceretur. sed nosti, puto, varium & multis locis labefactatum morem urbanorum judiciorum; cujus rei culpam sustinet saepe quidem adversariorum calliditas & iniquitas, nonnunquam aliorum negligentia, interdum observatio summi juris. in quovis culpa sit, dabimus operam, ut causae bonitas valeat, idque ut impetremus, de testibus, quod postulat aequum & bonum, laborabo ego, quam qui maxime; c incumbet in primis Jacobus Puteus (c), cardinalis amplissimus, qui rei indignitate vehementer commovetur: accedet auctoritas ornatissimi juvenis Caroli cardinalis Borromaei, qua nihil non, spero, consequemur. Stipendium trium mensium tuis jam persolutum audio: quod, antequam has meas legeris, puto, acceperis. quare valde laetor, & tibi omnia precor, quae ipse optas. Vale. Romae. VIII. Kal. novembris. M. D. LXI.

(c) Puteus quidem suum studium in hac causa declaravit litteris, ad Hosium die 18. oct. hujus anni datis: *De Valentini tui*, inquit, *causa sui equidem semper sollicitus, atque omnia facio, quae amicorum causa honeste fieri possunt: speroque, judicem, si quid erit vel dubium vel non plane probatum, in eo nobis concessurum esse omnia, quaecunque salva aequitate possunt concedi: caetera neque expectanda ab eo sunt, neque a nobis postulanda.* Causae vero exitum Hosio idem Puteus alteris litteris, octo post diebus datis, significavit. *Judex*, inquit, *in Valentini causa, tum cum maxime aequum nobis sperabamus, pro adversario sententiam tulit, veritus, ut suspicor, ne, si diutius rem produxisset, Valentini jus ita firmis documentis testibusque probaretur, ut secundum eum pronunciari necesse esset ... Sed hoc ego praejudicium puto Valentino (si modo id probare aliquando poterit, quod vos plane confiditis) non medioere commodum allaturum &c.*

LXXIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Roberto a Berges Episcopo Leodiensi.

29. oct. 1561. *Decano leodiensi fidei ac diligentiae testimonium dat.*

a DEcano leodiensi (*a*), domum redeunti, putavi dandas esse literas, quibus te salutarem, & de ea existimatione, quam tibi is Romae peperisset, ut mea in eum benevolentia & in primis

(*a*) Fuit is Gherardus Grosbechius, quem deinde sibi in episcopatu successorem Robertus hic a Berges, consentiente romano pontifice, designavit. Vide epistolas *Inchoata*, & *Ego vero* d.3.& 20.apr.1563.datas.Romam, unde nunc discedebat, Leodio cur is venerit, particula haec litterarum Commendoni, pontificii nuncii, ad card. Borromaeum, Brulla die 11.apr.1561. data-

Digitized by Google

primis veritas postulat, certiorem facerem. scito igitur, ipsum decanum in his urbanis actionibus & muneribus cum fidem ac diligentiam eximiam, tum parem gravitatem & prudentiam semper adhibuisse: quarum virtutum apud omnes, quibuscum ei consuetudinem habere & aliquid agere contigerit, magnum relinquit desiderium. redit igitur is quidem Leodium, verum famae & laudum suarum celebritate Romae versatur. quod equidem gaudeo vehementer, & tibi gratulor; cui id & voluptati & gloriae esse, intelligo. haec de illo. de me vero, id quod mei officii est, tibi singulare studium polliceor, & incolumitatem precor. Roma. IV. Kal. novembris. M. D. LXI.

datarum, docet. *A Monsignor reverendiss. di Colonia dissi de le chiese di Fiandra, quanto V. S. illustriss. m'impose. egli & altri vescovi interessati circa questo havevano già molti giorni deliberato di mandare il decano di Liege a Roma sopra questo negotio: il quale, subito ch'io giunsi in Colonia, venne per nome di monsignor arcivescovo a parlarmene. & già parea, che la venuta sua costì fosse sospesa. hora si sono risoluti di novo, ch'ei vengha. & monsignor di Colonia m'ha fatto dire di conoscere benissimo in quali termini il presente negotio sia stato lasciato dal predecessore di nostro signore, quasi del tutto spedito, nondimeno giudicare cosa conveniente, che in ogni modo esso decano venga a li piedi di sua santità a supplicarla, che innanzi che si mandi alcun nuntio o commissario di nostro signore in Fiandra a constituir gli confini, & distribuir queste provincie, sua santità sia contenta d'udire una volta le loro ragioni, le quali per più rispetti questi interessati tutti desiderano pervenire a notitia di sua beatitudine, & , quando non per altro, almeno per far dal lato loro quello che possono, a perpetua scusa appresso i loro successori.*

L X X V.

Otho Truchses Card. Augustanus Archidiacono Leodiensi. (*a*) a

De opera, sibi ab eo in mandatis bruxellensibus persequendis praestita, gratias agit. 29. oct. 1561.

CUM tuam in mandatis meis, Bruxellis (*b*) persequendis, cognoverim diligentiam singularem, negligens mihi profecto esse videar, nisi optimo ac prudentissimo viro collegii vestri decano, Leodium redeunti, aliquid ad te dem literarum; quibus curam & operam, plenissimam suavissimi studii & officii tui, in meo negotio, mihi notissimam & gratissimam esse, tibi significarem. &, quoniam in re mea tu plus efficis, quam quantum ipse tibi de ea possim praescribere, ego vicissim de meo b

(*a*) Laevino nempe Torrentio. (*b*) *Bruxelli* exempl.

Digitized by Google

in te animo tantum tibi polliceor, ut vix ampliſſimo principi & ornatiſſimo viro, leodienſium epiſcopo, in te amando conceſſerim. quod eximium ſtudium meum praeſtanti tuae virtuti, ſummaeque erga me benevolentiae, tum vero mirifico tuo in illum ipſum officio ac pietati deberi, intelligo; cui meis verbis
c ſalutem plurimam dices; & tu valebis. Romae. IV. (c) Kal. novembris. M. D. LXI.

(c) XIV. exempl. Correxi ex cod. vat. qui tamen peccat in anno, quem adſcribit 1560.

LXXVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

2. nov. 1561. *Quaeſtoris pontificii in pecuniae ſolutione tarditatem excuſat. Conciliorum voluminis editionem omni ratione adjuturum ſe, pollicetur.*

a QUod pro me non facio, ut Frumento (a) quaeſtori ſuccenſeam, cum multos ſaepe dies ſuſtinet ſolutionem pecuniae meae, id pro te omnino facerem, qui, tum loci, tum temporis ac muneris cauſa, majori fortaſſe, quam ego, in rerum difficultate verſaris. ſed, re diligentius explorata & cognita, comperi, in aliis potius, quam in quaeſtore, culpam ejus tarditatis reſidére. datur enim verbo interdum homini negotium, ut alicui pecuniam curet, neque etiam pecuniae facultas datur: quod cum pervulgatur, ejus tarditatis ac negligentiae is modo ſolet accuſari, cujus, ut dixi, culpam alii ſuſtinent. haec de eo homine ſcribo, quem & probum eſſe exiſtimo, neque commiſſurum fuiſſe, ſi potuiſſet, ut pontificis in te liberalitati moram ullam afferret. nec vero dubito, quin idem, cum primum poterit, eam numeret pecuniam, atque
b adeo quin (b) operam daturus ſit, ut id quamprimum poſſit. ego

(a) De hujus *Frumenti*, ſive potius *Formenti*, pontificii quaeſtoris, ſeu, ut vocant, theſaurarii, in pecuniarum ſolutione tarditate queritur etiam card. Jacobus Puteus in epiſt. ad Hoſium data die 15. nov. 1561. illis verbis: *Permoleſtum mihi accidit, quod in re, quae mihi tecum communis eſt, id eſt in extorquenda a quaeſtore pecunia menſtrua, nihil tibi opera vel diligentia mea prodeſſe poſſum. quo enim id a meis diligentius curatur, eo ſerius numerantur nummi; qui interdum ejuſmodi ſunt, ut ſine intertrimenta permutari non poſſint.*

(b) *quia* exempl. Gratianus emendavit.

Digitized by Google

ego Frumentum urgebo, & rogabo ac monebo caeteros, ut tui meminisse velint tali tuo tempore. Quod scribis de adjuvando eo, qui conciliorum librum (c) & locupletissimum & emendatissimum edere cupiat, ego vero libentissime agam & cum Sirleto & cum Borromaeo, Amulio, caeterisque cardinalibus, qui & librorum impressioni & vaticanae bibliothecae praepositi sunt, ut, quibuscunque rebus consilium & institutum ejus, quem mihi commendas, juvari possit, juvandum curent. Deum precor, ut omnibus tuis votis respondeat. Romae. Kal. novembris. M. D. LXI. (d) c

(c) Hosio Canisius Augusta scripserat die 7. oct. 1561. haec, inter alia: *Colonienses conciliorum novam parant editionem, meque rogant admodum, ut ex urbe adferri procurem, quod ad recognitionem ac locupletationem tanti operis conferat. Hic non possum amplitudinis tuae gratiam & opem non implorare, qua duce confici & perfici potest plurimum in re tam sancta & frugifera promovenda. Scio, difficile videri, quod postulatur: sed refert profecto ecclesiae, concilia limatius & accuratius & copiosius prodire, quam hucusque factum cernimus. Catholici Coloniae sumptus ingentes faciunt, ut hanc ornent, si possunt, editionem, at quam celsitudo tua, quaeso, illis & ecclesiae favorem praesidiumque tribuat. Sunt istbic docti plerique, a quibus rogatis conferri forte in hanc rem posset aliquid, ut loca quaedam restituerentur, de quibus admoneri Coloniae per me vellent. De concilio ephesino, nuper invento, & brevi fortassis edendo, scripsi &c.* Apparet ex hac card. Augustani epistola, ab Hosio Canisii petitionem non fuisse neglectam, scriptumque ab eo ad Augustanum, ut rem Romae adjuvaret.

(d) 1560. cod. vat. Mendose.

L X X V I I.

Otho Truchses Card. Augustanus Martino Cromero.

De episcoporum veniendi ad concilium mora. De Poloniae regni comitiis. De Canobio. De florentini ducis filio. 8. nov. 1561.

NE ego quidem spe maxima sum de republica, ista omnium fere externorum episcoporum mora profectionis ad concilium, minima vero de Gallis; quorum diuturni motus quo erumpant, pertimesco. neque vero unquam ego de eorum voluntate dubitavi, sed ipsos in causa perdita tantum posse, discrucior. De reliquis, quos scribis, recte interpretaris: neque quicquam est, quod magis in hanc officii praetermissionem singularum nationum conveniat, quam hae causae, quas illis tribuisti tuis literis. etsi aliquot in itinere esse hispanos episcopos, jamque in Galliam pervenisse, mihi Varga, vir clarissimus, catholici regis Romae legatus, affirmavit; pluresque ex Hispania se quo-

Digitized by Google

se quotidie commovere. Utinam comitiis vestris (*a*) aliquid proficiatur ad concilii summam! mihi quidem ipse persuadeo, regem (*b*) eo animo esse, quo debet, in optimam causam; vel potius nihil mihi eo exploratius esse potest. sed trojanos & trojanas vereor, ut ille (*c*) inquit, quorum major copia est, quam opus sit & oporteat (*d*). De Canobio (*e*) jam antea & cognoveram

(*a*) Polonica comitia intellige, quae eadem *prussica* Puteus appellavit litteris ad Hosium hoc ipso die datis: *De comitiis*, inquit, *Prussiae quid sperem nescio. quae praecesserunt, si vera sunt, quae scribis, neque placent, neque video quem tandem exitum sint habitura*.

(*b*) Sigismundum Augustum, Poloniae regem.

(*c*) Hector apud Homerum in Iliados libro VI. versu 442. & iterum libro XXII. vers. 105. Αἰδέομαι τρῶας καὶ τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους: *Vereor trojanos & trojanas longa vestium syrmata trahentes.* verebatur autem ille trojanorum ac trojanarum sermones ac reprehensionem, si congredi cum Achille, a quo ad singulare certamen vocabatur, detrectasset. Eumdem versiculum usurpavit Cicero libro II. ad Atticum epist. 4. cum de relinquenda, minus opportuno reip. tempore, Italia secum ipse deliberaret; quam si relinqueret, verebatur, ne in suorum civium reprehensionem incurreret. apposite sine controversia, atque concinne. At non item Truchsesius, sive potius Pogianus, apte eadem illa verba ad comitia haec prussica, in quibus *major* haereticorum (quos *trojanorum* & *trojanarum* nomine, ut opinor, significat) quam catholicorum futura esset *copia*, videtur transtulisse. ex *majore* enim illa *copia* num qua in se redundatura erat infamia, de qua sollicitus esse, quamque vereri deberet? sed possumus tamen existimare, proverbii quemdam locum illa ipsa verba obtinere, & de quovis periculo, quod a pluribus impendeat, posse non prorsus inepte dici.

(*d*) At hoc quidem plane ciceronianum est, ita lib. IV. ad Atticum epist. 6. *Si loquor de repub. quod oportet, insanus, si quod opus est, servus existimor*. Porro *opus esse* necessitatem, *oportere* autem officium, & quamdam, ut ita dicam, decentiam significat.

(*e*) Joannes Franciscus Canobius legatus a Pio IV. in Moschoviam fuerat, ut illam etiam gentem ad tridentinum concilium invitaret. sed, bello inter moschos & lithuanos exorto, prohibitus illo ire, in Polonia substiterat. quumque habuisset etiam in mandatis, ut Prussiae ducem adiret, cumque eo de concilio, nomine pontificis, ageret, in Prussiam se contulit. de qua re Pallavicinius lib. XV. c. 9. n. 4. *Ben diede*, inquit, *al Canobio il rè* (Sigismondo) *sue lettere raccomandatorie al prenominato duca di Prussia, dipendente dalla sua corona, e gran maestro de' cavalieri teutonici, per indurlo al concilio. ma, fattogli dal nunzio l'invito, n'hebbe risposta: ch' egli stimoluto dalla coscienza s'era congiunto a quelli della confessione augustana, e non riconosceva la preminenza del romano pontefice; onde non potea consentire a concilio da lui convocato*. Haec sunt, quae Truchsesius & *cognovisse* se *de Canobio* & *doluisse*, significat. At non defuisse Canobio obtrectatores, qui hominem apud Pium IV. aliquot post annis criminarentur, quasi ejus voluntate ac culpa factum esset, ne is in Moschoviam proficisceretur, ex particula epistolae Commendoni, die 8. mart. 1565. ad card. Borromaeum Petricovia datae, intelligimus: *Monsignor Viceccancellieri*, inquit, *m'ha detto hieri c'hav*[illegible] *lette-*

veram & dolueram. Ticinius noster mecum & illa superiora contulit & haec proxima; cujus cum in omni officii genere humanitatem ac diligentiam amo vehementer, tum vero etiam singulare in te studium & observantiam; quo aeque atque ejus erga me mirifico amore delector. Utinam comitia principum
istorum (*f*) & brevi & salutariter habeantur! sed, quanta in ipsis f
spes sit (*g*), vix equidem, sine illis, ne vix quidem intelligo. g
Hic habemus florentini ducis principem filium (*h*), qui hinc h
ad

lettere di Roma, come il Canobio è stato accusato appresso nostro signore, che, quando fu qui, non usò la diligentia, ch' ei dovea, per passare in Moscovia, anzi che per lui mancò di non andarvi. il che esso monsignor vicecancellieri dice esser falso; affermando, che il Canobio fece veramente ogni cosa, per essere lasciato passare; & m' ha pregato molto a farne fede a V. S. illustriss. & supplicarla, che lo voglia discolpar con sua santità di questa accusa. io in verità ho inteso anchora da altri il medesimo, che mi dice monsignor vicecancellieri.

(*f*) Principum imperii rom. comitia significari, puto. num ea, quae Canisius ineunte februario insequentis anni suis ad Hosium litteris, Augusta datis, memorat? *Nunc demum*, inquit, *intelligo, nihil esse constitutum Ulmae, sed ad conventum proximum, post pascha celebrandum, omnia relata esse. Monachii conventus alter multorum fuit & principum & magistratuum, ubi consentienter actum est de confirmatione foederum pro tuenda pace adversus quosvis tumultus ac motus adversariorum: ubi multi simul episcopi, una cum caesare & Bavariae duce, nescio in quot annos firmis quibusdam foederibus se mutuo obligaverunt. in his etiam augustani*. Cromerus autem, ad quem hae sunt Truchsesii litterae, erat, opinor, Pragae hoc tempore, caesarem, nisi fallor, ad imperii comitia se conferentem, Poloniae regis legatus prosequutus. *Accepi* (ita ad eum card. Puteus Kal. nov. 1561. scripsit) *litteras tuas III. idus oct. Pragae datas, ex quibus multa cognovi, quae mihi molestiam simul sollicitudinemque auxerunt. ita enim principum animi a reip. curatione & salute sunt alieni, ut verear, ne frustra laborent quicumque sunt in medicina aliqua rebus jam prope desperatis afferenda occupati. &c.*

(*g*) Haec videtur esse sententia: Nisi principes in causam religionis incumbant, summa mihi rerum desperatio est: sed admodum exigua eidem mihi spes est, fore, ut in eam ipsi velint incumbere.

(*h*) Et nomen hujus principis, & adventus ejus Romam, profectionisque in Hispaniam causas prodidit Joannes Baptista Cinius *in Vita Cosmi primi florentinorum magni ducis* italice scripta, & Florentiae anno 1611. edita: *Ma non era*, inquit pag. 457. *il duca di Ferrara solo quello, che con la contesa della precedenza tenesse il duca Cosimo in inquietudine. anzi, oltre a quello, non vi mancavano degli altri principi d' Italia & de' soliti ministri del rè Filippo, i quali tratti dalle solite passioni, con opporre la troppa grandezza di esso duca, cercassero di amplificare i sospetti, alquanto prima, come si disse, nati, ch' egli col papa & co' venetiani & con altri italiani congiuntosi in legha, havesse animo di abbassare la spaventosa potentia di esso rè Filippo & degli spagnuoli. onde per' mettere silentio a cosa, che gli dava grandissima molestia, & fare al rè conoscere la sua costante fede, mandato il*

Digitized by Google

ad Philippum regem profecturus esse dicitur. exosculatus est pedes pontificis max. & tum ab eo, tum ab omnibus praeterea ordinibus mirabiliter acceptus. Vale. Romae. VI. idus novembris. M. D. LXI.

to il principe Francesco suo figliuolo a far riverentia al papa a Roma, lo fece con quattro sue galee sotto Baccio Martelli, & con due di Marco Centurioni in Ispagna trapassare, rimettendo nella libera volontà del rè il dargli una delle sue cugine, figliuole dell'imperador Ferdinando, per moglie. neghotio, che alquanto prima era stato cominciato a trattarsi, & che poi, non senza le solite oppositioni, con infinita satisfatione del duca & de' popoli suoi hebbe effetto.

LXXVIII.

Otho Truchses Card. Augustanus Lindáno, Ruraemundensium episcopo designato. (a)

a

8. nov. 1561.

Ejus honore valde se esse laetatum, neque tamen probare quod episcopi nomine non utatur.

MAgnam habeo gratiam optimo ac prudentissimo viro Laevino Torrentio, leodiensium archidiacono, qui, quod ei proprie mandaram, plurimam tibi meis verbis salutem dixerit. jandiu

(a) De Guilhelmo hoc Lindáno, theologo lovaniensi, deque ejus recenti episcopatu exstat apud me Commendoni epistola ad card. Mantuanum, die 2. octob. 1561. Tridentum Bruxellis data. *Hieri*, inquit, *venni a Brusselle. hoggi il reverendo Lindáno è venuto a vederme, & mi ha letta la lettera di V. S. illustrissi. & si dimostra prontissimo di servirla* (invitatus perhonorifice fuerat a Mantuano ad concilium tridentinum tamquam unus ex aliquot lovaniensis gymnasii theologiae doctoribus). *ma spero, che lo farà con altro titolo: essendo stato nominato a la chiesa ruremundana in Gheldria; la quale è una di quelle, che non ha ancora la dote, ma solo la pensione. onde egli dice di essere astretto di pigliare i denari per le bolle da' suoi amici, con pericolo di potergli defraudare di questo credito, quando succedesse, ch'egli morisse fra poco tempo. la somma è, che desiderarebbe qualche gratia. io gli ho risposto, che deve essere ben certo de l'opinione, ne la quale è appresso nostro signore, & che, quando si trattasse di lui solo, io crederei, che potesse aspettar ogni gratia da sua beatitudine. ma che, trattandosi hora l'espeditione di tutte queste chiese insieme, temeva, che sarebbe posto in consideratione l'esempio ..... nondimeno, ch'io non restorei di procurargli favore da vostre signorie illustrissime* (hae Commendoni litterae inscribebantur quidem cardinali Mantuano, sed futurae erant cum reliquis duobus concilii pontificiis legatis, Seripando atque Hosio. communes), *a le quali quando piacesse far simile offitio, potrebbe forse la benignità di sua beatitudine o ne l'espeditione, o fuor di quella, far al detto reverendo Lindáno qualche dono, come è usata di fare spesso & volentieri. io per me crederei,*

Digitized by Google

jandiu enim & te valde amo merito tuo, & me a te diligi sentio. qua re etiam factum est, ut, recenti isto tuo episcopatus honore, qui tibi, summa & pontificis max. voluntate, & cardinalium omnium approbatione, tributus est, maxime omnium sim laetatus; qui etiam de tua virtute ac pietate, & optimarum artium scientia, & ipsum pontificem docuerim diligenter, & amplissimum collegium. & quidem jam antea multis dederam scripta tua (*b*), quae ab omnibus mirifice probari, scito. Equidem, quod episcopi nomine non utaris, cum istum dignitatis gradum tam praeclare sis adeptus, & miror, &, ut utaris, censeo. Quod episcopum Commendonum, singularem virum, mihique amicissimum, viseris & salutaris, cum officio tuo functus es, tum vero mihi etiam gratissimum fecisti; cujus salus, per te missa, mihi est jucundissima. Tu Cobelium, clarissimum virum, itemque Delium, perveteres amicos meos, jubebis salvere: &, si quid erit, in quo tibi usui esse possim, meo studio & opera fidenter utere. cupio enim & volo omnia tua causa. Vale. Roma. VI. (*c*) id. novembris. M. D. LXI.

 LXXIX.

rei, che il benefitio fosse molto ben collocato. De eodem Lindáno Valerius Andreas Dessellus in sua *Bibliotheca belgica* haec, quae sequuntur, prodidit: *Guilielmus Lindánus, Damasi filius, Dordráci an. d. 1525. in lucem editus est, parentibus catholicis; patriciis dordracenis, ac Lindae (quae an. 1522. communi inundationis calamitate involuta cum septuaginta & uno pagis a maritimo aestu absorpta est) dominis.... Lovanium reversus, anno 1552. sacris ordinibus initiatur, sacraeque theologiae laurea insignitur; alteroque post anno ad excitatam tunc recenter, auspiciis Ottonis Truchsesii, episcopi augustani, dilinganam Suevorum academiam evocatus, per triennium inibi sacras profitetur litteras. Lovanium revocatus anno 1556. lauream doctoralem capit. denique ex decano Hagae-comitano, consiliario regio, episcopi ultrajectini per Bataviam Frisiamque vicario, & in fidei violatae reos quaesitore, primus ruraemundensis apud Geldros antistes anno 1562.* (corr. 1561.) *designatus ac consecratus, non nisi septimo post anno ad capiendam possessionem ecclesiae suae admittitur...... Anno deinde 1588. ad gandensem cathedram promotus, vix trimestri spatio supervixit: moriturque 4. non. nov. annos natus 63. Fuit certe vir ille (cardinalis Baronii elogium hoc est in notis ad martyrologium romanum 23. nov.) non tantum omnis generis litterarum eruditione clarissimus, verum etiam egregii confessoris fidei nobilitatus insignibus; quippe qui exsilia, proscriptiones, aerumnas incredibiles ac mortes fere frequentes inconcusso robore, fidei causa, sustinuit.*

(*b*) Plurima Lindánum scripsisse, apparet ex ejus operum catalogo bene longo, quem proxime laudatus Desselius commentario illi suo subjecit. quae autem Truchsesius dicit multis se dedisse legenda, & ab omnibus mirifice fuisse probata, fortasse libri sunt illi tres *de optimo genere interpretandi scripturas*, quos jam ante Lindánus scripserat, & Coloniae anno 1558. ediderat.

(*c*) XVI. cod. vat.

LXXIX.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

15. nov. 1561.

Pompeji causam se contra Papacódam suscepturum. De Hosii libro ad se misso, & de honorifica in eo sui mentione gratias agit.

QUae, malum, est ista Laurentii Papacódae ratio, ut non modo regis vestri occupatis bonis abutatur, sed procuratores etiam regios insectetur fictis haereseos criminibus? sed, quando tu de Pompeji (*a*) hujus fide & pietate affirmas, mihique hominem commendas, suscipiam ejus partes, & apud collegas ipsum ponam in gratia. neque verendum est, ne majore gratia oppugnetur: sit modo is, qualem esse scribis. proderit ei testimonium tuum; proderit regis nomen, cujus causam agit; proderit denique ipsa veritas, qua illum niti, confido. quibus ego rebus adductus sic tuebor in primis commendationem tuam, ut rem & existimationem meam. Velim mihi suppeditare (*b*) novum aliquod genus orationis, qua tibi gratias age-

(*a*) Is est fortasse, de quo agitur in Putei cardinalis litteris, ad Hosium hoc ipso hujus ipsius anni die datis. *De Pompejo*, inquit, *Latertiani filio nihil antehac audiveram. erit autem hoc negotium mihi curae, quaeque fieri poterunt in ea causa, modo sit aliquis, qui procuret, perficiam atque contendam, ut primo quoque tempore expediantur*. Truchsesius etiam in epistola *Ticinius noster* d. 5. apr. 1562. *In Latertiani*, inquit, *causam animadverti propensam esse collegii nostri voluntatem*. Quid autem controversiae huic Pompejo cum Papacóda fuerit, equidem nescio: nec de ipso Papacóda quidquam scio; nisi quod ex card. Commendoni litteris, die 24. jan. 1572. Varsavia ad cardinalem, opinor, Rusticucium datis, intelligo, Pium V. pont. max. eidem Commendono mandasse, ut de illo judicium quoddam in ipsa Polonia institueret. haec est autem earum litterarum particula. *Oltre questi due negotii dissi a sua maestà la commissione, che ho havuto da V. S. illustriss. intorno l'esame di testimonii contra il Papacoda; & sua maestà mi rispose; che, la non era molto informata, ma che se io chiamassi monsignor nuntio, me ne potrebbe informar pienamente, che quanto a lei, la non haveva pensato a questo: ma, che essendoli stato ricordato da esso monsignor nuntio, haveria charo, che la giustitia potesse havere il suo luogo. Io ne ho parlato hoggi col nuntio, & messo ordine, che mi dia le scritture, & certe note & esami, che ha, con i nomi di coloro, che s'haveranno ad esaminare: & vi si userà ogni diligenza, secondo la commissione di V. S. illustrissima.*

(*b*) Mallem *suppeditaret*, aut etiam *suppeditari*.

agerem & de libro tuo, quem mihi misisti (c), & de illa perhonorifica mentione (d), quam de me in eo fecisti; quae me admonet officii mei, ut talis esse studeam, qualem, pro incredibili tuo in me amore, descripsisti. sed, quod ego non assequor oratione mea, tu ipse agnosces. A quibus commissum sit, ut non sit missum pontificium munus (e), nescio. illud scio, te neque honorariam neque necessariam pecuniam diu desideraturum; & non modo quaestore (f), sed etiam judice (g), usurum aequissimo. nihil enim est, quod magis affirment hi, a quibus illa sunt expectanda. Vale. Roma. XVII. Kal. decembris. M. D. LXI.

(c) Significatur certe liber, hoc ipso anno 1561. Antuerpiae ab Joanne Stelsio typographo post iteratas aliorum impressiones editus, cujus titulus hic est: *Confessio catholicae fidei christiana, vel potius explicatio quaedam confessionis, in synodo petricoviensi a patribus provinciarum gnesnensis & leopoliensis in regno Poloniae factae anno domini 1551. auctore D. D. Stanislao Hosio cardinale, episcopo varmiense, in concilio tridentino praeside.*

(d) In ejus libri praefatione honorificam Truchsesii mentionem facit Hosius his verbis: *Cum autem Romam liber perlatus fuisset, judicio theologorum probabatur. Otto vero Truchses, cardinalis augustanus, cujus insignis pietas, & in sana ecclesiae doctrina tuenda & conservanda zelus quidem ardens orbi testatus est universo, sic labores hos nostros complexus est, ut librum dignum duceret, quem in oppido suo dilingensi semel & iterum typis mandandum curaret.*

(e) Non aliud fuisse pontificium hoc munus suspicor, quam quod card. Borromäeus litteris, ad Hosium die 27. insequentis mensis datis, significat: *Mitto*, inquit, *obsignatam his literis syngrapham Formenti thesaurarii, qua is mihi fidem facit de pecuniis, amplitudinis vestrae nomine, Georgio procuratori suo solutis, praeter illas, quas ipsa istic accepit. ex qua quidem facile est cognoscere, quo tempore fuerint numerati quingenti aurei, dono dati ab sanctitate sua dominationi vestrae reverendissimae. quod si minus tibi renumerati sunt, id profecto culpa nostra non evenisse, apparet.*

(f) Francisco Formento, pontificii fisci praefecto.

(g) *Judicem* fortasse significat Truchsesius Borromaeum, qui in ejusmodi Hosii cum Formento de pecuniarum solutione controversiis sententiam dicere ac pronunciare tamquam judex debebat. vel *judicem* fortasse etiam dicit Joannem Baptistam Rubeum, qui in Valentini Kutzborskii, Hosii familiaris, causa aliquid etiamnum judicare debebat. Vide epistolam *Ne ego quidem* d. 25. oct. 1561.

LXXX.

Otho Truchses Card. Augustanus Palatino Cracoviensi. (a)

25.nov. 1561. *De ejus pietate ac religionis catholicae propagandae studio, deque re bene a Poloniae rege gesta gratulatur.*

SI, ut meum in te studium & amor singularis, princeps ornatissime, tuaque excellens virtus ac religio postulat, ita ac te mereri possem, equidem ad te maximum quodque regnum & imperium deferrem. novi enim te omni honore dignissimum. quod cum re assequi nequeam, animo certe & judicio meo te summo cuique & praestantissimo viro comparo. iste enim & ardor pietatis, & purus & integer cultus verae & catholicae fidei, quibus laudibus semper caeteris omnibus anteire studuisti, te in eum locum extulerunt, ut nullius gloriae, nullius triumpho invidere debeas; te unum amare omnes & admirari possint. quare gratulor tibi ex animo, tuo isto praestanti bono (b), quod tanti est, ut nullus in terris dominatus, nulla potentia non modo conferri cum eo, sed ne in conspectu quidem poni possit. perge igitur egregiis istis consiliis & institutis tibi parare & in caelo locum, & in terris gloriam; caeteros vero etiam tuo exemplo in via salutis retinere, & stude (c) in istud iter deducere, ut Jesu Christo filios, quod maxime proprium munus est principum virorum, tua potestate parias. aderit vero tibi pie precanti Deus, & istis majorum tuorum prae-

(a) Is fuit, nisi fallor, Stanislaus Miscovvskius.

(b) Non caret exemplo *gratulor* cum sexto etiam casu. Coelius epist.13. ad Cicer. lib.8. *Gratulor tibi affinitate viri optimi*. Cicero ipse ad Attic. lib.V. epist.20. *Qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritate*. Neque audiendos puto, qui aliter sentiunt, uno aut altero codice ms. freti. namque ego *celebritate* in quattuordecim, ac potissimum in omnium, qui usquam exstant, antiquissimo, Florentiae cum essem, reperi.

(c) Mendi notam adscripsit Gratianus. & fortasse mendo non vacat locus. codicis vaticani eadem lectio primum fuerat, quae deinde in hanc aliam ab eadem manu commutata est: *retinere stude, & in istud &c.* Codicis barberiniani haec est, praetermisso *stude*, & aliquot voculis immutatis, planior pleniorque lectio: *Perge igitur, clarissime princeps, egregiis istis consiliis atque institutis tibi parare & in caelo locum, & in terris gloriam sempiternam; caeteros vero etiam tuo exemplo in via salutis retinere, in eamque deducere, & Jesu Christo filios parere tua potestate: quod maxime proprium munus est principum virorum. aderit &c.*

praeclaris ſenſibus & itineribus eunti ſemper ita praeſto fuerit, ut & cogitando & agendo cum prudentiſſimorum illorum virorum laudibus, tum divinae voluntati reſpondeas. quod equidem vehementer & opto & ſpero. Regem veſtrum rem bene (*d*) geſſiſſe, incredibiliter gaudeo: a Deo autem ſummis precibus contendo, ut is aliquando, caeteris depoſitis vel abjectis curis, in unam illam voluntatem reſtituendae catholicae fidei & chriſtianae pietatis poſſit incumbere. Quod hic novi habemus, id, deſcriptum, & in has literas inclusum, curavi, ut ad te perferatur: &, quicquid poſthac fuerit, ad eundem te mittemus. nihil enim eſt, quod aeque cupiam, quam tuae morem gerere voluntati. quamobrem, quicquid re, opera, ſtudio, gratia denique ac diligentia mea poſſum, totum tibi defero; eoque ut utare, vehementer a te etiam atque etiam peto: quem Deus ſervet incolumem. Romae. XVII. Kal. decembris. M. D. LXI. (*e*) d e

(*d*) Card. Puteus litteris, ad Martinum Cromerum hoc ipſo die datis, *Quacunque*, inquit, *de cauſa exercitus dimiſſi ſint, tantumque in munitioribus locis relicta praeſidia, gaudeo, ſperoque etiam, aliquas rationes componendae pacis inveniri poſſe, utrique principi commodas. eam autem in ſpem adducor ex legatione a Moſcho decreta; de cujus exitu, deque regis in Poloniam reditu vehementer a te peto, ut me certiorem facias.* Vide epiſt. *Nihil amore* d. 11. ſept. 1561.

(*e*) Qui legerit epiſtolam *Ut primum audivi*, die 28. jun. 1562. ad hunc ipſum cracovienſem palatinum a Truchſeſio datam, quaque illi de palatinatus honore, ad ipſum delato, gratulatur, non dubitabit, quin ea ante hanc ſcripta fuerit: ut propterea de mendo in hujus adſcriptione verendum ſit, & annum 1562. pro 1561. reponendum. Id ſatis habui monere.

LXXXI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Mantuano, Varmienſi, & Seripando Cardinalibus, Tridentini Concilii legatis.

Librum haeretici hominis peſtilentem, e Germania allatum, mittit, iſque ut ab aliquo docto ac pio viro confutetur, rogat. 19. nov. 1561.

CUM hic mihi (*a*) miſſus eſt e Germania liber (*b*), omnium, quos unquam viderim, maledicentiſſimus ac peſtilentiſſimus, primum equidem vehementi quodam horrore perfuſus obſtu- a b

(*a*) Omittit *mihi* exempl. Addidi ex cod. vat. & barberin.

(*b*) Libri hujus, quem una cum his litteris ad concilii tridentini legatos mittere ſe, card. Auguſtanus ſignificat, auctor fuerat Matthaeus Judex, jhenaeu-

obstupui, neque ab homine ullo tantam vim impietatis & amentiae, collectam in unum locum, effundi potuisse, sum arbitratus: totum hunc furorem & insaniam daemoni cuipiam assignavi, qui, sui hujus ministri mente & lingua incredibiliter occupata, omnium omnis memoriae haereticorum acerbitatis & maledictorum virus ejusdem ore evomuerit (*c*). &, quanquam ejusmodi nefariam impudentiam interdum nulla re magis, quam contemptione ac silentio, retundi posse judicavi, responsione ro quodammodo illustrari illam, irritari certe magis, quam deterreri, tamen, quia intelligebam, apud exteras nationes nihil aeque valuisse ad pervertendam imperitam multitudinem, quam dissimulationem nostram (qua perditi errorum magistri ad depravandos homines sic abuterentur, ut dictitarent, jure silere nos: neque enim habere, quod veritati respondeamus), eáque re tantam labem esse factam trans alpes, quantam sine summo dolore cogitare non possum, non utile multis modo, sed paene necessarium duxi pestiferam hanc mendaciorum turbam pii alicujus viri prudentia & facultate confutari. itaque mihi faciendum putavi, vobis ut amplissimis ac sapientissimis patribus, publico isti christianae ecclesiae concilio, Pii pontificis max. & sacrosanctae sedis auctoritate praefectis, & librum mitterem, & sententiam in illo refellendo meam significarem. nam, si consilium hac in re meum non inopportunum judicaveritis, facile erit in isto coetu doctissimorum & optimorum virorum deligere aliquem, qui taeterrimam illam belluam, tantum scelus exhalantem, tantam pestem contaminato spiritu profundentem, divinae veritatis mucrone confodiat. sin vero ratio mea summae prudentiae vestrae minus probabitur, non condemnabitis studium ac pietatem, quibus adductus, quid de re sentirem, occultare non potui. omnino rem omnem sapientissimo judicio vestro subjicio; quibus salutem & incolumitatem precor. Romae. XIII. Kal. decembris (*d*) M. D. LXI.

LXXXII.

nensis academiae professor, homo, id quod ex ejus operis lectione intelligitur, petulantissimus, & inter insanos insanissimus: cujus audaciam atque impudentiam Mutius Justinopolitanus initio sequentis anni egregio scripto repressit. De eodem libro agitur in epist. *Satis mirari* d. 28. jan. 1562. & in epist. *Maxime velim* d. 21. febr. 1562.

(*c*) *evomuit* exempl. & reliqui codd. sed numquam mihi persuadere potero, ita Pogianum scripsisse.

(*d*) *sept.* cod. vat.

Digitized by Google

LXXXII.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Gabrielis Faërni mors, scripta, ac laudes.

22.nov. 1561.

XV. Kal. decembris (*a*), hora XII. Gabriel Faërnus cessit e vita (*b*); cujus mortem tibi aeque ac mihi, atque adeo bonis omnibus, molestam accidisse, propter hominis doctrinam & probitatem, morumque ac vitae suavitatem non mediocrem, facile intelligo. sed ad consolationem illam, communem omnibus christianis hominibus, *Sive vivimus, sive morimur, domini sumus* (quod de illo sperare debemus, cujus mors fuit vitae consentanea, pie religioseque actae), illud praeterea accedit solatium, quod brevi, idque sine febre, decessit. triduum enim tantummodo sibi displicuit. quo in incommodo molestissimum fuit linguae impedimentum, quae, (*c*) nigro quodam tumore affecta, facile id, quod factum est, praesignificabat. sed facilis fuit illi ea migratio, minus onusto romanis his sarcinis (*d*), quibus (*e*) ut alteri cederet oneribus, ei laborandum esset. quae cura multos, vel in morte, magis quam ipsa mors, sollicitare solet. Vixit in urbe aliquot annos, tanquam si rure vixisset, non fuco, non artificiis, non blanditiis, non denique fallaciis praeditus urbanis, illa sua beatus ingenuitate ac probitate (si quic-

(*a*) *novembris* exempl. & cod. vat. Correxi ex Latinii litteris, proxime afferendis, & aliis etiam certissimis argumentis adductus.

(*b*) Andreae Masio eamdem hanc Faërni mortem Latinius significavit litteris, die 6.dec.1561. datis: *Faërnum*, inquit, XV. *Kal. decembris amisimus, cujus morte ut non mediocrem latinae litterae jacturam fecerunt, ita, te non mediocriter affectum iri, certo scio. ego amici casum eo acerbius fero, quod labores ejus omnes in restituendis tot bonis auctoribus vel jacebunt semper; vel certe nobis, qui quinquagenarii sumus.*

(*c*) *quo* exempl. Gratianus emendavit.

(*d*) Significat, Faërnum, modicas opes possidentem, ita obiisse, ut de instituendis heredibus minime illi laborandum fuerit. *Romanas* autem *sarcinas*, ac mox *onera* vocat eas divitias, quae Romae a doctis atque industriis hominibus comparari possunt, & vulgo solent.

(*e*) Hoc videtur Truchsesius dicere, *quae onera* (ipsa illa, quae proxime vocarat *sarcinas*) *ut in alium* (nempe in heredem) *transferret* &c. Latinum est autem *cedere* cum sexto casu conjunctum. Cicero pro Mil. c.75. *Quorum utrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset*. Infra nostrum exempl. & cod. vaticanus habent *illa sane beatus ingenuitate*. Ego pro *sane* edi jussi *sua*: quam mihi vocem ab sententia postulari persuasi.

quicquam est hoc nomine dignandum in terris). Tulit ejus
f discessum e vita graviter in primis pontifex max. (f) idemque
g decrevit, ut omnia ejus scripta in lucem edantur (g). Multa
erunt,

(f) Pio IV. etiam ante pontificatum fuerat carissimus Faërnus. de qua re Silvius Antonianus in iis litteris, quibus card. Carolo Borromaeo Faërni fabellas anno 1564. nuncupavit, *Quamobrem*, inquit, *omnes boni, ut opinor, viri doctissimi studium & laborem valde probabunt, magnasque in primis gratias Pio IV. pont. maximo, avunculo tuo, & agent & habebunt, cujus liberalitate ad haec studia Faërnus vehementer incitatus est. ipse enim, cum adhuc cardinalis esset, qui illius perpetuus est erga probos & litteratos viros amor, humanitate & benevolentia hominem complexus, in fidem & clientelam suam recepit, sic, ut ei Faërnus ob doctrinam & spectatos mores intimus & carissimus semper fuerit.*

(g) De hac item re in eadem praefatione Antonianus, *Itaque*, inquit, *cum, illo* (Pio IV.) *patrono, suavi & litterato otio frueretur* (Faërnus), *nequaquam otiosum tempus traduxit, sed ad emendandos clarissimos latinae linguae auctores, nimia vetustate & librariorum negligentia multis maculis inquinatos, se totum convertit. atque in hoc scribendi genere ingenium suum magna cum laude exercuit; multaque praeclara inchoavit, quaedam etiam absolvit & perpolivit: quae dum in lucem edere cogitat, illum nobis, non mediocri bonorum ac studiosorum hominum dolore, mors insperata praeripuit. verum Pius sanctissimus, mortui memoriae & hominum utilitati paterna caritate consulens, ea typis imprimi & passim pervulgari, imperavit.* Quae autem Antonianus significat, Faërnum partim inchoasse, partim absolvisse, ea ferme Latinus Latinius suis ad Andream Masium litteris, quas diversis temporibus scripsit, deinceps enumeravit; quarum particulas transcribere non gravabor. IV. id. febr. anno 1555. *Faërnus*, inquit, *noster plautinas comoedias, multis locis corruptas, restituit, opera etiam Lolgii* (Guidonis) *adjutus. is nunc de Terentio Plautoque edendo cogitat. quibus autem typographis eam rem sit crediturus, nescio. id unum scio, illorum cupiditati vix ab ullo satisfieri posse: cum ipsi interim sua negligentia socordiaque quicquid belle emendatum acceperint, quasi de industria corrumpant.* VI. id. sept. an. 1555. *Faërnus*, inquit, *intermisso Livio, ad Terentium absolvendum, iterumque nova diligentia castigandum rediit, jamque ad Phormionem pervenit. sperat autem, se multis locis postrema hac opera lucem pulcherrimam attulisse, adjutus cum aliquot codicum ope, tum veteris cujusdam scholiastae, qui apud canonicos divi Petri in bibliotheca tandiu latuit, ut, paene omnibus saeculis ignoratus, nunc videatur primum in lucem prodire. ab eo se plurima didicisse Faërnus ingenue fatetur, quae nulla via se unquam intelligere posse plane desperarat. quare habebimus, spero, brevi Terentium magna ex parte Faërni opera restitutum. In Livio vero emendando* (quod opus est longo tempore) *puto, eum aliquot etiamnum menses, fortasse etiam annos, laboraturum; non sine summo bonarum litterarum studiosorum fructu.* Pridie id. nov. 1555. *Faërnus*, inquit, *in restituendo Plauto multa Camerarii laboribus judicioque accepta libenter refert. In Livio nolim tibi persuadeas, eum vel ita audacem, vel ita sibi placentem esse, ut, praeter vetustorum codicum fidem* (*nisi sicubi corruptissimi plane appareant*) *quicquam mutet aut addat. quae tamen omnia, si quando ex monstrosis mendis nequeat extricare se, ita religiose facit, ut, consilii aut conjecturae suae ratione reddita, integrum quid sequatur cuique relinquat, propositis prius variis*

erunt, quae placeant, praesertim in illo jocoso genere, sed uti-
Vol.II. Z z li,

variis lectionibus; indicatoque interim ipsius Livii in simili re solemni quasi loquendi more. Quibus ex Latinii epistolarum locis intelligimus, Faërnum Plauto, Livio, Terentioque emendandis operam impendisse. Fructus laboris ejus in Plauto Livioque non exstat, quod equidem sciam. in Terentio autem ut exstaret, fecit Petrus Victorius, qui eum poëtam, a Faërno emendatum, & Faërni enarrationibus illustratum, Junctarum typis Florentiae excusum anno 1565. vulgavit. de qua editione, deque Faërni ingenio atque doctrina audiendus est ipse Victorius in litteris, quas ad card. Carolum Borromaeum XVI. Kal. jun. 1565. dedit, operique ipsi praefixit: *Mitto*, inquit, *ad te, Borromaee amplissime, poëtam elegantissimum, familiaris tui opera studioque olim expolitum, nunc autem, non sine cura aliqua mea, formis excusum atque divulgatum. cum enim domi tuae illum haberes, possesque solus aut cum paucis labore & industria diligentis & eruditi viri frui, ut es omnibus in rebus publicorum commodorum studiosissimus, maluisti bonum hoc cunctis bonarum artium cupidis impertiri. Recte igitur fecisti, consiliumque hoc tuum laudent omnes necesse est, qui non sunt penitus aversi a musis, nec suas tantum propriasque utilitates consectantur. Ipse vero libenter suscepi hanc curam: dedique operam, ut fideliter imprimeretur, ut servirem honori ac laudi Faërni, cum quo, dum vixit, magna amicitia conjunctus fui.... Quae omnia, ut opinor, diligenter a Faërno exposita fuissent, si extremam manum labori huic suo admovere potuisset, & non ante iniquissima morte praereptus esset.... Quia autem Faërnus ardebat cupiditate hunc optimum poëtam juvandi, & omni ratione, si qua poterat, expoliendi, facereque multum ad eum restituendum intelligebat rationem versuum, qui in consuetudine comicorum sunt, tenere; scribere aggressus est librum de illo genere metrorum; quem tamen non absolvit. quod si ad exitum opus hoc perducere potuisset, cum in primis ejus rei peritus esset, multumque in hoc studio versatus foret, omnem illam materiam plene perfecteque tractasset, nec ullam quaestionem propriam ejus loci omisisset. illum tamen, qualem reliquit, vel potius ipsum initium, & non contemnendi aedificii vestibulum occultare non libuit, ne qua ingenii ipsius monumenta perirent.... Quale opus ipsum integrum futurum fuerit, declarat, quod auctor ipsius in primo statim aditu, minime gloriosus homo, nec inanis laudis cupidus, de sua facultate nonnulla praedicat, & quam haec doctrina hac aetate adhuc obscura, tenebrisque multis involuta sit, testatur. Hos autem omnes optimi ingenii fructus, antistes optime, ut initio scripsi, ad te mitto, unde exierunt, & e cujus copiosa bibliotheca in manus eruditorum pervenerunt. &c.* Haec postrema verba, ut hoc obiter moneam, satis ostendunt, minus vere a Cl. V. Richardo Bentlejo in praefatione, qua lecturos Terentium suum, Amstelaedami an. 1727. editum, alloquitur, illa fuisse scripta: *Quippe ille* (Faërnus) *Romae vetustissimos omnium, qui hodie supersunt, Terentii codices nactus, luculentissimam editionem Petro Victorio procurandam moriens reliquit*. Constat enim, non a Faërno moriente, sed a Borromaeo superstite procurationem illam Victorio demandatam fuisse. nisi forte id dicere idque unum intelligi Bentlejus voluit, Victorium, post Faerni mortem, editionem Terentii illam curandam suscepisse. Miror autem, Latinium, qui de Faërni opera in Plauto, Livio, atque Terentio tam diligenter ad Masium saepe scripsisset, nihil usquam de hominis, in emendandis atque illustrandis Ciceronis in M. Antonium,

pro

pro M. Fontejo, pro L. Flacco, & in L. Pisonem orationibus, labore commemorasse. atqui in ea quoque re valde diligentem, & ciceronianae eloquentiae studiosis utilem, operam suam Faërnus collocarat. quinimmo absolutum plane opus Vincentio Luchinio, romano typographo, excudendum tradiderat, Petroque Victorio nuncuparat, datis ad eum litteris duodecimo Kal.novembris an.1561. hoc est, septimo & vicesimo, ante quam e vita excederet, die. quae quidem res ipsa planius ex ipsius Luchinii epistola, ad card. Carolum Borromaeum Kalendis febr. an. 1563. data, intelligetur. *Gabriel Faërnus*, inquit, *vir summa vitae innocentia praeditus, ut tu, cardinalis illustrissime, optime nosti, cum omni liberali doctrina praestitit, tum praecipue in corrigendis antiquorum libris omnium doctorum consensu singularem laudem tulit. nam, praeter accuratam illam diligentiam animique attentionem, quam in pervolvendis conferendisque inter se manuscriptis exemplaribus adhibere solitus est, erat in eo natura quaedam excellens & paene divina, ita, ut saepissime praeclarorum scriptorum locos, aut librarii negligentia, aut longa vetustate corruptos, acri quodam judicio, & admirabili ingenii acie emendaret, veramque & germanam lectionem restitueret ... Cum itaque ad hoc potissimum natus videretur, nullaeque eum voluptates a litterarum studiis abstraherent, otium vero abunde illi tribueret Pii quarti pont.max.avunculi tui, liberalitas, in cujus fidem & clientelam, cum adhuc cardinalis esset, se totum tradiderat, quamplurimos latinae linguae auctores, multis mendis inquinatos, magna cum cura & labore expurgavit; quorum volumina, ipsius manu emendata, nunc apud te sunt, qui illa tamquam thesaurum quoddam* (corr. *quendam*) *jure optimo aestimas. caeterum cum ea esset Faërni facilitas, ut libenter litteratis viris opiniones suas impertiret, vigilias tamen suas in lucem edere quotidie differebat: sive ut illas diligentius perpoliret, sive diutius se victurum putabat, sive ipse, quod magis arbitror, gloriam hanc, quam plerique cupide aucupantur, minime expetebat. quamobrem paulo ante, quam e vita decederet, vix amicorum precibus adductus, Ciceronis orationes, quae Philippicae inscribuntur, una cum quibusdam aliis, quas summa diligentia emendavit .... meis typis imprimi & pervulgari permiserat. jamque ad calcem paene opus pervenerat, cum repente, maximo Pii pontificis, qui illum unice diligebat, omniumque bonorum dolore, Faërnus e vita excessit. itaque per multos dies res intermissa est. tandem vero officii mei memor ...... amico de me optime merito fidem meam praestare volui, totumque volumen absolvendum curavi; quod nunc in tuo nomine emitto, cardinalis illustrissime. &c.* Sed, quod Latinium commemorare de Faërni hac opera atque editione praetermisisse, paullo ante mirabamur, id Paullus Manutius unis & alteris ad M. Antonium Muretum, nuper in Galliam in comitatu card. Hippolyti Atestii, pontificii legati, datis Romae litteris facere non omisit: quas litteras, autographas, nec umquam antea editas, una cum plurimis aliis tum ipsius Manutii atque Mureti, tum aliorum ejusdem aetatis praestantium virorum, in romani hujus collegii bibliotheca adservatas, Petrus Lázerus noster propediem cum eruditis, eruditissimus ipse ejusdem bibliothecae praefectus, communicabit. Manutius igitur in litteris, ad Muretum die 9.aug. an.1561. datis, *Il Faerno*, inquit, *fa stampare le Filippice. non sò, se vi aggiungerà annotationi. ma conforto voi, se farete stampare le vostre in Parigi, come voi mi diceste, e come pare, che il Faerno habbia temuto, e forse da qualche uno inteso, che vogliate ad ogni modo metter vi annotationi alla fine: che sò, quanto importa per l'ordinario, e quanto acquisterete nell'opinione degli huomini con la bellezza del vostro stile, e con*

li, fabularum & apologorum (*b*). Ut in urbe loquacissima, va-

Zz 2 riae

e con que' tratti d' ingegno, a' quali quanto pochi habbiano posto mano all'età nostra, senza che io il dica, il sapete. e di quanto haverete operato, siate contento avvisarmi. &c. Litteris autem, die 20.sept. ejusdem anni datis, *Hora*, inquit, *non ho da dirvi altro, salvo che le Filippice del Faerno sono vicine al fine. ci aggiunge sue annotationi, per quanto mi ha detto: il che non sapeva, quando vi scrissi l'altra. le dedica al Vittorio, quasi per ristorarlo dell' honore toltogli dalle vostre varie lettioni. se voi stampate le vostre, loderei, che voi ancora le dedicaste ad un letterato. &c.* In hoc quidem Manutio morem gessit Muretus, qui Adriano Turnebo opus illud suum Lutetiae idibus mart. an. 1562. dedicavit.

(*b*) De his Faërni apologis Latinius litteris, ad Masium 4.non.mart.an.1560. datis, *Sed iterum*, inquit, *longius abripior. Faërnus tamen revocat, quasique contemptum se queritur, ut est homo nunc in omnium deliciis, pontificique in primis, ut antehac semper, carus .... Meditatur tamen aliquid togatus, eique rei nunc maxime dat operam, ut apologi in publicum prodeant. neque eam rem aliud moratur, nisi aptissimae singulis fabellis conjunctae pictae tabulae, quibus illustrentur apologi, veterumque vasorum, vestium, instrumentorumque plurimorum imagines discentium oculis subjiciantur. quae res non minorem utilitatem, quam ipsarum fabularum sanctissima documenta, legentibus est allatura &c.* Prodierunt autem in lucem hi apologi, numero omnino centum, totidem illis tabulis ad declarandos singulos atque illustrandos adjunctis, Romae anno 1564. typis Vincentii Luchinii, &, quod supra significavimus, Silvii Antoniani opera: qui in epistola ad card. Carolum Borromaeum nuncupatoria haec, praeter caetera, de Faërni hoc labore vere commemorat: *Quae cum ita se habeant, cardinalis praestantissime, profecto optime de hominum vita Gabriel Faërnus, vir doctus & innocens, meritus est. is enim ex Aesopo, egregio & antiquissimo auctore, plurimas fabulas, nonnullas etiam ex diversis graecis & latinis scriptoribus excerptas, carminibus elegantissimis explicavit, non, ut interpres, verba, sed, ut poëta, sententias, vim, acumen, lepórem illum* (fort. *illorum*) *exprimens.* Audiatur nunc *veritatis* ille *assertor* Jacobus Augustus Thuanus, de iisdem Faërni fabellis illa ad annum 1561. *Historiae* suae lib. XXVIII. num. 31. posterorum memoriae prodens: *Non mediocrem etiam a studiosis gratiam promeritus* (Faërnus) *fabellis aesopicis, vario carminum genere expressis, majorem initurus, si Phaedri, cujus sive imitatione sive aemulatione luserat, nomen aut non dissimulasset, aut scripta, quae legerat & penes se habebat, non suppressisset. verum ita fatis comparatum erat, ut, quem Faërnus nobis invidit, eum viri optimi & undecunque doctissimi fidei & industriae deberemus &c.* Atqui hoc etiam *fatis comparatum*, Thuane, *erat*, ut nihil ego umquam ex narrationibus tuis allaturus in hisce enarrationibus meis essem, in quo non te manifesti alicujus mendacii tenerem. quid ais? Phaedri scripta *legisse* Faërnum, *penes se habuisse, suppressisse, nobis invidisse*? possumusne hoc de eo homine suspicari, de quo & cardinalis Truchsesii, & Silvii Antoniani, & Petri Victorii, aequalium illius ac familiarium, illa, nuper commemorata, testimonia meminerimus? *Vixit in urbe aliquot annos, tanquam si rure vixisset, non fuco, non artificiis, non blanditiis, non denique fallaciis praeditus urbanis, illa sua beatus ingenuitate ac probitate: Pio IV. ob doctrinam & spectatos mores intimus & carissimus: minime gloriosus homo, nec inanis laudis cupidus.* Homo ea natura

tura atque iis moribus, potuitne antiquissimas illas ac plane aureas Phaedri fabellas, ab eruditis omnibus ignoratas atque ob eam unam rem non expetitas, verumtamen mirandum in modum expetendas, *apud se* manuscriptas *habere*, *supprimere*, caeteris *invidere*; quo iis ad suas componendas atque exornandas abuteretur, *ejus*, per quem profecisset, *nomine dissimulato*, gloriamque ex alieno labore turpissimam quaerens? In re tam incredibili quid affert hic historicus, quare verbo affirmanti, nullo autem argumento rem confirmanti, credere debeamus?

Dicam ego, quid ejusmodi nonnullorum superioris aetatis hominum non tam opinioni, quam suspicioni cuidam, aut potius suspicionis initio, occasionem atque ansam praebuerit. quam suspicionem, tamquam rem manifestam atque testatam, Thuanus arripiens, homini modestissimo, innocentissimo, doctissimo Faërno nihil haesitans, non in altercatione aut jurgio, sed in historia, hoc est in veritatis professione, & in posteritatis doctrina, turpissimam gloriosi, invidi, plagiarii notam inussit.

Phaedri fabularum libros quinque primus vulgavit Augustobonae Tricassium, anno 1596. Petrus Pithoeus, is, quem Thuanus *virum optimum*, & *undecunque doctissimum* dixit, cujusque *fidem* & *industriam*, Faërnum tamquam ex comparatione deprimens, praedicavit. nullam ego tot tantarumque laudum, homini a Thuano tributarum, adimo. quin, ut illa etiam Pithoei laus reliquis tamquam cumulus addi posset, vehementer optarem, elegantioris videlicet ingenii, & in tractandis edendisque veteribus scriptis accuratioris. qui enim Phaedri, antiqui ac classici auctoris, eximium opus, in latine scribere volentium exemplar ac quemdam veluti canona deinceps apud omnem posteritatem transiturum, cum eruditis communicaret, de nulla re prius, quam de ipso ms. volumine, quod in suas manus tam feliciter venerat, quodque primus in lucem edebat, docere homines debuit; ne qua suspicio, non dicam malitiae aut fraudis, sed certe erroris alicujus atque imprudentiae in legentium animis sive de universo opere, sive de aliqua ejus parte commoveri umquam posset. nunc ille nonnulla de Phaedri patria, de aetate, de genere ad Franciscum fratrem praefatus (quae eadem, aliquot locis a Phaedro ipso prodita, quivis ex ipsius operis lectione per se cognoscere potuisset) de ipso codice, unde opus, quod edebat, depromtum erat, non nisi illud scire nos voluit, eum a Francisco fratre fuisse repertum. ait enim: *Cuicui vero ille* (Phaedrus) *alapas & libertatem debuerit, tibi certe, frater, jam vitam debet, quam temporum injuria paene sepulto, exemplaris* A TE REPERTI, *beneficio, restituere conatus sum*: nihil interea de exemplaris ipsius aetate, nihil de emendatione aut mendis, nihil de scripturae genere, nihil de loco, nihil de tempore, nihil de ratione ejus reperiendi, nihil denique de sua ipsius in eo edendo fide ac religione commemorans. quae omnia, qui ejusmodi venerandae antiquitatis reliquias eruditis erudite commonstrant, ac liberaliter impertiunt, diligentissime persequi solent, & vero debent. neque enim, iis ignoratis, satis exploratum ac firmum certumque de operibus ipsis, quae proferuntur, ferri judicium potest. & certe difficilior efficitur ratio confutandi eos, qui sive ea universa, sive aliquam eorum partem vocare in dubium velint.

Jam de Phaedri hoc ipso opere dubitarunt, praeter caeteros, Gerardus Joannes Vossius, & Petrus Scriverius. ac Vossius quidem in *Aristarcho* libro II. cap. 16. de quantitate prioris syllabae verbi *latrare* agens, quam semper esse longam, contendit, cum sibi versiculum illum ex Phaedri libro V. fabula 20. *Canem objurgabat, cui senex contra latrons*, objecisset: *Non est*, inquit, *Phaedrus ille Augustaei aevi, ut multi arbitrantur. vel multa fal-*

tem

riae afferuntur praematurae, si hominis constitutionem spectes, mortis

tem sunt a sequiore aetate. Scriverius autem in suis *Animadversionibus* in Martialis libri III. epigramma vicesimum, Lugduni Batavorum anno 1618. editis, *Possunt ne*, inquit, *magis decoquere de judicio, ac magis ludere de otio suo viri docti, qui existimant, fabulatorem Phaedrum, a clariss. Pithoeo editum, & cujus Avienus quidam, sive Avianus, in praefatione Fabularum suarum Aesopiarum ad Theodosium meminit, hunc eundem esse, de quo loquitur Martialis? Volunt nos credere scilicet, Libertum illum Augusti Caesaris fuisse, stilo atque tempore parem proximumve Laberio, vel Publio Mimo; & quidem, quantum conjiciunt, sub Tiberio vixisse, atque adeo post Sejanum damnatum. Nugae. Certe, nisi vehementer fallor, aevo illo dignus censeri minime potest scriptor iste: cuicui tandem ille alapas & libertatem debeat. Parco argumenta sigillatim apponere, quae me movent, & cogunt seorsim sentire, foetumque alienissimum pronunciare impellunt a jocis Phaedri, cujus hic Martialis meminit. Ostendam fortasse alias plene, ubi otium erit, & animus isthaec frivola pertractandi. Interim considera mihi, quae olim Perottus, Pontifex Sipontinus, in commentariis suis ad librum I. Martialis consignavit ad hunc locum:*

Quid possunt hederae Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat varias pondere nigra comas.

Allusit, inquit (Perottus), ad fabulam, quam nos ex Avieno in Fabellas nostras adolescentes jambico carmine transtulimus:

Olim, quas vellent esse in tutela sua,
Divi legerunt arbores. Quercus Jovi,
Et myrtus Veneri placuit. & caetera

quae sequuntur ibi totis duodecim versibus, & finiunt;

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.

Quae ipsissima Phaedri illius sunt, a Pithoeo primum, & post a Ritterhusio, Rigaltio, atque aliis editi, notisque & scholiis illustrati. Extant libro V. *fab.* LVI. *Variat quidem Perottus duabus aut tribus lectionibus, sed quas piget describere.*

Nos vero Perotti ipsos versus describere heic integros non pigebit, ut eos deinde cum Phaedri versibus comparare, ac tandem ad faërnianos, non multum utrisque dissimiles (ex qua similitudine plagii suspicionem ortam & omne de *lecto* ac *suppresso* a Faërno Phaedri opere crimen in hominem innocentem à Thuano conflatum puto), devenire possimus. Perottus igitur in suo ad Martialis librum primum commentario, cui *Cornu copiae* nomen imposuit, enarrans epigrammatis 105. (al. 76.) distichon illud, quod proxime Scriverius recitavit, ait, poëtam, cum olivam *Palladis arborem* dixit, ad sequentem fabulam (quam ego ex Aldina *Cornucopiae* editione anni 1513. describam) allusisse:

Olim, quas vellent esse in tutela sua,
Divi legerunt arbores. quercus Jovi,
Et myrtus Veneri placuit, Phoebo laurus;
Pinus Neptuno, populus celsa Herculi.
Minerva admirans, quare sterileis sumerent;
Interrogavit causam, dixit Juppiter:
Honorem fructu ne videantur vendere.
At me hercules, inquit, quod quisque voluerit,
Oliva nobis propter fructus est gratior.

Tum

Tum sic deorum genitor atque hominum sator:
O nata, merito sapiens dicére omnibus.
Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.

Hanc ipsam *fabulam* idem Perottus ibidem affirmat *a se adolescente ex Avieno in fabellas suas jambico carmine* fuisse *translatam*. Verum nemo adeo eruditus reperitur, qui sciat, quas *Avieni fabulas*, quasque item *fabellas suas* Perottus hoc loco significarit. unum modo scimus omnes, Perotti quidem *fabellas* nullas exstare; inter Avieni autem *fabulas*, quae ad duas & quadraginta exstant (totidem nempe, quot ipse valde ingenue ac plane vere, *rudi latinitate compositas elegis* se *explicasse*, in sua ad Theodosium, non quidem Augustum, sed, ut opinor, Macrobium, epistola nuncupatoria testificatus est), nullam ejusmodi de Diis, arbores eligentibus, fabulam reperiri. consignabat autem illa litteris, memoriaeque Perottus prodebat medio circiter saeculo XV. quem anno a Christo nato 1480. vivere desiisse, compertum est.

Jam Phaedri fabularum libri quinque anno 1596. hoc est sedecim supra centum post Perotti obitum annis, Petro Pithoeo, ut supra dicebam, primum vulgante, paruerunt. tum in eorum tertio septimadecima fabula cum sententiis, tum etiam verbis eadem esse deprehensa est, quae tanto ante edita a Perotto, non Phaedri, sed suo ipsius nomine fuerat. eam quoque hoc loco ex patavina anni 1721. editione describam; &, quo facilius instituti comparatio utriusque possit, diverso scripturae genere eas voces, quae cum perottianis non concordarint, exhibebo:

Olim, quas vellent esse in tutela sua,
Divi legerunt arbores. Quercus Jovi,
Et myrtus Veneri placuit, Phoebo laurea
Pinus Cybébae, *populus celsa Herculi.*
Minerva admirans, quare steriles *sumerent,*
Interrogavit. Causam dixit Jupiter:
Honore fructum *ne* videamur *vendere.*
At mehercule narrabit, *quod* quis *voluerit,*
Oliva nobis propter fructum *est gratior.*
Tunc *sic Deorum genitor atque hominum sator:*
O nata, merito sapiens dicére omnibus:
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.
Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet.

Ultimus hic quidem versiculus in Perotti *Cornu copiae* non compáret. sed certe superiores reliqui ita non multum a perottianis differunt, ut omnino confitendum sit, aut eos a Phaedro furatum esse Perottum, aut ex Perotti *Cornu copiae* in Phaedri libellum temere fuisse translatos. Quod si Pithoeus manuscripti codicis, a se reperti, aetatem docere posteros non omisisset, eamque ita nobis definivisset, ut saltem ante Perotti adolescentiam fuisse illum scriptum intelligere possemus, tum profecto certum hominis ac manifestum furtum teneremus. nunc, ignorata codicis antiquitate, posset idem Perottus, si causam suam apud nos ageret, dicere, fabellam illam suam ab recentiore librario in codicem, quem Pithoeus habuit, fuisse inter Phaedri fabulas, pravo quidem, sed non novo neque inusitato librariorum consilio ac more conjectam. cujus rei exempla, propter incredibilem ejusmodi hominum sive negligentiam sive licentiam sive utramque, non esset illi certe difficile paria in plerisque veterum scriptorum libris proferre. equidem Perottum neque absolvo, neque condemno, ampliandum censeo. habeo enim,

quae

quae pro eo contra Phaedrum, & quae pro Phaedro contra eum possim afferre. ut reliqua omittam; major mihi illius fabellae eruditio, elegantia, gravitas videtur esse, quam quae a Perotto, homine neque eruditissimo neque elegantissimo, praesertim adolescente, scribi potuerit. rursus, Minervam in ea induci jurantem per *Herculem*, id non mihi modo, verum etiam omnibus, valde a Phaedro, antiquo scriptore, alienum videatur necesse est: siquidem vere illa scripta ab A. Gellio sunt libro *Noctium atticarum* XI. cap. 6. *Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores, aut* MEHERCULE *faeminam dicere, aut* MECASTOR *virum.* sed haec non sunt hujus temporis, neque loci. de Faërno, ejusque in eodem argumento fabella videndum est, quam heic subjicio:

Legére proprias Dii sibi quondam arbores,
Quam quisque vellet esse tutela in sua,
Quercum supremus Juppiter, myrtum Venus;
Pinum humidi tridentifer rector sali,
Apollo laurum, populum excelsam Hercules.
Mirata enimvero est Minerva, cur ita
Infructuosas légere voluissent, quibus
Tantum ad manum esset fructuosarum arborum:
Cui Juppiter causam hanc roganti reddidit:
Ne existimemur fructu honorem vendere.
Tum Pallas: At vos facite, quod vobis lubet:
Ego, inquit, oleam fructuum causa lego.
Exosculatur filiam tum Juppiter,
O nata, dixit, jure sapiens omnibus
Dicére saeclis: jure tu capitis mei
Propago. nam, quod facimus, id nisi utile est;
Stulta omnis atque inanis inde est gloria.

Centum omnino Faërni sunt in hominum manibus fabulae, non quidem ab ipso (nisi si forte paucae aliquot) primum excogitatae atque inventae, sed quas ab aliis scriptoribus, potissimum graecis, proditas, latinis ipse varii generis versibus explicavit. haec de Diis & arboribus, ordine secunda, una inter omnes est, in qua scribenda aliquam ex fere totidem Phaedri fabulis, quas Pithoeus edidit, habuisse noster ante oculos alicui videri possit. nam reliquae, etsi saepe in eodem, in quo phaedrinae, argumento versantur (sunt enim ex communi graecorum tamquam fonte derivatae), plurimum inter se & verbis & sententiis differunt. illam tamen ipsam aliquam non eum quidem, plagiariorum ritu, totidem verbis descripsisse, sed (quod, qui aliena scripta aemulari student, non modo sine ulla reprehensione, sed cum magna etiam laude faciunt) suis utentem cum verbis tum sententiis, meliorem multis partibus efficere in sua scribenda conatum esse, appáret. verum, quum eamdem sub Phaedri nomine fabulam, a Pithoeo post Faërni obitum editam, jam ante Faërni ortum Perottus in suo *Cornu copiae* tamquam suam edidisset, non video quam rationem sequantur ii, qui in Phaedri potius unico ms. codice, qui in nescio quo Galliae fortasse angulo delitescebat, quam in excusis & nemini non obvis Perotti commentariis eamdem illam a Faërno fabulam *legi* & cognosci potuisse, suspicantur. Thuanum vero contra omnem rationem atque omne jus fasque fecisse, confitendum est, siquidem, animadversa aliqua Faërni fabellae cum Phaedri fabula similitudine, nihil expiscatus est; statimque, *penes Faërnum fuisse olim Phaedri fabulas*, quas flagitiose *suppresserit*, *nobisque inviderit*, in historia posteritati prodenda pronunciavit.

i mortis causae. sed illa ne audienda quidem (*i*). Oppugnationem
k saxonici pontificatus (*k*) legi libenter; de qua tibi gratias ago.
l reliqua videre cupio; maxime vero insignis illius perfugae (*l*) episto-

ciavit. nam, si Phaedri fabulae penes Faërnum fuissent, easque ille, ut pro suis abuteretur, supprimere atque occultare voluisset, quis hominem laudis, ut fingimus, tam immoderate appetentem, adeo moderatum futurum fuisse arbitretur, ut unam Phaedri dumtaxat fabulam ex tam multis, eamque non modo non omnium elegantissimam, sed vix non omnibus de elegantia concedentem, arriperet; reliquis autem omnibus, ex quarum prolatione multo commendatior esse potuisset, abstineret? cur autem illam unam potissimum, quam a Perotto jam ante occupatam atque editam videbat, adamaret, qui tam multis aliis, tamquam vacuis, & a nemine umquam proditis, abundabat? fuit quidem Gabriel Faërnus in omni vita sua, id quod inter omnes constat, sanctissimus, fuit in omni humaniorum litterarum genere praestantissimus: verum, ut existimetur ab hujus plagii, cujus illum Thuanus insimulavit, suspicione remotissimus, nihil necesse est, credi, qualis re vera fuit, eum fuisse: satis est, de illo non ut de improbissimo eodemque stultissimo quodam homine, homines opinari.

Praeter Faërni autem opera, a nobis hactenus commemorata, nonnulla etiam ab Hieronymo Ghilinio in suo *Teatro d' uomini letterati*, Venetiis an. 1647. edito, pagina voluminis secundi centesima, significantur his verbis: *Le altre sue opere, oltre a quelle, che si conservano manoscritte nella libreria, che fu dal cardinale & arcivescovo S. Carlo Borromeo, furono similmente stampate; e sono: „ Terentii comoediae ex vetustissimis libris & versuum ratione emendatae. Censura emendationum Livianarum. Fragmentum Eugraphii interpretis in fabulas P. Terentii. De metris comicis liber unus. In Lutheranos, sectam Germanicam „. & alcune elegie*. Antonius au[illegible] Teis-

sierius in suis adnotationibus ad opus inscriptum *Les eloges des hommes savans &c.* inter Faerni opera typis edita recenset etiam *Dialogos antiquitatum*, & *Observationes in Catullum*.

(*i*) Ideo *ne audienda quidem* dixit, quae de Faërni mortis causis Romae, in urbe, ut fere sunt omnes paullo celebriores, loquacissima, vulgi ore ferebantur, quod inania ac falsa existimaret. Non igitur in falsis & inanibus inquirendis curiosi erimus.

(*k*) De hoc libro illa sunt in Hosii litteris, ad Albertum marchionem brandenburgensem, ducem in Prussia, die x. dec. an. 1561. Tridento datis: *Ita videt illustritas vestra, posteaquam excussum est romani papae jugum, intra paucos annos tot esse papas exortos, quot nunc haereticos in Germania videmus.... Ecce autem, dum haec scribo, perfertur ad me libellus Guillhelmi cujusdam Clebitii, cujus haec est inscriptio*: Victoria veritatis, & ruina Papatus Saxonici. *in quo lutheranos ad synodum & ad disputationem de praesentia Christi corporis & sanguinis in eucharistiae sacramento provocat; & easdem illis leges praescribit, quas illi nobis christianis praescribere consueverunt.*

(*l*) Significari puto Petrum Paullum Vergerium, olim justinopolitanorum (vulgo *di Capo d' Istria*) episcopum, deinde ad lutherianos transfugam. de quo vide epist. *In tuis ad me* d.8. jun. 1560. Scripsit italica lingua libellos plurimos, impudentiae, mendacii, impietatis plenissimos, quibus, tamquam epistolis, omne genus hominum compellabat, & contra Pium IV. pont. max. ab eoque indictum concilium tridentinum concitare atque incendere contendebat. unum proxime scripserat, quem opinor significari hoc loco a Truchsesio, dederatque *Da i Bagni di Chepinga a' XXI. di ottobre l' an-*

epiſtolam. Nos hic etiam meliora de Gallia (*m*) audimus. utinam percrebreſcant! Equidem, commodiorem initum iri rationem ſolvendae tibi pecuniae (*n*), valde gaudeo; nec mihi quicquam longius eſt, quam ut ita eſſe cognoſcam, ut ejus commoditatis auctoribus gratias agere poſſim. Vale. Romae. x. Kal. decembris. M. D. LXI.

(*m*) Caniſius in litteris, ad Hoſium 8. nov. 1561. Auguſta datis, *De concilii*, inquit, *progreſſu laeta nobis promittuntur; quae ut vera ſint, Chriſtum precari pergemus. nam & Galli cum regis auctoritate venturi dicuntur*.

(*n*) Puteus ad eumdem Hoſium in litteris, 15. nov. 1561. Roma datis, *Permoleſtum*, inquit, *mihi accidit, quod in re, quae mihi tecum communis eſt, ſcilicet in extorquenda a quaeſtore pecunia menſtrua, nihil tibi opera vel diligentia mea prodeſſe poſſum. quo enim id a meis diligentius curatur, eo ſerius numerantur nummi*. Videtur autem Hoſius ſignificaſſe Truchſeſio, hujus pecuniae extorquendae rationem ſe aliquam reperiſſe. ſed rem illi minime e ſententia proceſſiſſe, intelligimus ex hac particula litterarum, ab ipſo Hoſio reliquiſque concilii legatis ad card. Borromaeum communiter datarum 22. dec. 1561. *Delle noſtre proviſioni non poſſiamo, non eſſendo ancora ritornato da Vinegia il depoſitario, dir' altro, ſe non ch'è veriſſimo, che ſiamo al fine di decembre, & non havemo ancora havuto un bajocco della paga, che ci doveva eſſer pagata a calende di novembre. & queſto ſi deve creder più a noi, che ad altri, che dicano il contrario*.

LXXXIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Comiti Tarnovio. (*a*)

Sui animi ſtudium commemorat, officia defert, pumilionem, ſibi olim promiſſum, poſcit. 29. nov. 1561.

CUM mihi facultas oblata eſſet dandi ad te aliquid literarum, minime committendum putavi, ut, de quo aſſidue cogitarem, & cui omnia cuperem, eum non & per literas ſalutarem, & admonerem, mihi ut aliquando mandares aliquid, quod ſignum & indicium eſſe poſſet ſingularis amoris erga te mei. &, quoniam hoc ego in te animo ſum & voluntate, ut nullius cauſa plus velim, quam tua & tuorum, quorum & certa eſt in me benevolentia, & inſignia nobilitatis & vitae, glorioſe actae, religioniſque & fidei catholicae ornamenta ſunt perilluſtria, ideo etiam fidenter a te id petendum duxi, quod, ſi tibi occaſio data eſſet, non ignoro (*b*), jandiu te mihi miſſurum

(*a*) Joanni Chriſtophoro, Joannis filio. De patris morte vide epiſtolam *Vere tu quidem* d. 26. jul. 1561. Erat Tarnoviorum familia cum nobiliſſima, tum maxime catholicae religioni in Polonia addicta.

(*b*) Pro *non ignoro* ſcripſit fortaſſe, aut voluit certe ſcribere Pogianus *non dubito*.

c rum fuisse. is est ille pumilio (c), quem mihi ita benigne pollicitus es, ut me tuae benignitati defuturum intelligam, nisi quodammodo promissum postularo. erit id mihi munus quamgratissimum. nanum igitur expecto. Vale. Roma. III. Kal. decembris. M. D. LXI. (d) d

(c) E Lithuania, ac potissimum e Samogitia, Lithuaniae regione, quae livónum & prussorum fines attingit, arcessebantur pumiliones; quorum ibi copia suppetebat. Antonius Maria Gratianus libro XVI. *de scriptis invita Minerva* pag. 142. secundi voluminis, *Corpora*, inquit, *his* (Samogitis) *procéra firmaque, & cuivis labori paria. Quo magis mirere, nusquam alibi plures aut insigniori parvitate homines equosque nasci...... Et appetuntur a plerisque haec errantis naturae ludibria, & apud samogitas nec unquam desunt, nec inviti parentes expetentibus tradunt; cum, qui oneri ipsis sunt, aliis, & maxime principibus, inter oblectamenta haberi, sciant. Vidimus ipsi in regia Augusti duos e Samogitia germanos fratres, iisdem parentibus genitos; quorum alter usque ad miraculum procérus; alter pumilio mirae parvitatis erat: uterque in deliciis aulae habebatur*. Libro etiam XVII. de alio quodam polono pumilione meminit his verbis: *Venerat forte in Poloniam e Gallia pumilio quidam, polonus natione, & natus etiam honeste (Crasoscbio nomen fuit): qui adolescentulus rara parvitate in Galliam abductus, dono datus reginae, diu inter oblectamenta regum fuerat. Scitus ipse, & ingenio solertior callidiorque, quam pro modo corporis, & captu pumilionis, ita rem suam naviter egit, ut pecuniosus & locuples paucis annis evaserit. Senex factus revisere patriam, suosque agnoscere, agnoscique cupiens, in Poloniam, vivo adhuc Augusto, redierat. &c.*

(d) 1562. cod. vat.

LXXXIV.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

29. nov. 1561. *Operam & gratiam suam pollicetur in re Stanislai Falenscii, & Pompeji, Latertiani filio: & de litteris ad Hosium Alberti Marchionis Brandenburgensis agit.*

a QUarto Kal. decembris binas a te accepi literas; recentiores, de re Stanislai Falenscii (a), abbatis sulcoviensis, quem

(a) Non parum illustratur hic locus card. Putei ad Hosium litteris, 29. nov. 1561. datis: *Accepi*, inquit, *quinto calendas decembris binas litteras tuas, quae mihi a Ticinio redditae sunt. ex quibus id in primis cognovi, te cum archiepiscopi gnesnensis, tum Stanislai Falenscii, abbatis suleoviensis, causa plurimum laborare, ut archiepiscopo idem abbas suffraganeus cum titulo naturiensis ecclesiae concedatur. Qua in re perficienda quid necessarium sit, puto ad te Ticinium perscripturum. ei enim, quae mihi visa sunt ad transigendum negotium*

quem isto (*b*) cum mandatis (*c*) & nominatim a Praerem- b c
bio, gnesnensium archiepiscopo, & communiter a reliquis po-
lonis abbatibus venisse, scribis. primum gaudeo ejus adventu;
& vobis gratulor: quanquam magis id tum convenissent (*d*) sed, d
quod datur, libentissime accipiendum est. De illius re cum pri-
mum docuerit Ticinius noster eos, a quibus cognoscenda est,
quicquid ego opera aut etiam gratia potuero, totum in Falen-
scii negotium conferam; etsi puto, rem aliquid difficultatis ha-
bituram. veruntamen id ipsum, cujus causa hoc petitur, ejus-
modi est, ut, quae per se vix, aut ne vix quidem concedi so-
leant, petitionis causa (*e*) fortasse condonentur; praesertim si e
testimonii (*f*) tum amplitudinis tuae, tum collegarum aucto- f
ritas accesserit. mea deprecatio non desiderabitur. Antiquiores
literae sunt de Pompejo, Latertiani filio, cui me non defutu-
rum, jam antea tibi scripseram (*g*); de quo literas tuas legi g
collegis amplissimis: sed, nihil de illo ad collegium nostrum
adhuc delatum esse, scito. nemo enim est, qui quicquam eo
de homine audierit. si delatus is fuerit, aequitas, mihi crede,
non requiretur, ea, quae tibi maxime probetur. Vale. Roma.
III. Kal. decembris. M. D. LXI. (*h*) h

His scriptis, accepi literas tuas, una cum illis vicini tui
principis (*i*); quibus ad tuas respondet. earum inscriptio mihi i

gotium opportuna, quaeque etiam necessaria quasi lege requirantur, diligenter ex ordine narravi. Quum igitur res parata erit, neque tibi, cui plurimum debeo, neque archiepiscopi benevolentiae erga me, neque abbatis etiam expectationi deero.

(*b*) Id est Tridentum.

(*c*) Quae mandata haec fuerint, nescio. solum video, de suffragiorum quodam jure in sequentibus litteris agi. ait enim in iis Truchsesius: *Quod veritus eram de polono abbate, ne jus illud tot suffragiorum habere non posset, factum est. ejus petitioni & fere mos majorum, & certe decretum superioris pontificis adversatur. quod nunc decretum confirmatum esse, puto, cognovisti.* Num mandata, quae *Procurae* appellantur, a gnesnensium archiepiscopo, atque a Poloniae abbatibus acceperat, ut singulorum nomine suffragium in concilio tridentino ferret, quod jus tot suffragiorum ferendorum impetrare non potuerit?

(*d*) Haec est exemplaris mei & codicis vat. lectio. Gratianus *convenisset* emendavit; neque tamen locum, certe corruptum, restituit. mihi sententia aliquid hujusmodi postulare videtur: *Quanquam magis id gratularer, si ipsi quoque una cum Falenscio Tridentum convenissent.*

(*e*) Ex *causa* Gratianus *causae* fecit. Fort. pro *petitionis* legendum est *petitoris*.

(*f*) Idem ex *testimonii* fecit *testimonium*. Sed certe Pogianus *testimonii* scripsit, referturque ea vox ad *auctoritas*. nam si *testimonium* scripsisset, voculam *tum* non post, sed ante, collocasset.

(*g*) Vide epistolam *Quae, malum*. d. 15. nov. 1561.

(*h*) 1562. exempl. & cod. vat. errore non dubitando. Correxi.

(*i*) Alberti, marchionis brandenburgensis, ducis in Prussia.

Digitized by Google

videtur catholici viri : nam & *sanctam* romanam vocat ecclesiam, cum tui meminit honoris, & concilium deinceps tridentinum *christianum* appellat. literarum vero sententia est haeretici hominis: quod mihi de illo nunquam dubium fuit. literas remittam; ad quas & ad omnia mihi persuadeo te praeclare
k esse responsurum. (*k*)

(*k*) Respondit vero Hosius die 10. dec. 1561. quas litteras habes in secundo volumine ejus operum editionis coloniensis an. 1584. pag. 183. ex quibus etiam litteris intelligimus, tridentinum concilium ab Alberto in sua epistola *christianum*, ut Truchsesius animadvertit, fuisse appellatum. ait enim non ita longe ab initio Hosius: *Et, quoniam aliter id fieri non posse videt* (Pius IV.), *quam si concilium oecumenicum esset congregatum* (*quod ipsa fatetur illustritas vestra in suarum litterarum inscriptione*), *christianum oecumenicum concilium indixit*.

LXXXV.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Cardinali Varmiensi.

13. dec. 1561. *De Card. Gonzagae erga Hosium liberalitate. De quaestoris in pecuniarum solutione mora. De aliis.*

EGO vero & Herculi Gonzagae cardinali, summo viro, collegae tuo, & antea multum mea causa, & nunc tua plu-
a rimum debeo, qui tuas difficultates sua liberalitate (*a*) sublevarit; & illis succenseo, siqui pontificis in te benignitati moram faciunt. qui si rem procrastinarint, lentos homines urgebo acrioribus stimulis, quos per se satis incitatos putabam, quippe
b qui cognovissem ex superioribus tuis literis (*b*), commodiore posthac

(*a*) Cum pecuniae angustiis, qua ad necessarios liberalesque usus uteretur, Hosius laboraret, card. Hercules Gonzaga, pontificius in concilio tridentino legatus, collegae, quantum necesse esset, suppeditavit. exstant card. Putei ad Hosium litterae, die 18. octobr. hujus anni Roma datae, quarum haec est clausula: *Vale, & mantuano cardinali, meo nomine, primum salutem dicito, deinde pro ejus in te liberalitate ingentes etiam gratias agito*. Qua liberalitate erga Hosium vel non semel mantuanus est usus, vel de ea Truchsesius non nisi decembri hoc mense cognovit.

(*b*) Litterae Hosii eae heic, puto, significantur, quibus Truchsesius supra rescripsit die 22. nov. quorum illa sunt fere extrema: *Equidem, commodiorem initum iri rationem solvendae tibi pecuniae, valde gaudeo*. Qui locus, praeter alia argumenta, quae habeo, fecit, ut hanc epistolam *Ego vero* ad idus non novembris, ut est in exemplari, sed decembris, referendam putarem: quum praesertim alia sit Truchsesii, ad eumdem Hosium epistola *Quae, malum*, die 15. novembris data; nec causa appareat, cur tantulo intervallo binae litterae dari ejusdem ad eumdem debuerint.

posthac via tibi curatum iri pecuniam, ut nihil jam cum duriore quaestore negotii fore videretur. sed illud non processisse, & miror & doleo. mei non deerunt stimuli; qui utinam, quo volumus, eos impellant! Nihil mihi longius est, quam ut aliquando cognoscam quinqueccleriensem isto venisse (c), ad quem jandiu tanquam ad praesentem, vel certe ad adventantem, literas dederam (d), ex tuis, an ex Cromeri literis? an ex rumore aliquo? Quod veritus eram de polono abbate (e), ne jus illud tot suffragiorum habere non posset, factum est. ejus petitioni & fere mos majorum, & certe decretum superioris pontificis adversatur. quod nunc decretum confirmatum esse (f), puto, cognovisti. Comitia imperii utinam pariant, quod jandiu parturire dicuntur, id est aliquid, quod institutae concilii rationi sit accommodatum. Cupio, tridentina & frigora & incommoda tibi molesta non esse. Vale. Romae. idibus dec. (g) M.D.LXI.

(c) Tridentum tandem quinqueccleriensis hic episcopus, Georgius Drascovicius, natione croatus, Ferdinandi caesaris, tamquam Hungariae regis, orator, die 15. jan. insequentis anni 1562. pervenit. Vide Pallavic. *Hist. conc. trid.* lib. XV. cap. 15. num. 6. Adventum hominis gratulatus est Truchsesius litteris, die 28. jan. ad eum datis, *Mirabiliter laetor*: quas infra proferemus.

(d) Habes eas litteras supra, die 9. aug. datas, hoc initio: *Avebam jandiu*.

(e) Stanislao Falenscio, abbate suleoviensi. Vide superiorem epistolam.

(f) Pallavicinius lib. XV. *Hist. conc. trid.* c. 13. num. 11. *Usciron da Pio tre decreti memorabili nel concistoro in que' giorni (i primi due a' 19. di novembre 1561.) .... Il terzo (a' 5. di decembre 1561.), che non havesser voce in concilio, se non i presenti: secondo che s'era ordinato da Paolo III.*

(g) *novembris* exempl. Cur correxerim, dixi supra.

LXXXVI.

Otho Truchses Card. Augustanus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

De polonis episcopis, & de caesaris legatis, ad concilium tridentinum proficiscentibus. De litteris ad Prussiae ducem. 20. dec. 1562.

EX proximis tuis literis plenus sum spei bonae & de polonis episcopis & de caesaris legatis (a), quibus proficiscentibus, caeteri omnes, quorum istic praesentia requiritur, iter Tri-

(a) Puteus ad Hosium litteris, hoc ipso die datis, *Gratulor*, inquit, *oratores caesaris adventare. Fortasse eo exemplo permoti plurimi undique confluent, ita, ut aliquando tandem aliquid agere possitis.*

Tridentum facere instituent; neque dubito, quin bonis initiis reliqua consentiant, defixa pontificis max. mente in istius rationis perfectione, vobis optimis ac sapientissimis patribus (*b*) rem procurantibus, non alienis a concilio, ut speramus, regum animis, &, quod caput est, Deo approbante; cujus misericordiam precibus, pie casteque faciendis, assidue elicere debemus. Vicino tuo (*c*) principi te ita respondisse, mihi persuadeo, ut, nisi sibi antea ipse persuaserit, nolle quicquam, quod cum vera fide ac pietate conjunctum sit, persuaderi, facile is in tuam sententiam ire possit. sed, ut dixi, metuenda est hominis praejudicata opinio, quae usque adeo in ejus animo insita est, ut verear, ne evelli, nisi divinitus, non possit. incensus sum cupiditate incredibili legendi eas literas; quas vel a Borromaeo cardinale (*d*), vel a te mihi mitti, pervelim. Deum precor, ut valetudini & incolumitati tuae prospiciat. Romae. XIII. Kal. januarii. M. D. LXI.

(*b*) Ad Gonzagam, Seripandum, Hosium, pontificios concilii legatos, accesserat proxime quartus collega card. Ludovicus Simoneta: de cujus Tridentum adventu card. Borromaeum reliqui tres certiorem fecerant litteris, XI. hujus mensis datis, quarum hoc est initium: *Giunse quà monsignor reverendiss. Simoneta due dì sono, & diede a noi & a tutti questi prelati grandissimo contento, massimamente havendoci portata la benigna & gratiosa lettera, che alla santità di nostro signore è piaciuto di scriverci, & dettoci appresso quel di più dell'animo di sua beatitudine, non pur verso questo sacro concilio, ma verso le persone nostre in universale & in particolare, che da un benignissimo padre & signore nostro s'havesse potuto desiderare, &c.* Pontificias illas ad legatos litteras retulit Pallavicinius in librum XV. cap. 13. num. 2. suae *Historiae*.

(*c*) Vide epist. *Quarto Kal.* d. 29. nov. 1561.

(*d*) Ad quem nimirum Hosius earum litterarum exemplum miserat, de eaque ipsa missione Truchsesium fortasse docuerat. eas litteras jam supra dixi exstare in Hosii operum secundo volumine pag. 183.

LXXXVII.

Otho Truchses Card. Augustanus N. N. (*a*)

f. extremo dec. 1561.

De inita ecclesiastica vita gratulatur, & ad virtutem colendam cohortatur.

Ex omnibus, quae istinc perferuntur, nihil mihi jucundius accidere potest, quam cum scribitur aut nunciatur nobis, aliquem ex juventute nostra eam vitam, ea studia colere, quae chri-

(*a*) Ex hujus epistolae illis verbis: *neque tibi, neque Carolo, suavissimo fratri, unquam deero,* praetereaque ex aliis ejusdem epistolae locis, toto denique ex

christiano, quae pio homine digna sunt. cum vero aliquid ejusmodi de propinqui nostri pueri laude cognoscimus, tum denique maximo gaudio cumulamur. quod mihi nunc abs te contigisse, cum summa efferor laetitia, tum de eo maximas Deo gratias ago. quare te de toto isto & ecclesiasticae vitae instituto & studiorum genere vehementer laudo: &, quoniam id non solum ad officium dignitatemque meam, sed etiam ad existimationem salutemque tuam, qui mihi charissimus es, pertinet, magnopere te hortor, ut pietatem primum & religionem, omnis doctrinae, omnis honestae actionis parentem & altricem, ut facis, maxìme colas; deinde ut decus & honestatem cum studiorum diligentia conjungas. ista enim est exercitatio pueri ingenui & liberaliter educati; istud est curriculum christiani hominis, praesertim ea aetate, qua tu es, quae nisi bonis & moribus & artibus imbuatur, nihil, quod non modo hominis nobilis, sed ne hominis quidem sit, habere potest. nam reliqua, quae a virtute & ab optimarum rerum cognitione remota sunt, quoniam quivis indignus ea consequi potest, nulla laude dignantur. uni recte tum vivendi tum studendi rationi & hujus vitae fructus, quem laudem & gloriam appellamus, & sempiterna salus ac beatitudo proposita est. quamobrem perge bene audire, & istis optatissimis de te nunciis nobis in dies esse charior ac jucundior. quod profecto facies, si & a quibus natus sis, cogitaris, & me, quamvis absentem, tamen tuis semper & sermonibus & actionibus interesse. ego vero neque tibi ullo aut studio aut adjumento, neque Carolo, suavissimo fratri, unquam deero: in quo quidem fratre tuo magnam esse ingenii & virtutis indolem, magnum item exemplo tuo, ut in tenera illa aetate, conatum studiorum, quia saepius audio, incredibiliter gaudeo: quem tu meis verbis salvere & valere jubeas velim. tu etiam atque etiam vale.

In

ex ejus argumento atque sententia deprehendi, ad Gebhardum Truchsesium, Caroli fratrem, card. Truchsesii fratris filium, esse eam datam. ad quem Gebhardum est epistola *Et itineris vestri*, die 24. jan. 1562. notata. qua ex epistola, canonici munere coepisse eum jam tum fungi, intelligimus. Quum vero necesse sit, has alteras litteras *Ex omnibus*, in quibus de primo Gebhardi ad ecclesiasticam vitam aditu agitur, ante id tempus fuisse scriptas, nec quidquam praeterea certi de tempore habeam, eas extremo hoc anno 1561. collocavi. De hujus Gebhardi turpi miserandoque exitu nonnulla, ubi ad eam epistolam *Et itineris vestri* devenerimus, lectoribus fortasse non ingrata, dicturos non esse, pollicemur.

In sexta adnotatione ad epist. Vere tumultus, *d.20. sept. an.1561. actionem quamdam in Thuanum, Thuanique historiam, pagina bujus voluminis 338. incohoaveramus; quam, ibi, ne Pogiani epistolarum series nimis interrumperetur, abruptam, heic integram, quemadmodum polliciti eramus, exhibemus.*

In Jacobum Augustum Thuanum

Posteritatis nomine, ad quam ille quodam suo carmine provocarat,

ACTIO.

TIBI igitur, Jacobe Auguste Thuane, primum illud nos posteri posteritatem compellanti respondemus, commodius te, & ad rem tuam nostramque dignitatem accommodatius fuisse facturum, si, quum nos latinis versibus alloquerere, aliquanto majorem & latinitatis & metricae artis rationem habuisses. nam, si forte causam tuam nobis minus probasses, saltem mali versificatoris vituperationem effugere potuisses. sed de causa post viderimus. nunc, quae nobis non in sententiis tuis, sed in verbis displiceant, breviter cognosce. Jam priora illa carminis tui verba LIBERTATIS *ego* NIMIAE si ad verbum *traducor* retulisti, ab eoque pendére ac regi illa voluisti, debes bonum aliquem latinitatis auctorem, qui similiter sit loquutus, hoc est qui verbo *traduci* patrium usquam casum adjunxerit, proferre: quod neque te neque pro te quemquam facturum, putamus. si autem non ad *traducor*, sed ad *fuerim* referri illa, idque intelligi voluisti, *traduci te, quod fueris nimiae libertatis*, vide, quam pudenter, qui apud nos *de libertate tua nimia* confitearis, apud eosdem nos, *traduci* te ob eam ipsam, conquerare; quasi non etiam nos, *libertate*, quae *nimia* atque immoderata esset, usum, reprehensuri traducturique fuissemus.

Sunt illi tui, haud ita multo post, versiculi:

.... contra admiramur in hoste
Virtutes, Grajus, Pellaeo judice, necne
Barbarus ille fuat, nullo discrimine habentes:

in quibus quamquam non unam rem reprehendere jure possemus, tamen unum modo illud verbum *necne* reprehendemus; quod valde barbare pro *sive* a te positum esse, si recte attenderis, non negabis. Barbare item, quinque interjectis versibus, *indigitanda* dixisti pro latinorum *significanda* sive *designanda*. Jam contra metricam rationem tria peccata tua animadvertimus. ea tute in hisce tuis versiculis recognosce:

Sic FORIS *atque domi, sic corpore tutus aperto*
Publicola alter eris. &c.
Hem quis homo es, qui ferre alium NEQUIS, *improbe, lapsu*
Errantem humano? &c.
........: Quid magnus Erasmus?
Mene in eum, cui res tantum LITERARIA *debet,*
Et debebit adhuc, genuinum stringere? &c.

Vides, longas natura sua trium vocum *foris*, *nequis*, *literaria* syllabas a te esse correptas. Sed in ultimo etiam versiculo bis alia quadam ratione

ne peccasti. nàm neque *adhuc* cum verbis futuri temporis conjungi, nisi vim significandi suam amiserit, latine potest, & *genuinum stringere* tam absurdum est, quam cujusquam dentes in tela converti, manibusque ad inferendam plagam tractari: & certe nemo umquam bonorum latinitatis auctorum similiter est loquutus. *figere* aut *infigere* dictum a te latine, non *stringere* oportuit. Haec nos posteri tibi, Thuane, alloquutionis ad nos tuae peccata remisissemus, quemadmodum multos ac sane plurimos historiae tuae barbarismos soloecismosque remittimus; nec verba tibi tua objecissemus, qui tantummodo sententias tuas attendere atque aestimare statuissemus, nisi tute tibi & nonnullis aliis, qui nihil sunt in eo genere, fuisse aliquid in eo ipso genere viderere.

Sed, omissis verbis, sententias videamus. querelam tuam ad nos defers, atque ais, tria in te conferri Romae & Lutetiae Parisiorum, in patria tua nempe, crimina, primum, quod *nimiam libertatem* in historia tua scribenda adhibueris, alterum, quod *acriter veritatem asserueris*, tertium, quod fueris *horridus osor vitiorum*.

Quaerimus nos illud primum ex te, rectene atque ex dialecticorum praescripto partitionem hanc ipsam criminum institueris, sic, ut nihil in ea desit, nihil redundet? nisi enim tu recte diviseris, tibi dilucide ac plane respondere non possumus. nobis quidem, quae tu tria posuisti, commode ad unum revocari videntur posse, ad *nimiam* videlicet in historia tua scribenda *libertatem*. non enim, quod *veritatem asserueris*, neque quod *acriter* id feceris, neque quod *osor vitiorum* fueris, id tibi dare crimini aut romanus aut parisiensis, aut vero mortalium quisquam potuit (nam, quod te non modo *vitiorum osorem*, sed etiam *horridum* dixeris, nemo tibi vitio vertet. nullum est enim in eo flagitium animi, sed inopia imperitiaque sermonis). habere autem reprehensionem illa ipsa *veritatis assertio* ac *vitiorum odium* atque insectatio potest, si non modus in utraque re, non ratio, non ordo teneatur. itaque putamus, te, quum tria posueris, unum modo voluisse dicere, accusari te nempe atque *traduci* & Romae & in patria, quod in historia scribenda *nimiam* atque immoderatam *libertatem* tum in enunciatione factorum veritate, tum in vitiis hominum insectandis adhibueris.

Sed vide, num aliquid etiam possimus ex hac ipsa tua positione detrahere, & orationem ad pauciora verba, rem ipsam ad simplicitatem suam veritatemque revocare. nam illa ipsa vitiorum insectatio videtur recte ab accusatione historiae tuae atque a tua confessione removenda, & in veritatis enunciationem includenda. quid enim? historiamne te, an satyram scripsisse, a nobis existimari vis, qui scriptis illis tuis hominum vitia insectatus esse ab obtrectatoribus arguare, nec abnuas? Descripsisti tu quidem in historia tua, ut se res dabant, multa hominum vitiosa facta atque consilia. haec aut omnia aut pleraque aut certe aliqua quidam a te vulgata esse, doluerunt, ob eamque rem tibi obtrectarunt maleque dixerunt, teque, ut tu testificaris, & Romae & in urbe patria *passim traduxerunt*. Non illis tua ulla vitiorum insectatio, sed prolatio narratioque displicuit. refer igitur ad unum idemque enunciatae veritatis caput omnem accusatorum tuorum criminationem, ac dicito, insimulari te, & tamquam nimia libertate usum traduci, quod *verax in historia tua scribenda fueris*. huc enim omnis eorum criminatio recidit; hoc uno purgatio tua tota nititur. illi te nimis liberum in quorumdam factorum, quae praeteriri atque occultari in tua historia oportuisse contendunt, narratione fuisse, criminantur. tu illis ipsorum factorum veritatem opponis, nec in veris factis narrandis ullam nimiam historici libertatem agnoscis. nonne hic totius controversiae status est? numquid aliud aut

aut tibi objectum dicis, aut tu defendis? sane non arbitramur. tu certe vel in ipsis epistolis, a te ad amicos tuos missis, quae editae non parvo numero circumferuntur, quotiescumque de historiae tuae fato agis atque conquereris, quod saepe facis, non nisi *veritatem, odii parentem*, illi obfuisse terentianus psittacus auribus nostris inculcas: idemque tu in hoc ipso carmine, quod nobis posteris occinere voluisti, sic causam tuam agis, ut perpetuo defensionem historiae tuae cum narratarum a te rerum veritatis testificatione conjungas. remove ergo involucra atque impedimenta verborum, & , si, quae dicis, vis a nobis intelligi, tibique responderi, totum illud *Libertatis ego nimiae* & quae sequuntur, omitte, universamque rem in paucula haec ac dilucida verba confer atque conclude, *te reum esse, quod verum dixeris*.

Age, quandoquidem, quid dici contra te ab adversariis tuis dicas, intelligimus, quid nos de re sentiamus, attende. Qui sunt adversarii isti tui, qui tantopere tibi, quod verax fueris, negocium atque periculum facessunt? romanos esse dicis, ac parisienses tuos. at rem nobis tu quidem narras plane incredibilem. nam, tantas civitates, tam graves, tam humanas, tam scientia & moribus perpolitas, quis credat, humanitatem exsuere potuisse? neque enim in hominem cadit odisse veritatem, offensum esse veracibus. veritatis magna pulcritudo est, magnum lumen, magnum, si vis, etiam numen. allicit, oblectat, tenet, qui modo eam norit: nec novit eam, praeter hominem, in terris quisquam. sola bruta veritatis pulcritudine non capiuntur; quod, qualis sit, ratione videre non possunt. at barbarae etiam atque immanes gentes, & caeteris moribus brutorum similes, in hoc cultissimis gentibus exaequantur, quod perinde veritatem suspiciant, mirentur, ament. jam, si veritas talis est, quisquamne queat veraces, in quibus illa inest ac residet, immo propter quam veraces sunt, non amare? aut tu, Thuane, verbis ad vulgi atque imperitorum sensum sonantibus, non ad philosophorum ac sapientium intelligentiam significantibus, usus es, aut te non modo romani ac parisienses, sed omnes ad unum mortales in eo ipso, quod adversarios tuos *veritatis inimicos* dixeris, mendacem fuisse convincent. Nec vero putaris, aut non multum laborandum esse de vocibus, aut nos morosiores putidioresque haberi oportere, quod in iis ponderandis atque expendendis tantum operae suscipere ac consumere videamur. nam, quum te minus bona fide, quam qua posteros atque arbitros tuos compellantem decuit, agentem, sermones tuos ambagibus involventem, ancipites incertasque voces tamquam quasdam tendiculas identidem injicientem jam inde ab initio alloquutionis tuae deprehenderimus, excutienda nobis, & quidem diligentissime, atque evolvenda verba tua sunt; ut te in eorum latebris delitescere ac nos ludificari conantem in apertum lucemque extrahamus, & tua simulatio ac vanitas, tuumque in ipsa veritatis professione mendacium palam ac manifesto teneatur. senties jam tu profecto, quo verborum subtilis haec interpretatio pertineat, quid valeat, quantamque contra te rem confectura sit. urgemus igitur illud idem; negamusque, te propterea cuiquam invisum esse potuisse, quod verax fueris. quid contra tu? Terentium objicis: gravem scilicet auctorem de rerum veritate, non de verborum elegantia, quaerentibus. sed tamen audiamus. *Veritas*, inquis, *odium parit*. Amorem potius, nos quidem opinamur. Immo utrumque, inquis: amorem, si jucunda est; odium, si injucunda. Dic, oramus te, planius, non enim satis illud de injucunda veritate, abs te dictum paullo fortasse obscurius, intelligimus. Docebo vos, inquis, exemplo, quid dicam. si cui flagitium aliquod, aut alia turpitudo occulta

occulta praesertim, objecta sit, nonne dolet is continuo, id sibi, quod certe verum est, esse objectum, idemque in eum, qui objecit, indignatione atque odio commovetur? manifestum est igitur veritatem, aliquando accidere injucundam, & propterea quod injucunda sit, odium exsuscitare: quod *párere* Terentius dixit. At tu cum Terentio tuo nondum nobis satisfacitis; neque nos exemplo isto tuo quidquam adhuc confici sentimus. aut tu malus doctor, qui illud non aptum attuleris, aut nos habetes discipuli, qui non illius similitudinem atque vim perceperimus. nam certe ei, cui verum flagitium objectum est, flagitii, a se commissi, veritas non erat, antequam sibi illud objiceretur, ignota; neque tamen aut molestiam aut odium eidem attulerat. coepit utrumque afferre tum, cum flagitium objectum est. quid consequitur? nempe illud, non veritatem, quae mutari non potest, sed aliud quiddam; quod cum illa flagitii exprobratione conjunctum esset, molestiae atque odii causam attulisse. id quale fit, nihil ad rem, aut, si ad rem, nihil ad hoc tempus. &, quoniam exemplis delectari videris, & nos exemplo docere voluisti, exemplo nos vicissim docere te non gravabimur. an quidquam homini minus molestum atque odiosum esse, quam ab aliis hominibus laudari ac celebrari, censes? si quem tamen, opere ac vigilando defessum, & conniventem jam ac somnum capere incipientem, laudare verissimis laudibus & magna voce quis coeperit, fueritne id illi misero gratum atque jucundum? amor, an odium excitetur? odium, dices. ubi igitur jucunditas illa laudis atque amabilitas? nempe non laus injucunda atque odiosa tum esset, sed illius laudatoris vociferatio & importunitas molestiam atque odium prope necessarium afferret. similiter, veritatem siquando injucunditas atque odium justum debitumque consequitur, necesse est, aliquid injucundum atque odiosum in ea enuncianda esse commissum, unde injucunditas atque odium illud exsistat. si igitur veritates tibi tuae omnium mortalium odium pepererunt, constare necesse est, eas cum peccato aliquo tuo a te esse prolatas; nec veritate tibi ulla odium, sed vitio & peccato ipso tuo esse partum.

Incurri, inquis, miser atque innocens in hominum odia, quod vera quaedam dixerim. Quae ista fuerunt? num quanta sit solis magnitudo? quanta telluris? qui sit bonorum finis & malorum? qui reges, quae bella in orbe terrarum fuerint? quanta divini numinis providentia mundus gubernetur? Non, inquis, ista, sed alia quaedam. Quaerimus atque instamus, quae tandem? Quae, inquis, delicatum saeculum audire nollet. Num jure, an injuria nollet? Nescio, inquis: non enim id attendi. Atqui id etiam atque etiam considerare te, oportuit. nam, si jure nollet audire, injurius tu fuisti, qui dixeris. num igitur ea forte dixisti, quae privatorum hominum, quae familiarum, quae nationum, quae regum, quae sacerdotum, quae pontificum maximorum famam atque existimationem insigni cum injuria violarent? negare non potes. quid igitur miraris, te, nemini non injurium, in omnium odium atque offensionem incurrisse? quid quereris, omne hominum te genus maledictis incessentem, male ab omnibus audisse, & *nimiae libertatis*, immo intemperantissimae petulantiae atque impudentiae nomine ubique *traductum*? quid veritatem insimulas, quasi ea tibi, non tua improbitas perversitasque, nocuerit? quam tu inconsiderate ac temere, quam malitiose fraudulenterque fecisti, qui, causam tuam posteritati committens atque commendans, celare eam de tuis flagitiis, quae tibi verissime objiciebantur, volueris, nosque non sceleris ullius tui deprecatores, sed innocentiae defensores atque adeo laudatores adhibere conatus sis! sic tu nos, Jacobe Auguste Thuane, despiciebas, sic tibi stolidi, sic

communis ſenſus expertes, ſic trunci quidam ac ſtipites poſteri nos tui fore videbamur, ut, quum hiſtoria ad nos tua perveniſſet, eamque legiſſemus, non quid tibi vitio aetas tua dare jure ac merito debuiſſet, latine ſcilicet neſcientes, & rerum omnium imperiti, videremus, ſed tibi, reprehenſionem tui omnem criminationemque in unum veritatis amorem mirificum illum tuum conferenti, de eaque apud nos queribunda voce expoſtulanti, ſine ulla dubitatione crederemus? non animadverſuros nos inter legendum vafrum tuum ac veteratorium ingenium; non partium ſtudium, non exulceratum animum, non iracundiam, non ulciſcendi cupiditatem, non ſuperbiam, non arrogantiam, non temeritatem, non omnia naturae ac voluntatis vitia ad res narrandas afferentem exiſtimaſti? nullum nos diſcrimen inter vera dicendi propoſitum, & maledicendi libidinem facturos credidiſti? quid tibi poſteros, peſſimam ad nos cauſam deferenti, & praeterea patronos tuos doloſa ac falſa rerum expoſitione fallere ac circumvenire conanti, reſponſuros putaſti, niſi, commeruiſſe te hiſtoria tua ſcribenda, ut aetati tuae ac conſequentibus eſſes eo odio, quo fueris, hiſtoriae autem ipſius defenſione hac impudenti tua id tibi deberi, ut & noſtrae & ſuperiorum in te odium duplicetur? fuiſti hiſtoricus in dicenda veritate admodum intemperans atque importunus: reus in hiſtoriae purgatione & mendax & impudens es. ſententiam igitur de hoc toto genere noſtram paucis habeto. a veritate illa tua, quae juſtum dolorem hominibus afferret, propterea quod eorum nomen famamque laederet, te plane abſtinere debuiſſe.

Non debui, [illegible], ne homines laederem, laeder[illegible] veritatem. At homines laedendo, humanitatem laedebas. non igitur debuiſti, ut veritatem diceres, laedere humanitatem. Utrumque, inquis, facere qui potui, ut & veritatem dicerem, & non laederem humanitatem? aut veritas mentiendo, aut humanitas verum dicendo laedenda fuit. Nihilne igitur fuit tertium? & in has tu anguſtias atque in haec vincula hominum libertatem compellis, ut in alterutram partem peccare aliquando cogantur? an non poteras tacendo nec humanitatem maledicto, nec veritatem mendacio laedere? Mendacii genus eſt, inquis, in hiſtorico aliquid tacere. Etiamne turpia, & dedecus atque ignominiam hominibus afferentia? etiamne occulta, & ſecreto tibi uni ab amico aliquo tuo credita atque commiſſa? Haec quidem, inquis, tacenda. vult enim id ſecreti, tamquam depoſiti, fides. at dedecorantia illa & ignominioſa vulgari, hiſtoriae lex jubet, nec ulla virtus vetat. Vide, ne hominum caritas, quae certe virtus, & humanarum virtutum fundamentum eſt, vetet. Philoſophica, inquis, iſta atque ethica nihil ad hiſtoricum pertinent, cui dant homines hanc veniam, ut iſto virtutum fundamento non nitatur, unam modo ab eo virtutem requirentes dictorum veritatem. Atqui, ſi quid ſecreto commiſſum ſit hiſtorico, negaſti id ei vulgare per fidem licere. ſequitur, ut non unius veritatis illi, ſed etiam fidei, habenda ſit ratio. quod ſi fidei, cur non etiam caritatis? Hoc, inquis, dico (nam fortaſſe non recte, ego quid dixerim, intellexiſtis), hoc, inquam, dico, id unum homines ab hiſtorico poſtulare, eoque uno eſſe contentos, ut ſit veraciſſimus. talis autem eſſe non poteſt, ſi non etiam turpia atque ignominioſa, ſi qua vere poteſt, de hominibus dicat; quae ſi reticet atque diſſimulat, veritatem non uſquequaque dicit, in eoque ipſo mendax eſt. Revolveris eodem. nam cur non aeque mendacem hiſtoricum dicis, qui veritatem, ſibi ſecreto commiſſam, reticet atque diſſimulat? ſed tu ridicule atque abſurde vis, ſecreta ſine mendacio reticeri ac diſſimulari ab hiſtorico poſſe, turpia ac dedecorantia non poſſe.

Sed ſit ita ſane, quemadmodum vis. id ſi ita eſt, fuiſti tu igitur (ne te ulla

ulla alia re ex tam multis, a te praepostere dictis, urgeamus) historicus mendax. Nec verum est, inquis, nec sane video, quemadmodum id ex mea oratione confici possit. Fac animum diligenter attendas: videbis. nonne tu, praeter historiam publicam, sex etiam libros privatae vitae tuae scripsisti? Scripsi equidem, inquis, & verissime scripsi: nec me quisquam mendacii ullius in ea scribenda convincet. At, si diligenter attendere perrexeris, nec superiora tua dicta revocaris, a veritate ipsa convincêris. sunt in manibus sex illi libri tui, leguntur, intelliguntur. nemo ad hanc diem inventus est, qui ullum in iis factum aut vero dictum tuum offenderit, quod vel minimam peccati aut turpitudinis ullius tuae suspicionem daret. aut igitur sanctissimus tu fuisti in omni vita tua, sic, ut te innocentiae eximiae cujusdam, atque admirandae potius, quam imitandae virtutis exemplar habeamus, aut aliquid de te in historia illa tua tacuisti. Tacui vero, inquis, & jure meo quidem tacui. quis enim adeo desipiat, ut se gratis ipse prodat, & existimationem suam suo ipsius testimonio violare, animum inducat? Potuisti igitur in privata historia de turpitudine tua, ne tuam existimationem violares, sine mendacio tacere: in publica, nisi alienam violasses, mendax fuisses? confitendum igitur tibi est, aut de aliena turpitudine potuisse te sine mendacio tacere, aut fuisse te mendacem, qui tacueris de tua. utrum tu amplexurus concessurusque sis, ignoramus. nos certe alterutro contenti sumus, si aut injutius in dicenda, aut mendax in occultanda veritate historicus reperiare.

Atque hactenus quidem sic tecum egimus, quasi non nisi de veritate, qua contra jus fasque in hominum existimatione violanda abusus fueris, reus apud nos esses. nunc alteram eamque potiorem hujus actionis partem de dictorum tuorum in tua historia falsitate cognosce. nuper, cum odii omnium in te mortalium causam in veritatis amorem singularem tuum te conferre audiebamus, impudentiam tuam ferre non poteramus, qui veritatis abusum & maledicendi libidinem veritatis nomine & veritatis amore praetexeres. quid nunc facturos nos censes, apud quos historicus, totus ex *simulatione*, *dissimulatione*, *mendacio* compositus, propterea fuisse te in hominum odio, quod *verax* fueris, conquestus sis? age. a *simulatione* tua, verax historice, ordiamur.

Catholicum te fuisse, tibi id pluribus librorum de vita tua locis & in hoc ipso ad posteritatem tuo carmine affirmanti, multumque de ea re nobis persuadenda laboranti, aestuanti, sudanti, ac propemodum verenti, ne id tibi non crederemus, posteri credimus. at vero non catholicum te, sed haereticum fuisse, tam belle in historia tua *simulasti*, ut mirifice & catholicis & haereticis tuorum temporum imposueris, quem utrique haereticum, non catholicum, homines nimirum antiqui ac simplices, crediderunt. injeceras statim illis in ipsa operis praefatione de te suspicionem, ubi tam multis verbis contendis, liberam cuique in religione relinquendam esse sententiam, & stulte ac perinique fecisse magistratus, quoties in haereticos lege agere atque animadvertere voluerunt. quam praefationem quod ab Josepho Scaligero, calviniano homine, tantopere laudatam viderent, hoc illis rem haud paullo magis suspiciosam faciebat. Tum in illa inciderant, toto passim opere inculcata, quibus insigne quoddam odium tuum in romanos pontifices prae te ferebas, de eorumque potestate, dignitate, existimatione, quantum poteras, detrahere videbare: qualia illa sunt: *Carolus quartus suo periculo; sed sero sensit, quorsum pertineret jus illud, quod sibi in inaugurandis imperatoribus romanus pontifex sumpsit, ut scilicet liceret ei, a quo accipere debuit, leges, quas vellet, pro inaugurationis pretio imponere. &c. Romani pontifi-*

ces

ces jus sibi indicendi concilii arrogarunt. &c. Carolus quintus romani pontificis suasu sententiam mutavit, & arma in Turcam parata vertit in Germanos, pessimo, sed solemni & usitato pontificibus romanis consilio, qui eos e christianis, qui nimiam ipsorum potentiam in dubium vocant, capitaliori odio, quam ipsos christiani nominis hostes semper hactenus sunt persecuti. &c. Peccatum in sacris muneribus dispensandis admissum Leo X. mox longe graviore cumulavit. nam cum alioqui ad omnem licentiam sponte sua ferretur &c. cui quidem Leoni eos e sacerdotum numero ministros fuisse affirmabas, *qui per lustra & popinas quotidie sine pudore in aleae lusum usúsque turpissimos potestatem extrahendi animas functorum ex igne expiatorio promittentes, pecuniam a credulis emunctam profundebant*. quorum tamen conciones atque doctrinam a Martino Luthero non tu quidem *oppugnatam*, sed *refutatam*, hoc est convictam, dicebas. Similiter atque in Leonem, te in reliquos deinceps romanos pontifices animatum sibi videre videbantur, ubi illa legebant: *Paullus tertius sobrietate, vultus gravitate, doctrina, ac postremo corpusculi affectata imbecillitate profundam ambitionem diu celaverat, quam mox adepta dignitate manifestam omnibus fecit &c. Obiit Julius tertius intemperantia vitae magis, quam senio effoetus. totum enim se voluptatibus manciparerat. &c. Paullus quartus magna ac sumptuosa admodum pompa coronam a Joanne Bellajo, episcopo ostiensi, sumpsit, & ita severitas illa, ex qua emendationem in ecclesiastica disciplina quidam sperabant, plerique verebantur, cito in superbiam vertit. &c. Pius quartus, qui ante pontificatum humanus, patiens, munificus, gratus, mitis, ac pecuniae minime cupidus habitus fuerat, alios mores inito pontificatu induisse repente visus est .... de alia quavis re potius, quam de munere pastorali solicitus. &c. Pius quintus jurisdictionem inquisitor fidei & ipse severissime exercuit, & per aliquos cum magna nec toleranda aliorum vexatione exercendam curavit. &c.*

Accidit autem, ut, cum haec a te scripta in romanam sedem romanosque pontifices aetatis tuae homines legebant, quo magis a te vere atque ex animo dicta esse crederent, carminum libellus quidam tuus, primum Caesaroduni in turonibus, tum Parisiis, denique apud batavos editus, ubique vulgaretur, in quo quaedam tibi, certe imprudenti, exciderant, mire suspicionem illam de te hominum confirmantia. ea sunt hujusmodi. de jesuitis quidem, deliciis illis, praeter caeteros catholicos, tuis,

Quin procul ad fuscos gens dira remittitur Indos?
Illic mira canunt edere facta patres.
Illic relligio per sola silentia crescit,
Nec res verbo agitur, jussit ut ille, Dei:
Consita sed granis in sacra rosaria ramos
Fundit, & in ramis muta sigilla gerit.
His, QUIBUS INTER NOS PERIT ARTIBUS, *incipit illic*
Relligio. &c.

De reliquis religiosorum hominum familiis

.... scelera atque examina mille,
Monstraque, sub rigidis latitantia bardocucullis,
Virtutum regnare loco, & sibi sumere nomen.
Denique prostibulum, & spurcae impietatis asylum
Nostra Dei tandem factum per crimina templum. &c.

De romana curia

.... luimus nocentis
crimina Romae.

Impro-

Improbos mores & adulterinos
Numinis cultus, tragicasque fraudes
Odit, & totum Deus ultor armis
Concutit orbem. &c.

De romano pontifice

.... licet invida contra
Bellua vaticana fremat. &c.
.... Frustra pandet
Aperta caeli templa vicarius;
Vanis pollicitis callidus artifex
Vulgi stulta levis pascere pectora. &c.

Quod si catholicum omne nomen nullo non loco insectari te *simulans*, saltem ab haereticorum aperto patrocinio ac perpetua laudatione abstinuisses, non ita firmiter falsa illa de tua minime catholica religione opinio hominum animis insedisset. nunc vide, quam egregie & ad naturam veritatemque accommodate in paucis aliquot ex innumerabilibus historiae tuae locis haereticorum fautoris personam sustinueris; ubi praesertim supplicia, de iis a catholicis principibus ac magistratibus sumta, commemorasti: quae sic homines legebant, ut tamquam acta proconsularia de sanctissimis Christi martyribus scripta a te esse, arbitrarentur. *Quo & eodem anno immatura morte erepta est Olympia Fulvia Morata, ferrariensis,* MORUM SANCTIMONIA, *ingenio & eruditione* CUM QUAVIS PRISCI AEVI COMPARANDA..... *in Renatae, Herculis II. ferrariensis uxoris, familia cum protestantium doctrinam hausisset...... totam se theologicis studiis mancipavit: postremo* OB RELIGIONEM *natale solum vertere coacta.... Heidelbergae, ubi larem fixerat, septimo Kal. nov. ex hac vita excessit... Hujus miscellanea coegit & publicavit Coelius Secundus Curio,* OB RELIGIONEM *& ipse Italia profugus, quae faeminae* OMNI LAUDE DIGNISSIMAE *mores & raram eruditionem exprimunt. &c. Sed potius est, ut tanti viri* (Josephi Scaligeri calviniani) *nomen per transennam appellasse contenti, cultum, quo* DIVINUM *ejus ingenium cum* RARA MORUM PROBITATE *conjunctum, pro jure amicitiae, quae mihi cum illo intercedit, prosequimur,* UT IN SACRIS FIERI AMAT, *obsignemus. &c. Vix credibile est, qualem se quantumque Joannes Mercerus* (calvinianus) *praestiterit; quippe qui quatuor linguarum peritissimus ad incredibilem diligentiam acerrimum judicium attulisset, accedente rursus ad eximiam doctrinam* CANDORE, MODESTIA ET SUMMA MORUM INNOCENTIA. &c. *Plenum inde misericordiae spectaculum* (a sacris Hispaniae inquisitoribus contra lutherianos exhibitum), *inde invidiae, ex eo auctae, quod Boborquia* (pervicax lutheriana) *caeteris aetate minor....* SUMMA CONSTANTIA *mortem subiit*. &c. *Cavagnius* (catholicorum hostis infensissimus, & ob lutheranismum Parisiis extremo supplicio affectus) *triborio toto latine psalmos defixis in caelum oculis mortem opperiens recitavit*. &c. *Gaspar Colinius* (rebellium hugonotorum princeps, cujus furor totis decem annis in catholicos saevierat; tandem suorum scelerum poenas dare auctoritate publica coactus) *in pedes ad preces fundendas erigitur, parieti innixus, praeeunte Merlino pastore*: Felicem me, *inquit, qui me mori sentiam, & in Deo, cujus gratia in spem vitae aeternae erigor, moriturus sum*. &c. *Quae omnia* (ea autem Parisiis acciderant die 25. aug. an. 1572.) *factiosi* (id est catholici) SUO FURORI *blandientes ad Deum, his indiciis, quae patrarentur, sibi grata esse significantem, referebant. itaque & caelum exultabundum protestantium lanienam aspicere ajebant.... Ne quid ad* SUMMAM INSANIAM *deesset, aemulatione veterum imperatorum, laus*

laus in TAM DETESTANDO FACINORE *quaesita. nummi aurei & argentei cusi, regique oblati, in quorum antica parte regis in throno sedentis effigies depicta erat cum inscriptione*, VIRTUS IN REBELLES: *in postica duae columnae, quod erat regis insigne, cum inscriptione*: PIETAS EXCITAVIT JUSTITIAM... *Eodem die, quo Lutetiae res* (hoc est hugonotorum per catholicos caedes) *gesta est, ducenti amplius* (hugonoti) *Meldis in carcerem conjecti sunt a Cosseto* (catholico) *fisci procuratore*, HOMINE PROFLIGATI PUDORIS.... *Maxima omnium laniena* (hugonotorum caedes) *Lugduni edita est, Bordono quodam* (catholico) OMNIUM SCELERUM GENERE COOPERTO, *praecipuo duce & incentore... Tholosae a Turrio* (catholico) *& aliis* (catholicis) PERDITAE VITAE HOMINIBUS *idem factitatum... Rhotomagi, duce Maronimo* (catholico) FACINOROSO HOMINE, *caedes* (hugonotorum) *patratae &c.*

Nos quidem (iterum testificamur) catholicum te, Thuane, fuisse posteri credimus; tuumque illud in tuo ad nos carmine de constanti tua religione testimonium & meminimus & agnoscimus:

Sed procul a turbis omnique cupidine vitam
Majorum constans in relligione peregi.

At vero danda certe venia aequalibus tuis est, qui te, *simulatione* illa tua & haeretica lingua tota passim historia tua utentem, audientes, non catholicum, sed haereticum loqui crediderunt. Legisti, quae pius ille aeque ac doctus vir Jacobus Gretserus de te, diem illum ipsum augusti quintum & vicesimum describente, quasi te haereseos manifesto teneret, in egregia illa historiae tuae censura scripsit; quam censuram, Ratisbonae anno 1741. in secunda tomi XVII. ejus operum parte editam, nos etiam legimus: *Ut autem*, inquit, *ad Sanbartholomaeum diem devenit* (Thuanus) SATISNE SE APERIT? *pro haereticorum, tum caesorum, innocentia, quasi pro aris & focis decertans, & maledictorum genus omne in catholicos, tamquam perfidos & barbaros homines, evomens. non arbitror, ab ullo Beza dolentius casum illum deplorari potuisse... Sed me prae omnibus illud movet, quod, qui tam acerbe fert, inquisitum a christianis principibus in lutheranos & calvinistas, nullum uspiam signum dat aversi animi a taeterrima crudelissimaque anglicana inquisitione, qua tot sanctissimi viri mactati sunt ab Henrico VIII. Eduardo, & Elizabetha... Jam non ausim frustra illud Josueanum ab eo scitari*: NOSTER ES, AN ADVERSARIORUM? *qui tam manifestis indiciis*; QUARUM SIT PARTIUM, *praeseferat. &c.*

In eumdem errorem, doctissimum alterum germanum, Marcum Velserum, ab historia tua inductum fuisse, Scipio Gentilis Bongarsium docuit iis litteris, quas operum tuorum novissimi iidemque diligentissimi editores londinenses in ultimo tomo vulgarunt: *Augustae nuper*, inquit, *& Monaci fui. cum alia multa in iis urbibus delectaverunt, tum in primis M. Velseri singularis erga me humanitas doctissimique sermones. illud displicebat tamen vel maxime, quod iniquior mihi visus est, & paene subacerbus in historiam Thuani vestri, vel potius nostri. neque tamen satis dicere poterat, quid ab illo peccatum. duntaxat dicebat, nimis cum suis gallis contra germanos favere, & Caroli V. singillatim res & virtutes pressisse.... Tum ad religionem conversus, plus Thuani historiam catholicae religioni nocere dicebat, quam Sleidani; quod huic minus creditur ob ejus in catholicam religionem odium: Thuanum vero, illo loco, illa dignitate, illa professione, ita passim & tanto affectu protestantes laudare, defendere, ac prope in ipso judicio causam eorum suscipere! ... In supplicio*, inquit, *Annae Burgi* QUAM SE PRODIT! *ut non abstinuerit a tragicis fere excla-*

exclamationibus & lamentis. Ejusdem generis multa alia & de ipso & de Scaligero afferebat... Sed de Thuano tamen nescio quid atrocis mandati a duce Bavariae aliquando missum ad Octavianum Fuggerum, ut id Mareschallo Boisdelphinio legato regio Augustae insinuaret, ob carmina nescio quae in ducem Bavariae acerbissima, a Thuano scripta: quae negabam vidisse me. caetera vir est optimus & humanissimus, & cui vix parem in illis literis, quas tractat, in Germania noverim. &c.

Sensit idem, quod catholicus Velserus, lutherianus Denaisius, cui tam feliciter historiae tuae ironia illa esse te non catholicum persuasisti, ut eamdem utrique de religione esse sententiam, nec alia se, atque te, via ad salutem incedere scripserit litteris, ad te ipsum die 6. aug. 1603. Spira datis: *Quos*, inquit, *viros* (lutheranos & calvinianos) *famae suae, unde impostorum* (catholicorum) *fraude & famosis scriptis dejecti videbantur, restituisti! quam de nobis* (lutheranis) *amice sensisti! ... Cum hanc tuam mentem cogito ... nil caetera moror, in hoc vestigio pedem sisto, &*, HAEC VERA FIDES, HI FIDEI FRUCTUS, *exclamo, &*, HIC, *inquio*, MECUM SENTIT, ET UNA UTRIQUE PROPOSITA AD SALUTEM VIA.

At magnus Lipsius, perspicacissimo vir ingenio, emunctaeque naris homo, imponi sibi ab historia tua non est passus. animadvertit ille quidem in ea quaedam, certe non catholice scripta, verumtamen scriptorem semper catholicum existimavit; &, ne non catholicus aliis lectoribus tuis viderere, multum laboravit: ad teque, ut illa tolleres, litteras, laudum tuarum atque amoris sui plenissimas, die 7. id. nov. 1604. Lovanio dedit: *Opus*, inquit, *a labore, industria, stilo laudabile est, & vel invidiam ab his habet. utinam non haberet ab iis, quae majori quadam libertate, quam aevum hoc ferat, a te scripta. emendare potes, & suadeo, si amici tamen consilium admittis. distinctius scribere non possum; & scio, te scire, quae offendant. si coram adfuissem ante editionem, haec audisses. neque nunc etiam serum est. corrige haec, & placiturum opus. &c.* Tu vero amici catholici consilium non admisisti, sed calvinianum amicum Josephum Scaligerum de illo ipso Lipsii consilio consulens, Scaligerum potius audire maluisti. scripsit autem ad te Scaliger die 8. apr. 1605. Londino, valde in Lipsium (cui, & quod catholicus, & quod jesuitarum opera catholicus haud ita pridem factus erat, amicus esse desierat, sed videri tamen volebat) contumeliose, his plane verbis: *Vous faites bien de poursuivre vostre histoire, qui est si bien venue, si cherie, & louée des doctes & gens de bien* (hoc est ab haereticis) ...... *Celui* (Lipsius) *qui vous a repris sur la liberté du dit proëme* (at non solum de prooemio, sed de toto opere Lipsii reprehensio fuerat) *parle en esclave des Loyolites, tel qu'il est: qui est devenu si idiot, que la plus part de ceux, qui l'eslevoient jusque au ciel, se mocquent de luy, & commencent a dire δὶς παῖδες οἱ γέροντες...: Vous ne devez, sauf vostre meilleur advis, luy faire response; car il ne le merite poinct. Je ne reste de luy escrire, non obstant son idioterie, d'autant que je suis constant en amitié. &c.* Morem ne Scaligero in hoc etiam gesseris, ut summo illi viro ad te scribenti, qui praesertim vera ac rectissima moneret, nihil tamen responderes, ignoramus. illud scimus, fuisse tibi maximae curae, ut illa ad te Lipsii epistola comprimeretur, & ne hominis illius, ut Scaliger tuus appellarat, *idiotae*, de tua historia judicium in vulgus emanaret: id, quod ex particula illa epistolae ab Isaaco Casaubono, calviniano item homine tibique amicissimo, ad Lipsium die 30. apr. 1605. Parisiis datae, intelligimus: *Salutat te peramanter & officiose magnus Thuanus; cujus historiae ne aliquod praejudicium faciat publicatio epistolae, quam ad*

ipsum scripsisti, ut communis amborum cultor te velim rogatum. Quid ad te Lipsius hac de re scripsisset, Casaubonus scire non poterat, nisi tu ad eum detulisses; neque is rogare Lipsium, ut illam epistolam ne divulgaret, ausus esset, nisi tu id ab eo petisses, aut certe, nisi ille scisset, tibi in eo rem gratam & optatam se esse facturum. quaerimus nunc illud ex te: qui de occultanda apud aequales tuos Lipsii illa historiae tuae reprehensione laborabas, num aegre laturus fueris, si divinare potuisses, fore, ut illa eadem ad nos posteros epistola perveniret? si negas: cur magis aetatis tuae, quam posteritatis de tua historia, a doctissimo illo *idiota* reprehensa, judicium formidabas? si ais: cur illi, ut corrigeres, quae displicitura nobis essent, amicissime monenti, non obtemperasti?

Sed inepti ac propemodum stulti sumus, qui ex te quaeramus, cur non correxeris; quasi obliti simus, te; reapse non catholicum modo, sed intimis sensibus haereticorum omne nomen aversantem, in illa tamen tua haereseos *simulatione* consulto latêre voluisse. gratulari nos tibi potius cónvenit, cui pulcerrime res a principio ad exitum usque processerit. nam, perlatis tandem libris tuis Romam, nemo e tot illis Romuli nepotibus, alioqui in cernendo acerrimis atque acutissimis, non se haeretici hominis historiam videre ac legere, existimavit; nemo (ut sunt illi homines non solum sensu, verum etiam professione catholici) non diris omnibus opus auctoremque devovit: quorum omnium de te tuaque historia judicium vir nobilitate, doctrina, prudentia, innocentia spectatissimus Antoninus Caracciolus, unus ex iis theologiae consultis atque peritis, quibus primi & secundi tomi cognitio relatioque demandata publice fuerat, sententia hac sua complexus est. de primo quidem volumine, *De hoc*, inquit, *libro*, *deque ejus auctore hoc censeo*: *librum dignum esse, qui penitus damnetur & aboleatur; quippe qui locos tam crebros; & tam foede pestilentes habeat, ut plane purgari non possit, quin historiae sensus mutilus, atque adeo inutilis reddatur. auctorem, ob immane odium, quod in romanam sedem ejusque summos pontifices identidem ostendit*, VIDERI CALVINISTAM, *atque ob id jure* INTER PRIMAE CLASSIS HAERETICOS *recensendum*. De secundo autem volumine, *Et de hoc*, inquit, *secundo tomo idem judicium profero, ac de primo. nam in hoc etiam tomo Thuanus concilium tridentinum exagitat, summos pontifices identidem taxat, haereticos laudat, praecipue Condaeum, Navarrum, Momorantium, seditionis gallicae auctores, & haereticorum principes fautores. consulantur interim illustrissimi Perronus & Du Henry, qui, ut reor; auctorem hunc bene norunt, deque eo, an videlicet* INTER PRIMAE CLASSIS HAERETICOS *sit recensendus, optime judicabunt*. Non te illi quidem eo numero atque ordine recensendum judicarunt, veriti, ne, si Romae talem haberi te dicique comperisses, personam tibi illam haeretici hominis larvamque detraheres, teque palam eum, quem *simulabas*, ostenderes; quique esses illo senatorio Lutetiae Parisiorum gradu, illa auctoritate, illis opibus ac clientelis, illo praesertim fervido ferocique ingenio & ad ulciscendum promto ac parato, majus rei catholicae in Galliis detrimentum non dissimulatus, quam *simulatus* haereticus importares. at non potuerunt, ac ne voluerunt quidem, efficere, ut libri illi tui tanta ubique haereseos *simulatione* compositi, ut nemo, qui eos legeret, non sibi haeretici hominis opus legere persuaderet, inter proscriptos atque damnatos & ab omnium catholicorum oculis penitus removendos, ne referrentur. Aude jam, Jacobe Auguste Thuane, *veracem* te in historia tua fuisse, dicere: aude etiam aetatem tuam apud nos posteros criminari, quod te historicum *assertae veritatis* reum fecerit, qui tam manifesto tantus *simulator*

lator in illis tuis tam multis voluminibus fuisse convincare.

Age. *dissimulationem* etiam veritatis tuam (nam id sequitur), o assertor veritatis, consideremus. Qui in vitiis & ignominiis hominum persequendis tam diligens in historia tua fuisti, ut vix ullius boni famae umquam peperceris, cur te perpetuo tam negligentem in commemorandis virtutibus & celebrandis laudibus praebuisti? neque enim, qui *horridus vitiorum osor* videri volebas, non etiam blandus virtutum amator videri velle debebas. cur collegisti probra, décora pratermisisti? cur plerasque res ita narrasti, ut eas ex ea tantum parte, quae consilium atque institutum detrahendi tuum adjuvaret, cognoscere possemus, de altera, de qua magis nostra interesset scire, caelaremur? referta est ejusmodi *dissimulationum* historia omnis tua. neque vacat, neque necesse est, & praeterea infinitum esset singula consectari. duobus tantummodo exemplis contenti erimus.

De Roberto Stephano illa scripsisti: *Indigna benemerito de patria civi, tot editis hebraicis, graecis & latinis libris, gratia repensa est a theologorum nostrorum collegio, qui hominem reipublicae invigilantem & quasvis aequas conditiones accipere se paratum demonstrantem, non desierunt lacessere, donec ille, vexationum injustarum pertaesus, ex necessitate consilium cepit, &, relicta patria, Genevam ad extremum se contulit, ubi... fatis concessit, foris gloria dives & domi, liberis, qui Genevae manerent, relicta opulenta supellectile. hanc enim legem ingratae patriae pertaesus... in testamento dixerat*. Parisinam civitatem *ingratam* erga civem suum, bene de se meritum, vocasti: sorbonicum theologorum collegium *vexationum* hominis, non modo innocentis, sed reipub.commodis invigilantis, & quasvis aequas conditiones accipere parati, *injustarum* insimulasti. grave profecto, atrox ac plane immane theologorum vestrorum flagitium! indignum tantae civitatis facinus! turpissima infamiae atque ignominiae inusta utrisque nota! tu vero, si usquam alibi, heic certe gravis, acerbus, ac plane *horridus vitiorum osor* omnibus videare necesse est, qui in tanta sceleris indignitate reprimere ipse te, & a libera acerrimaque tuorum civium atque universi sorbonici collegii reprehensione minime abstinere potueris. sed, ut simili nos odio erga tam atrocis injuriae architectos inflammares, cur non omnia, quae in re fuerunt, nobis explicatius enarrasti? censorem nobis potius ac vindicem, quam historicum egisse hoc loco videris. quid Roberto crimini theologi illi sorbonici darent, non quid tu de Roberto judicares, neque quid de theologis, qui Robertum ad exsilium voluntarium compulerunt, sentires, ab historico exspectabamus. nunc tantummodo judicium tuum de hominibus interposuisti; Robertum, ut innocentissimum, absolvisti, theologos, ut iniquissimos, condemnasti: rem, ex cujus cognitione cum de ipsa re, tum de tuo illo judicio judicare possemus, incognitam nobis esse voluisti. *Hominem*, inquis, *theologi illi nostri lacessere, & injuste vexare non desierunt*. Valde avemus scire, qua re lacessierint, curque vexarint. possumusne hoc abs te cognoscere? aut impudentes sumus, qui rerum gestarum seriem ab historico flagitemus? quid? aliquid ne turpioris flagitii in Stephanum ab illis theologis commissum est, a cujus flagitii commemoratione homo verecundus, alter Hippolytus, atque adeo virguncula vestalis abhorreas atque refugias? credamus, Jacobum Augustum Thuanum, nefarias atque impurissimas libidines de summis ipsis pontificibus comminiscentem atque impudentissime vulgantem, de privatorum hominum aliqua intemperantia verecundiae causa tacuisse. Sed neque illi homines intemperantes, neque tu verecundus, sed malitiosus tuo more, Thuane, & nequam fuisti.

neque enim non ab aliorum haud paullo, quam tua est, veracioribus historiis didicimus, quid in Roberto Stephano sorbonicis illis gravissimis doctoribus displicuerit, quid reprehenderint, qua in re illius voluntati conatibusque restiterint, quid denique in iis ferre ille non potuerit. Coeperat is, ut plerique ejusdem aetatis haeretici, ex grammatico, & bono illo quidem (nam fuit sine controversia), velle etiam non modo theologus, sed summus etiam theologus & tamquam theologicae familiae dux ac parens haberi. itaque, quum non satis sibi esse arbitraretur, si res divinas homo profanus & illarum rudis atque imperitus tractaret, nisi etiam caput ipsum, unde omnis illarum tractatio & ducitur & gubernatur, aggrederetur tractandamque susciperet, sacrosanctos veteris novique testamenti codices recensere, interpolare, interpretari etiam atque explicare, denique in sua officina regiis typis cudere instituit. quod ubi a sorbonicis theologis, viris cum doctissimis tum maxime catholicis, quorum erat legitima librorum edendorum cognitio, animadversum est, non rem illi quidem totam improbarunt, sed tantummodo, sublatis erroribus, Calvini praesertim, cujus perversae pleraeque opiniones in Roberti commentarios sub Vatabli nomine illatae fuerant, curandam illam esse editionem atque exsequendam censuerunt. viris theologis homo grammaticus in re non grammatica, sed theologica, sibi tamen auscultandum esse non duxit. restitit, repugnavit, injuriam sibi fieri questus est; rudes illos atque ignaros cum rerum tum verborum testatus, tamquam & illegitimos & iniquos judices ejeravit. hominis arrogantia atque impudentia singularis non ferenda visa est. in eo perseveratum est, ut libri illi, nisi ad catholicam sententiam ac veritatem emendati, non ederentur. aditum etiam est ad regem Carolum IX. ab eoque, ne aliter fieret, facile impetratum. tum Robertus de suorum postulatorum impudentia aliquid remittere, nonnulla se eorum, quae a theologis improbata fuerant, sublaturum dicere, omnia expungere ne cogeretur, rogare. rejecta iniqua conditio constanter ab illis est, nec, nisi omni haereseos labe plane purgatum, opus venire in hominum manus, passuri erant. hoc ipsum pati ipse ac ferre non potuit. male theologis, male catholicis, male, immo & vale, civibus suis dixit. Parisiis se se cum reculis suis, atque adeo cum aliena, ut fama fuit, supellectile, furibundus ac minitabundus ejecit, & ad genevenses fraterculos suos convolavit. fuit deinde apud eos, quamdiu vixit, assiduus, ita tamen collegii sorbonici memor, ut theologorum illorum existimationem famosis libellis violare numquam destiterit; catholicorum vero & patriae ita non immemor, ut filiis suis testamento hanc legem pater pientissimus dixerit, ut, qui eorum aut Parisiis domicilium habere, aut catholicam religionem profiteri voluisset, paternae hereditatis nullam partem adiret.

Hic est Robertus ille Stephanus, Thuane, tuus, *benemeritus de patria civis*, *cui indigna gratia repensa est a sorbonico theologorum collegio*, qui innocentem hominem *injustis vexationibus lacessere non destiterunt*, donec ille *ex necessitate consilium capiens Genevam se contulit*, ubi *ingratae patriae pertaesus legem* illam, aequitatis & charitatis plenissimam, *dixit*. haec a te de optimo atque innocentissimo viro, deque injustissimis atque ingratissimis vexatoribus illis theologis ita graviter ac prope tragice commemorata esse, non miramur. illud modo, cur non magis historice, quemadmodum alii fecerunt, nosque ipsi ex illorum non mutilis, ut tua est, sed integris narrationibus facere conati sumus, fuerint commemorata, miramur. nam, si rem totam uberius explicasses, si egregium illud Roberti consilium sacros codices typis nitidissimis atque pulcerrimis una cum sacer-

facerrumi doctoris Joannis Calvini commentariis edendi, si sorbonicorum theologorum intempestivam illam intercessionem atque interdictum, & ineptam ac putidam, in purgando vel a minimis haereticae doctrinae labeculis opere, morositatem ante lectorum tuorum oculos plane distincteque posuisses, minime dubitare debebas, quin facilius atque celerius tibi nos & de singulari Roberti tui innocentia, & de manifesta catholicorum theologorum iniquitate assensuri essemus. quid sequutus fueris in tanta veritatis historicae parte occultanda non quaerimus, neque ullam tibi de ea re litem intendimus, aut quicquam molesti sumus. satis enim consilium tuum, vel te tacente, ipsum se prodit .. tantummodo hoc loco intelligi volumus, nequaquam te semper *acrem*, qualem te praedicas, *veritatis assertorem*, sed aliquando, qualem res ipsa loquitur, bellum veritatis *dissimulatorem* fuisse.

Quam saepe vero veritatem simili ratione *dissimularis*, diceremus, si numerum tuarum ejusmodi *dissimulationum* inire possemus. hoc possumus verissime dicere, nihil te, quod aut haereticis dedecori, aut catholicis décori esset, in totis illis centum triginta & octo historiae tuae libris non *dissimulasse*. in quo danda tibi quodammodo venia est, quem constantiae servire oportebat. neque enim haeretici hominis illam, quam in historia susceperas, personam tueri potuisses, nisi catholicorum laudis, haereticorum infamiae *dissimulator* fuisses. cujus *dissimulationis* alterum, quod polliciti sumus, exemplum sane proferamus, non quod singulare illud aut praecipuum sit, atque ejusmodi, ut non reliqua omnia, quae afferri possent, similem improbitatem contineant, sed quod cum his nostris temporibus, cumque iis rebus, quae hoc clarissimo sanctissimoque BENEDICTI XIV. summo pontificatu actae sunt atque aguntur, maxime conjunctum est.

Atque ille quidem XI. Kal. oct. an. M. DCC. XLII. decretum hoc edi ac promulgari maudavit: *Cum in causa venerabilium Dei servorum Ignatii de Azebedo, provinciae Brasiliae praepositi, ac triginta novem aliorum e societate Jesu, die 15. julii 1570. dum in Brasiliam euongelii praedicandi causa a S. Francisco Borgia missi navigarent, ante insulam Palmae ab impiis calvinistis in odium catholicae fidei ac sedis apostolicae variis modis occisorum . . . sanctissimus dominus noster* (BENEDICTUS XIV.) *perlectis relatisque consultorum, & auditis reverendiss. cardinalium concordibus suffragiis; tunc quidem* (in congregatione generali die 4. sept. 1742. coram ipso habita) *distulerit responsum, donec in re tam gravi prius Dei consilium suis & aliorum precibus exquireret: nunc denique sacrosancto missae sacrificio in templo S. Andreae in quirinali, ad majorem aram ante imaginem S. Francisci Borgiae* (*ut lumen ab eo per illum imploraret, qui, horum in obitu servorum Dei consultus, an orandum pro illis esset, ac solita pro mortuis suffragia persolvenda, de patrum, sibi, tunc societati universae praeposito, assistentium, consilio respondit, pro quadraginta, utpote martyribus, orandum non videri*) *celebrato . . . ejusdem sacrae congregationis sententiam approbando, declaravit, in causa venerabilium Dei servorum Ignatii de Azebedo ac triginta novem sociorum ejus, martyrium, & martyrii causam ita probari, ut tuto procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem signorum seu miraculorum . . . atque ad eorum praecipue, qui catholicae fidei, qua plantandae, qua propagandae, qua defendendae causa, inter barbaros idololatras aut perfidos haereticos in assiduo vitae periculo versantur, solatium non minus, quam incitamentum, & decus etiam insigne nationis ac religionis, quam praedicti servi Dei sortiti ac professi sunt, de sede apostolica & de fide catholica optime meritae, utpote quam suso largiter non sudore modo, verum etiam, ubi opus est,*

Digitized by Google

est, sanguine fortiter tuetur; praesens declarationis decretum in lucem edi ac publicari mandavit hac die S. Matthaeo apostolo sacra 21. sept. 1742.

Audiamus jam, quae tu, Thuane, de tam insigni non modo *Ignatii de Azebedo ac triginta novem sociorum martyrum*, sed etiam catholicae ipsius religionis triumpho, in libro historiae tuae quadragesimo septimo num. 19. narres, tu, qui tam multis verbis, tam graphice, tam miserabiliter protestantium caedes, principum & magistratuum jussu patratas, soles describere. habes certe egregium campum, in quo tua sese ostentet atque exsultet oratio. *Eodem tempore*, inquis, *Joannes Sora, cognito, Ludovicum, lusitanae classis praefectum, in Indias vela facere, cum ad Fortunatas insulas appulisset, congressus cum hoste impar, ad Palmariam deflexit, quo navis, cui S. Jacobi nomen, & qua monachi ac plerique ex iis, quos Jesuitas appellant, portabantur, seorsim a reliqua classe diverterat, in eamque invectus, amissis uno & altero ex praecipuis naucleris, qui, ferreis manibus injectis, cum in lusitanorum navem insiliissent, dissilientibus manibus, destituti & oppressi fuerunt, post aliquod certamen nave potitur, & suorum clade irritatus repertos in ea interfecit, & in iis Ignatium Azebedam & Didacum Andradam ex illo, quem dixi, ordine: & inde praeda non mediocri onustus, de cetero in mare projectis sigillis, calculis, rosariis, reliquiis, & hujusmodi mysticae supellectilis instrumentis, quibus religiosi illi patres novitios indos christianae pietatis sacris initiant, ineunte sextili Rupellam incolumis rediit.*

Haec tua, Thuane, cum Benedicti pont. opt. max. decreto illo confer, tibi ac felicitati tuae profecto gratulabere; qui, quum te omnibus iis summis pontificibus, quorum sive facta sive dicta in historiae tuae tempora inciderunt, perinfensum acerbumque praebueris, neque Benedicti hujus nostri, qui tanto post illa tempora intervallo futurus erat, quidquam iniquius reprehendere atque accusare potueris, rationem tamen inveneris, qua non tu quidem iis, quae egisset ille dixissetve, sed quae acturus dicturusque, te etiam exstincto, esset, adversarere. nam certe, si narratio tua de Azebedo sociisque vera est, Benedicti XIV. de iisdem acta & decreta concidant necesse est. o hominem, hominibus ac summis quidem hominibus & Deo inter homines proximis, ipsisque adeo caelitibus vivum mortuumque infestum atque importunum!

Sed, quam vera narratio tua sit, diligenter est inquirendum. in qua quidem inquisitione nihil neque de hominibus neque de rebus affirmaturi contra te sumus, quod non & historicorum plurimorum litteris monumentisque, & hominum gravissimorum testimonio ac saepe etiam jurejurando firmatum sit, ita, ut de eo dubitari non possit. ac minora illa quidem, etsi insignem tuam in historia scribenda negligentiam ostendant, &, quam vix ulla tibi in reliquis etiam majoribus habenda sit fides, argumento esse possint, praetereamus: Primum quod *Joannem Soram* dixeris eum, quem nemo, praeter te, neque *Joannem*, neque *Soram*, sed *Jacobum Soriam*, aut *Sorium* aut etiam *Soreum* appellavit: Alterum, quod monachos aliquos eâdem, qua jesuitas, vectos, sive, ut tu loqueris, *portatos*, nave affirmaris; quum neminem unum ex sacro ullo, praeter jesuiticum, ordine fuisse in ea tum, constet (nam quod a jesuitarum vocabulo tamquam barbaro abstinueris, & circumloquutione usus *eos, quos jesuitas appellant*, dicere malueris, nihil reprehendimus, neque te in ea ipsa appellatione *genuinum* voluisse *stringere*, aut ullam contumeliam cogitasse suspicamur. tantum monemus te, hominem a barbaris vocabulis abhorrentem, tuum illud, quod proxime sequitur, *seorsim, iis, quos jesuitas appellant*, & reliquis latinitatis hac nostra aetate doctoribus valde bar-

barbaram vocem videri): Tertium, quod eos, quos, in eadem nave Soria repererat, ab eo interfectos memoraris; quasi omnes ejus navis nautas vectoresque interfecerit, qui, non nisi tres e nautarum numero, eos scilicet, a quibus totidem naucleri sui *oppressi* fuerant, jesuitas autem omnes (qui quadraginta omnino fuerunt, ex quibus unus adolescens, qui non jesuita, sed jesuitarum tantum coquus creditus est, ea ipsa opinione vitam non amisit; cui tamen alius, item adolescens, suppositus est, & triginta novem occisorum numero adauctus) interfici atque in mare dejici jussit; reliquis autem omnibus, quos in illa eadem navi repererat, nihil praeter fortunas ademit: Quartum, quod ex viro faeminam feceris, & *Azebedam* vocaris eum, qui *de Azebedo*, sive *Azebedus* aut *Azebedius* fuit; nisi forte tu non *de Thou*, neque *Thuanus* aut *Thuanius*, sed *Thuana* esse vis: Quintum, quod a religiosis illis patribus novitios indos *sigillis, calculis, rosariis, reliquiis, & hujusmodi mysticae supellectilis instrumentis christianae pietatis sacris initiari* commentus sis; quasi, ad initiandos Christi sacris illos populos, christianosque vere efficiendos, hujusmodi mysticae supellectilis instrumentis utantur, non a christiano homine credenda atque agenda praecipiant, non christianum lavacrum adhibeant, non Christi reliqua sacramenta administrent. hoc tantum interversae christianae institutionis crimen religiosis patribus inferre voluisse te hoc loco, fortasse non crederemus, nisi versiculos illos tuos, paullo ante recitatos, & clausulam potissimum illorum illam meminissemus: *His, quibus inter nos perit artibus, incipit illic Religio*: Sextum denique, quod *ineunte sextili* Rupellam rediisse Soriam dixeris, qui *non ineunte*, sed exeunte eo mense rediit. neque aliter historicus ille tuus, e quo pleraque historiae tuae, praetermissis iis, quae tu tibi *dissimulanda* duxisti, sumta esse ac prope ad verbum descripta deprehendimus, Piguerrius in *historia gallica*, Parisiis edita an.1582. prodidit. ita enim narrationem de Soria suam pag.729. absolvit: *Sur la fin d'aoust se retira a la Rochelle*. Haec igitur minora narrationis tuae peccata omittamus; majora atque adeo multo maxima videamus: quae sane omnia, ut tripartitae divisionis nostrae ratio atque ordo postulat, ad *dissimulationis* in historia tuae caput referemus. sex illa falsa tua, quae modo retulimus, quamquam non ad secundum hoc, in quo versamur, sed ad tertium partitionis institutae membrum pertinent, tamen nec a narrationis tuae, in quam inquirere coeperamus, reprehensione recte separari poterant, & sunt a nobis obiter, & tamquam ea ipsa praetereuntibus, dicta. intelliges tu profecto, id, quod certe tum, cum illa scriberes, non ignorabas, quantum sit in historia peccatum quaedam *dissimulari*, nec minus aliquando historici *dissimulatione* veritatem, quam ipso mendacio, laedi.

Age. qui homo fuit *Joannes* ille *Sora* tuus, *Jacobus* autem *Soria* sive *Sorius* sive *Soreus* caeterorum? pertinet vehementer hoc ad historicum, in factis insignioribus exponendis, aliquid de eorum, qui totius rei gerendae duces ac principes fuerunt, genere & conditione commemorare. interest id lectoris plurimum. ita enim de factis ipsis plerumque judicant, ita quidque sive admirantur sive despiciunt, ita sive indignatione, sive misericordia, sive alio quo animi motu afficiuntur, ut conceptam de quoque opinionem habuerunt. neque vero tu solitus es aliis historiae tuae locis ejusmodi commemorationem hominum praetermittere. ex qua ipsa tua consuetudine factum putamus, ut ab hominibus istam, quam de Soria requirimus, uberiorem descriptionem ad res inanimas etiam transtuleris. itaque, quum *navem* hoc ipso in loco appellasses, in quam *invectum esse* Soriam dicebas, nos ejus navis nautam non

non ignorare voluisti. scripsisti enim, *cui S. Jacobi nomen*. sed certe multo nos de Soria ipso aliquid, praeter nomen, cognoscere, quam navis, in quam ille *invectus* esset (quum praesertim non plurium navium, sed unius modo mentionem intuleris), scire nomen maluissemus. nam, sive nomen illi, quod erat Soriae, *Jacobi* fuit, sive, quod tu Soriae imposuisti, *Joannis*, aut etiam nullum fuisset, nihilo minus rem ipsam, quae a te narrabatur, plane perspicere, de eaque recte judicare potuissemus: neque verendum erat, si tu tantummodo *navem* sine certo ullo nomine dixisses, ne nos, non in lusitanorum, sed in argonautarum navem *invectum* Soriam a te dici, crediturі essemus. at vero de homine, tantas res suscipiente atque patrante, ut & navem caperet, & repertos in ea, etiam monachos ac sacerdotes, interficeret, & ea, quae religiosa ac sacra catholicis habentur, in mare projiceret, nisi, praeter nomen, aliquid praeterea certius definitiusque scierimus, nequaquam satis statuere possumus neque quid sentire, neque quomodo ab eo commissa interpretari debeamus. hominis quidem prolata a te illa facinora, praedonem eum quemdam, carnificem, impium, sacrilegum fuisse, nobis ostendunt. sed rursus tua illa clausula, qua ipsorum facinorum narratio omnis absolvitur, *praeda non mediocri onustus Rupellam incolumis rediit*, videntur nobis significare aliquid de eo mitius, quem, e tanta expeditione redeuntem, fausto veluti celeusmate prosequaris, cuique reditum atque incolumitatem quodammodo gratuleris. ne igitur diutius suspensi animis incertique teneamur, volumus, qui homo iste Soria fuerit, omnino cognoscere. quod quoniam ex te non possumus, ab aliis historicis sane quaeramus.

Amplius sexaginta praesto sunt, qui partim latine, partim italice, partim hispanice, partim gallice, partim lusitanice scribentes, eamdemque rem, quam tu, narrantes, de Soria, quod tu *dissimulasti*, qui homo fuerit, non tacuerunt: ex quibus Laurentius Surius in *Commentario rerum in orbe gestarum* Coloniae edito an. 1574. (hoc est prope viginti annis ante, quam tu ad historiam tuam scribendam aggressus es, quam non nisi anno 1593. inchoasse te, libro *Vitae* tuae quarto prodidisti) *Quinto*, inquit, *nonas julii* (anno 1570.) *comperiunt* (lusitani) *Jacobum Soriam*, HOMINEM EGREGIE CALVINISTAM, *non longe abesse*. Petrus Larricus in *Thesauro rerum indicarum* Coloniae an. 1615. *Creditum*, inquit, *initio, praetoris brasilii classem esse: sed propius in conspectum cum veniret, hallica patuerunt insignia, cognitumque dein, esse* NOBILISSIMI PIRATAE, OMNE ILLUD MARE INFESTANTIS, *myoparones. Jacobum Soriam dicebant lusitani. sed ipse loco normandus erat e comitatu bevensi, haud procul a ponte Orsonio.* CALVINIANA INSPERSUS LABE, IN PAPISTAS, *id est omnes, qui papam romanum, ut supremum ecclesiae caput venerantur ac suspiciunt*, INFESTISSIMO ODIO INCURREBAT; *quos exagitaturus Rupella cum quinque navium classe mare conscenderat.* Antonius Vasconcellius de *Actis regum Lusitaniae* Antuerpiae anno 1621. *Ibi se dedit obvium Jacobus Soria*, ARCHIPIRATA RUPELLENSIS, CALVINIANAE NEQUITIAE ADDICTUS. Elias Teresianus in *Legatione ecclesiae triumphantis* T.II. lib. 2. p. 602. Antuerpiae 1638. *Classis illa* FAMOSISSIMI *cujusdam* PIRATAE *erat, qui Jacobus Soria vocabatur, &* CALVINISTA PESSIMUS, JURATISSIMUSQUE HOSTIS *erat* CATHOLICORUM, *&* PRAECIPUE JESUITARUM. Henricus Spondanus in *Continuatione annalium Baronii* Parisiis an. 1647. *Incidit in classem praedatoriam* INSIGNIS PIRATAE CALVINIANI *galli Jacobi Soriae*. Caesar Campana *Historiarum* T.I. lib. 1. Venetiis an. 1607. *Scorrevano per que' mari alcuni* CORSALI HERETICI, *guidati da Jacopo Soria normanno, il quale met-*

tendo

tendo a rubà quanti legni incontrava corseggiando quell' oceano occidentale, si riducea poi colla preda alla Rocella, mandandone la debita parte alla reina d' Inghilterra. Ludovicus de Guzman in *Historia missionum* Compluti an. 1601. *Venia alli un* FAMOSO COSSARIO, *llamado Jaque Soria, capitan de la reyna de Navarra, y* CRUEL ENEMIGO DE LOS CATHOLICOS, *especialmente de los que ellos llaman papistas*. Petrus d' Oultreman in *Pinacotheca* Lugduni an. 1627. *Et recogneurent, que c'estoit la flotte d'un* CORSAIRE FAMEUX ET RENOMME' *en ceste mer* POUR SES BRIGANDAGES. *il s'appelloit Jacques Sore*, HUGUENOT TOUT A FAICT ENNEMY JURE' DES CATHOLIQUES, ET SUR TOUT DES JESUITES. Rodericus de Cunha in *Historia ecclesiastica* Bracharae an. 1635. *Caio esta bem aventurada companbia nas maôs e furor do* PIRATA E HEREGE *arrochelês Jaque Soria*.

Affatim satisfactum est nobis de Soria ab his tam diversarum nationum historicis. cognito, quis homo ille fuerit, incipit jam res ipsa nobis alia, atque a te, Thuane, narrata est, multumque dispar videri. si calvinianus Soria, & catholicorum hostis tantus fuit, idemque catholicos tam multos occidit, odio fortasse catholicae religionis occidit; nec militaris illa caedes jesuitarum fuit, sed religiosum Christi confessorum martyrium. Sed, quo plane res tanta constet, reliqua cognoscenda sunt: quae iterum ex tuo narrantis ore libet audire. sed cave putes requiramus a te inexplicabiles illos amfractus & difficiles ambitus atque circuitus verborum tuos, aut illa rei minime necessaria ac potius inepta ac plane ridicula *Jacobeae* navis, *ferrearumque manuum* atque harpagónum adjuncta. quod in re insigne ac praecipuum memoriaque dignum fuit, quod nos scire expediat, quod nescire jure doleamus, quod, a te praeteritum, ab aliis historicis petere necesse haberemus, hoc tu nobis, historice omnium historicorum instar, edissere. ac primum omnium, quod poëtae etiam faciunt, (namque id valde ad rem pertinet, in eoque prope sunt omnia)

Simpliciter *causas memora, quo numine laeso*
Quidve dolens Soria ille tuus *tot volvere casus*
Insignes pietate viros, tot adire labores
Impulerit. tantaene animis mortalibus *irae*?

Amissis, inquis, *uno & altero ex praecipuis naucleris, post aliquod certamen nave* (lusitanorum) *potitur* (Soria), *& suorum clade irritatus repertos in ea interfecit, & in iis Ignatium Azebedam & Didacum Andradam ex illo, quem dixi, ordine; & inde praeda non mediocri onustus, de cetero in mare projectis sigillis, calculis, rosariis, reliquiis & hujusmodi mysticae supellectilis instrumentis, ineunte sextili Rupellam incolumis rediit*.

Haec tua, Thuane, tantae rei tota narratio est? nimis properasti Rupellam heroem illum tuum victorem salvum *incolumemque* deducere. nihilne in illa caede fuit ab eo dictum, quod posterorum prodi memoriae, interesset? nihil neque dictum neque factum, magnopere memorandum, a tanta illa caesorum multitudine? hi autem qua conditione, quove genere fuerunt? quo consilio in Brasiliam navigabant? cur duos tantum eorum nominasti? quid duobus hisce atque horum sociis potissimum Soria irascebatur? cur aliis fere omnibus, nemini autem illorum pepercit? an *unum & alterum* illum *e praecipuis naucleris* sive ipsi *oppresserant*, sive aliis, ut eos *opprimerent*, auctores fuerant, qua re totam in se prope unos furentis archipiratae iracundiam atque ultionem converterent? illa ipsa *supellex mystica* tantumne *in mare projecta* fuit, an aliquid etiam atrocius ac memorabilius in eam commissum est? vide, quam multa de tota illa re scire aveamus,

quae omnia in tua narratione desideremus. in qua quidem ita versatus esse nobis videris, quasi in mari, eoque ventis ac turbinibus agitato, cum Soria tu quoque navigares, &, silentio multa, tamquam scopulos, praetervectus, nihil antiquius haberes, quam ut celeriter ex illis rerum, tibi odiosarum, syrtibus enavigans, facto narrandi fine, *incolumis* te cum tuo comite in Rupellae portum reciperes. & certe, quantum potuisti detrahere temporis ex hac navigatione, sustulisti, qui absolutam *ineunte sextili*, quam ad extremum eum mensem productam fuisse constat, memoraris.

At posuisti tamen in narratione tua quiddam, quod vehementer scire volebamus. nam causam foriani furoris indicasti. scripsisti enim: *Suorum clade irritatus repertos in nave interfecit*. jam aliquid, immo multum, dicis. quid miramur, ab Soria, *suorum clade irritato*, repertos in nave, qui *cladem* effecerant, fuisse interfectos? an hostium clade *suorum cladem* vindicari, non verum fuit? an obliti sumus, quantam *cladem* lusitani tum sorianis attulerint? quinque omnino myoparonibus Soriae classis constabat. agebat ipse rostratam, quam homines amplius trecenti loricati cataphractique conscenderant. in lusitanam navem impetum universi fecerunt. commissa pugna est infestis utrimque animis acerrima. ii, qui e sorianis in lusitanam navem primi insilierant, omnes ad unum ingenti clade atque occidione occisi sunt. caesorum numerum fortasse non crederemus, nisi tu, Thuane, diligenter recensuisses; qui *unum & alterum* fuisse, affirmasti. o *cladem* sorianorum horribilem ac plane inauditam! o te potius hominem nequissimum, Thuane, qui tam aperte illudere posteritati volueris! ergo *unius & alterius* in tanto bellatorum numero caedem tu *cladem* vocas, & tantam existimari vis, ut ea *irritatus* Soria quotquot in lusitanorum nave reperti sunt, trucidaret? sed quid, homo amentissime, faceres? nolebas, veram soriani furoris atque lanienae scire nos causam. aliquam excogitare ac comminisci debebas. non nisi levissima oblata est tibi. hanc arripuisti; &, ut gravissima lectoribus tuis videretur, aliquam rationem tibi ineundam putasti. quidquid momenti ac ponderis rei ipsi deerat, hoc verborum granditate & facti exaggeratione explevisti. *clade* (hoc est, immani quadam atque incredibili strage & internecione) *suorum irritatum* Soriam *repertos in nave interfecisse* dixisti; ne non magna aliqua re provocatus tantum poenarum sumsisse videretur. quumque intelligeres, hanc ipsam, a te excogitatam atque suppositam sorianae iracundiae & immanitatis causam, si soli ferme jesuitae interfecti tum essent, ineptam ac plane commenticiam omnibus visum iri (nam cur ille unius & alterius suorum caede, quam lusitani sive nautae sive milites fecerant, irritatus, non in nautas ipsos ac milites, sed in homines neque conscios neque participes ejus caedis animadverteret?), plus Soriae tuo feritatis, quam tibi soriano pudoris esse, voluisti. itaque, pepercisse eum cuiquam eorum, qui fuissent in lusitana nave, noluisti nos credere. *suorum*, inquisti, *clade irritatus repertos in nave interfecit*. quasi ille tantum ex suorum illorum caede dolorem ceperit, atque ita excanduerit, ut, quum prae dolore atque iracundia sui compos non esset, nullo cujusquam discrimine, promiscue in omnes, quos in nave repererat, furore occaecatus irrueret, & innocentes cum sontibus in ulciscendo conjungeret.

At non ita ille occaecatus furore fuit, ut, sibi qui necandi, qui servandi essent, non videret. vidit, & habuit utrorumque diligentissimum delectum atque discrimen. neque id nescivisti: sed ita non tam occaecatum Soriam fuisse, quam nos posteros caecos fore, putasti, ut impudentiam tuam, & in *dissimulanda* factorum, quae narras,

Digitized by Google

ras ; veritate versutiam atque malitiam non videremus. res illa quemadmodum gesta sit, scimus omnes. iidem historici illi, qui nos, a te caelatos, de Soriae calvinismo piraticaque docuerunt, omnia hominis in illo facinore & acta & dicta, a te magno cum historicae fidei & veritatis detrimento praetermissa, scire nos itidem voluerunt. legimus etiam Petri Diazii de eadem re ad Leonem Henricium litteras, datas, quo putas tempore? die sextilis decimo octavo anni 1570. hoc est, vix elapso post gestam rem mense. unde autem datas? ex Materia insula, hoc est, ex loco vix tridui maritimo itinere a loco ipso, ubi gesta est, distante. quam quidem rem ab iis, qui praesentes spectatoresque fuerant, se accepisse, confirmat. has ipsas litteras Petrus Maffejus e lusitanico in latinum sermonem convertit, & anno 1573. hoc est, viginti annis ante, quam tu historiam tuam scribere instituisti, neapolitanis typis impressas, ubique vulgavit, in primum volumen *Rerum a societate Jesu gestarum in India &c.* relatas. quibus ex litteris Philippus Alegambius sumsit ea, quae in commentarium suum de Ignatii Azebedii sociorumque, religionis causa, morte obita, summa fide transtulit, novis quibusdam rebus (quas Diazius, qui non historiam, sed epistolam, eamque admodum festinanter, navem jam jam conscensurus scripsisset, omiserat, ipse autem ab idoneis auctoribus & locupletissimis testibus acceperat) aucta ac locupletata. hunc ipsum Alegambil commentarium, Romae post auctoris mortem typis Varesii anno 1657. editum, ne, quae tu, Thuane, nescire nos voluisti, scire tamen nos forte sis nescius, & ut fraudem tuam singularem atque impudentiam, & pudendam narrationis de eadem re tuae *dissimulationem* manifesto teneri a nobis, scias, recitare hoc loco, etsi paullo longiorem, multis tamen, quae minus ad institutum nostrum pertinent, praetermissis, non gravabimur.

Ignatius Azebedius, vir & clarissimis in Lusitania natalibus, & citra hanc mortem sua virtute memorari inter summa societatis Jesu lumina dignus, in urbe maritima, quae Portus dicitur, illustrissima & praecipuis in Lusitania honestatibus ornata familia natus, patrem habuit Emmanuelem, hominem magnis necessitudinibus & regia familiaritate conspicuum ... Agebatur annus post sesquimillesimum undequinquagesimus, alter aetatis ejus supra vigesimum, quando in societatem Jesu Conimbricae admissus, bene mane, tanquam prima diei facie, qualis aliquando foret, ostendit ... Postquam societatis gubernationem B. Franciscus Borgia suscepit ... cum eam ipse coram lustrare pro voto non posset, misit in provincias viros delectos, virtute & prudentia validos, qui suas in hoc munere vices obirent. Brasilia Ignatio Azebedio decreta est ... Ea in re fidem industriamque suam facile omnibus probavit Ignatius: cujus tamen ut ratio Francisco, tanquam societatis capiti, constaret, remenso oceano in Lusitaniam (e Brasilia) atque inde Romam proficiscitur. hic segetem quidem esse bene magnam, narrat, & ad messem albam; at operarios paucos. Audiit Azebedium Franciscus, & tanta frugis ubertate laetus, jubet, illum eo reverti provinciae praepositum, & ex Hispania comites colligere, qui se sponte offerrent ... secumque duceret ... Ignatius, rebus ex animi sententia Romae peractis, antequam abiret, Pium V. pontificem adire voluit ... Benigne pontifex accedentem excepit, & sacris agni ceris, sanctorum reliquiis, unius ex undenis millibus virginum capite, ad haec imagine virginis deiparae, ex S. Lucae euangelistae prototypo (ut putatur) expressa, quod munus ea tempestate perrarum erat, liberaliter instructum, plena indulgentia, quam suis in Brasiliam comitibus impertiret, propensa voluntate donavit. Inde, per Hispaniam instituto itinere, socios expeditionis ad undeseptuaginta collegit. Dum navigandi tem-

 pus

Digitized by Google

pus expectat ... omnes una in ulyssiponensis collegii suburbanum praedium, situ ac solitudine colligendis exercendisque animis prorsus idoneum (Val de rosal, hoc est Vallem roseti, vocant) conduxit, ubi vitam tantisper plane angelicam agitavere ... Ubi conscendendi tempus adfuit, Ignatius suos omnes Ulyssiponem advocat. Eo laetari universi, exultare, & pro suis moribus alii cum lacrymis, pars hilariter sibi gratulari; multus de morte, de martyrio, postremo de caelo, quam de Brasilia, crebrior sermo. Jam, quod una simul navi tam multos vehi incommodum videretur, in ternas divisit. quatuor supra quadraginta secum praetoriae imposuit, cui ab S. Jacobo appellatio erat .... Classis universa septem onerariis navibus erat instructa. Continuo ut conscensum est, Ignatius sic omnia instituit, ut haud secus atque in collegiis domesticas pietatis exercitationes, precandi, se ipsos excutiendi, legendi vices, atque adeo religiose ordinem omnem socii observarent ... Velis sublatis Ulyssipone solverunt die 5. junii anno 1570. Octavo die Materiam, insulam lusitanici juris, haud procul a Canariis, quas olim Fortunatas dixere, prospera navigatione tenuerunt. Ibi Aloysius (Vasconcellius) praetor subsistere certis de causis aliquantisper decrevit: eaque propter vectores & nautae S. Jacobi, quibus in Palma, Canariarum una, multiplicis erat negotii necessitas, eo sibi praeeundi copiam fieri magnopere flagitarunt. Erant infesta quidem piratis id locorum ea maria: atque eo a reliquis digredi abnuebat Ignatius principio. sed ... victus institorum, quorum id maxime intererat, precibus ... abeundi veniam ab Aloysio praetore poposcit. veruntamen, ea impetrata, ne quid eorum omitteret, quae in omnem certi atque incerti discriminis fortunam opportuna sunt, pridie diei, apostolorum principi sacro, confessionis & communionis sacramentis suos praemuniit ... dein, accitis ad se omnibus, optionem dat, morari in Materia tantisper malint, an oppetendae, inferendae in fidei odium, mortis periculum experiri, ad quod eos oporteret esse comparatos, qui a classe reliqua divulsi uno navigio dubia maria pertentarent. ea denunciatione quatuor ex omni sociorum grege perculsi cessere formidini, vitae studio; quos ipsos etiam constantia postmodum ab incoepto vitae religiosae defecit. quadraginta ducem Ignatium sequuti hilares conscendunt ... Solvére Funchalensi e portu (ea Materiae civitas princeps est) pridie Kalendas julias vento adspirante, sed qui eos destituit medio in cursu. interea frequens omnium de mortis in fidei odium a barbaris gloria parandae sermo esse, suum pro se quisque desiderium acuere, alter alterum his, atque aliis talibus verbis incitare: „ Utinam hoc in itinere mortem eam nobis propinet benignus Deus, cujus adeundae longa cupiditate flagramus, tantum terrarum emetimur ac marium. ecquae foret illa felicitas nostra! o fortunatissimum diem! quam esset optabilis hic in Fortunatas insulas, non in terra sed in caelo sitas, appulsus! „ Inter haec vota subitus ex adverso ventus navim arcet portus (Palmae) ingressu, quem propemodum jam tenebat, atque in alterum, quinque circiter leucas dissitum, cui Terzacorte, ab tertia cohorte, nomen est, propellit. hic virum nobilem reperit Ignatius, suum olim in lusitania contubernalem, a quo acceptus hospitio, & liberaliter cum sociis per dies aliquot atque indulgenter habitus, demum oblatis ad iter terrestre jumentis & apparatu idoneo, ne, restante diutius aura, & sibi gravem moram & hospiti, quamvis libenti, grandioris impensae necessitatem afferret, eo statuit uti compendio. caeterum ea nocte dum versat cum animo suo anceps consilium, tametsi sarcinas jam aliquas exposuisset in terram, diu haesit dubius terrestris itineris & maritimi. at postridie, sacro facto, ubi deliberare de iis, quibus anxie habebatur, insueverat, dispertitaque sociis sacra synaxi, continuo resti-

restitui sarcinas in navim jubet, certus navigio eundi, & , si res ferat, vitae relinquendae in causa tam felici. Mirari hic subit divina consilia, quae tanta vis Ignatium impulerit, ut, spreta viae brevis opportunitate, dubio se mari committeret, tanta obfirmatum animi constantia, ut a proposito dimoveri nequiverit. ut ignarus ille videri potuerit imminentis certaminis & gloriae, certe ad destinatam duci a Deo supra humana consilia praeclaram mortem ipsa deliberationis firmitudo persuadet. accedit faciendae fidei intervallum octoginta leucarum, quod Palmam inter & Materiam est, ab se vix diebus quindecim, navi expedita, neque multum adversantibus auris, decursum; triduo quinque navibus, onere depressis, ab Jacobo Soria, nobili pirata, fuisse permensum. Erat hic Soria, vel ut se ipse vocitabat, Sori, gente normannus ex evensi seu augensi comitatu, maritimae rei ab Joanna, Navarrae regina, praepositus, Calvini ferox sectator, implacabili odio papistarum (sic haeretici ludibrio catholicos vocant) ardens, & in eos, quoties occupavisset, truculenter grassari, mactare solitus. is . . . classem in Canarias convertit, & quarto die, qui Jovis fuit, in Palmae conspectu fuit . . . Ignatius, ut res & tempus admonebat, accepta in manus nobili sua Mariae virginis deiparae imagine, instare omnibus ad officium, ad pietatem cunctos hortari. inde conversus ad socios sic eos postremum forti animo compellat. Hodie, fratres dilectissimi, ut mihi meus promittit animus, omnes e vita migrabimus . . . Interea . . . hostis unam suarum navium onerariae admovet, in quam tres illico ingenti ausu libratis corporibus se ex illa injiciunt . . . sed a lusitanis illi continuo obruti atque internecti sunt. mox grege facto ingens hostium globus simul irruere, urgere, tela densare: ut jam neque obsisti neque sustineri, nedum arceri, vis tanta quiverit. tum Jacobus Soria, ut societatis Jesu homines ibi versari accepit, promiscue deleri omnes atque occidione occidi, nullo tirocinii aut adolescentiae discrimine, imperat, addita magnis vocibus imperii causa: INTERFICE, INTERFICE, inquit, QUONIAM ISTI AD PRAVA DOGMATA PROSEMINANDA BRASILIAM PETUNT. *deinde cum abesset propius:* PRAECIPITENTUR, *exclamat*, IN FLUCTUS JESUITAE ILLI UNIVERSI PAPISTAE, HOSTES NOSTRI ACERRIMI. *Ignatius interea mediis in foris, haud procul a malo, deiparae complexus imaginem . . .* MORIAMUR, inquit, CHARISSIMI, UT VIROS FORTES ET CHRISTIANOS DECET, ET LIBENTER AD UNUM OMNES OB CHRISTI NOMEN ET FIDEM, QUAM VENERABUNDI PROFITEMUR, ET HI CANE PEJUS ET ANGUE ODERUNT, OCCUMBAMUS. *Quam vocem cum aegre ferret homo haereticus, qui per confertos nostros illuc evaserat, librato in Ignatii caput telo gravem illi ictum impressit. sed ille, ceu mali omnis immunis, constitit immotus in vestigio, mortem animo arrecto opperiens; quam illi sociorum primo, tribus confosso lanceis, statim intulere vociferanti, ut inter armorum tumultum ac strepitum audiri posset:* TESTES ANGELOS HOMINESQUE APPELLO, ME PRO CATHOLICAE ROMANAE FIDEI PROFESSIONE CADERE . . . *sociosque contuitus,* FILIOLI, *inquit*, MORTEM NE EXPAVESCITE, SED CONTRA DEO GRATIAS AGITE, QUOD VITAM VOS VESTRAM SUO IMPENDERE OBSEQUIO SINAT . . . *Sic effatus animam in verba profudit, deiparam arcte complexu tenens, quam avellere haeretici frustra connisi, una cum illa, furore & amentia aestuantes, in pelagus dedere praecipitem. porro corpus in mare projectum, quod visu mirabile fuit, neutiquam, ut solet, subsidit, sed, brachiis in crucis formam diductis, quam longissime sequi potuere spectantium oculi, aquis innatavit, sacra virginis tabula nunquam dimissa. Reliqui ducis sui, per vitae contemptum Christi fidem fortiter asserentis, exemplo commoti, eidem sese laeti constantesque miscue-*

miscuere fortunae, suaque capita pro eadem causa sectariorum gladiis obtulere. Benedictus Castrius inter primos fuit, qui inferne cum tironibus, sibi concreditis, precationi intentus, simul hostem navi potiri audivit, arrepta Christi de cruce pendentis effigie, in apertum egressus, ad proram, ubi rem ardentius geri videbat, se contulit ... libero ore repetens, CATHOLICUS SUM, ROMANAM ECCLESIAM MATREM AGNOSCO, EJUS MORI FILIUS VOLO. *quibus irritati verbis haeretici, tres in illum ignitas glandes contorsere. cumque porro pergeret suam testari fidem ... ferro punctim caesimque confossum, spirantem etiamtum, in undas proturbant. Emmanuel Alvarus .... secundum faciem vulnus accepit. dein ad tabulatum affigunt saucium, brachia cruraque confringunt, ossa collidunt, & .... supremos ducentem spiritus in fluctus agunt ... In reliquos deinceps socios, ut quisque obvius fuit, foede saevitum est. Blasio Riberae & Petro Fonsecae, coram sacra imagine procumbentibus, alteri gladiorum capulis cranium convulnerant, alteri maxillam solvunt pugione perfossam: utrique vita e vestigio expressa. Didacum Andradam .... inter audiendas confessiones, sociosque animandos, sicis confodiunt & in pelagus abjiciunt, adhuc clamantem,* PUGNEMUS, SOCII, FORTITER, NEC SANGUINI PARCAMUS, QUI CHRISTI SERVATORIS SANGUINE REDEMPTI SUMUS .... *Gregorius Scribanius & Alvarus Mendez, qui ex morbo & jactationis fastidio jacebant, &, si fuisset animo collibitum, dissimulata silentio conditione sua, poterant suae vitae consulere, profiluere in publicum, & gloriosae mortis desiderio, injecta sibi leviter veste societatis, ne mora corrumperet opportunitatem, seminudos sese ac jugula ferro nefariorum ostentarunt. Simon a Costa duo de viginti annorum, etiamnum tiro, quod dignitate corporis praeseferret nescio quid liberalioris indolis, & prosapiae claritatem, Soriae a militibus sistitur, quo sciscitante, jesuitane esset, quamvis inficiando dilabi posset, mori tamen in sanctitate religionis, quam desertor videri maluit. igitur constantiam atque animi ad confessionem robur indignatus pirata, suis in oculis jugulari adolescentem, & in mare projici praecipit. Sic in obvios quosque sociorum, qui in foris, ad militum vectorumque solatium, agebant, crudeliter perbacchati, succedunt tabulatis onerariae, quo socios, aetate infirmiores, Ignatius per tumultum abdiderat, binosque ac ternos ordine deinceps productos, togis talaribus exuunt, & adacto iterum atque iterum singulis in viscera pugione, semianimes e navi praecipitant, praecisis etiam, ne possent enatare, brachiis eorum aliquibus, quos fortasse validiores firmioresque conspexerant. Unus Joannes Sancius, quatuordecim annorum adolescens, periculum & nobilis mortis consortionem evasit, non suo quidem ille vitio, sed divino, ut credi consentaneum est, consilio, ut deforet olim e sociis, qui cruentam referret historiam fide oculata, consentiretque vectoribus aliis, qui postea seu fuga seu pretio vel gratuita libertatem accepere. ergo, dum vectores caeteros pirata sejungit a sociis, & cultum manusque singulorum explorat, pannosum Joannem callosumque intuitus: Ecquid tu coquus jesuitarum? ait. Ille interritus affirmare id, quod res erat, nec sociorum fortunam desugere. caeterum aetas tenerior, & brevior vestis, &, quod primum illis fortassis ac potissimum fuit, quia sibi ex usu ad coquendum foret, coplam illi vitae fecere ... Porro, ne integro sociorum numero deficeret unus ille subductus, suffecit alium, Joanni Sanchio prope cognominem, provida numinis benignitas, adolescentem probatae indoliis spectataeque virtutis, affinem praefecti classis lusitanae ... Nomen illi Sanctio Joanni vulgo fuit: quod cum scriptoribus nonnullis ignotum esset, Adauctum appellavere, majorum exemplo. hic igitur, dum fieret sociorum a vectoribus aliis in diversa secretia, jugulande-*

landorum se numero nihil tergiversatus ultro inseruit, ut, quibus optarat in terris adjungi, eorum ordini consociaretur in caelo. Jam, quo causa necis sociorum explorati or ad posteros certiorque transiret, Soria reliquos fortunis duntaxat suis exutos, potestate, quo vellent, digrediendi facta, missos fecit, iis lusitanis exceptis, qui primos tres illos e suis, onerariam e myoparone ingressos, obtruncarant; quibus suos ante oculos evelli praecordia atque in fluctus abjici homo truculentus imperavit. Exstinctis per omnem saevitiam hominibus, quorum tenebantur odio haeretici, in res sacras impie saevitum a sacrilegis est. producuntur in medium cistae, quibus Ignatius sacrum apparatum incluserat, vi convulsae effringuntur, sanctorum reliquiae contumeliose jactantur, lacerantur, comminuuntur, nefarie pedibus per ludibrium proteruntur. summus Deus caelitesque impetuntur blasphemiis. caput unius ex undenis millibus virginum, sanctae Ursulae sociarum, e fune carchesii per contemptum suspendunt, & sannis scommatibusque petulanter incessunt. deiparae & superum aliorum imagines per cachinnos & convitia in extrema navi deponunt; atque in eas, sicut in scopum, pugiones eminus jactu collineant. rosaria, pontificia benedictione sacrata, piorum codicum supellectilem, & quaeque alia talia alto dispergunt. postremo sacrosanctae Christi crucis fragmentum in flammas abjiciunt, & ipsiusmet servatoris suspensi signum per impium jocum ac ludum sublime attollunt, ecclesiastico cantu simulato prosequuntur, dein mensae impositum frequentibus sicarum ictibus configunt, probris & blasphemiis proscindunt...... Agebat etiam tum inter mortales.... sancta Theresia de Jesu.... Sanctam igitur hanc virginem, procul in Hispania absentem, quo tempore nostri quadraginta enecabantur ab haereticis, & numerum, & genus necis, & causam divinitus cognovisse, renunciasseque patri Balthassari Alvarez eadem ipsa die, & simul testatam esse, se illos martyrio, ut ajebat, gloriosos conspexisse in caelis, auctor est Didacus de Yepes, episcopus tarraconensis (ejusdem S. Theresiae & Philippi II. confessarius) in vita illius (Caesaraugustae edita anno 1606. & Paullo V. summo pontifici nuncupata) libro III. cap. 17.... Horum nomina...... subtexam, ex tabulario romano societatis Jesu descripta. &c.

Vides, Thuane, sic ab Alegambio narratum illud Christi confessorum martyrium, ut tu solitus es haereticorum tuorum narrare supplicia. locus ac tempus designata sunt: prolata nomina: virtutes animi, constantia, alacritas in obeunda morte commemoratae: conciones etiam inductae, & morientium suprema verba recitata: quid rem antecesserit, quid cum ea conjunctum fuerit, quid sit consequutum, diligenter notatum: si quid praeter naturam visum est accidisse, non omissum. neque tu aliter profecto in tua ejusdem facti narratione fecisses (nisi quod, majus atque subtilius ponendae ante oculos exornandaeque rei, & commovendorum etiam, tum erga caesos tum in caedis auctores, animorum, artificium adhibuisses; & longiore praeterea oratione usus esses. qui enim in una aut altera persona soles integras paginas consumere, in quadraginta hominibus tota propemodum volumina consumsisses), si, tantummodo moriendi causa commutata, non pro romana atque catholica religione, sed pro lutheriana aut calviniana haeresi tuenda, acies invicta illa cecidisset. nunc, quod Soria non catholicus, Ignatius sociique non haeretici fuerint, tu tantam rem, historia certe dignissimam, & ab omnibus, qui ante & post te de iisdem temporibus scripserunt, historicis celebratam, denique in catholicae ecclesiae fastos a BENEDICTO XIV. pont. opt. max. sum-

summa omnium catholicorum laetitia ac gratulatione relatam, sic in historia tua narrasti, ut, si te unum historicum haberemus, neque Soriam tam immanem tyrannum, neque Ignatium sociosque tam praeclaros Christi martyres fuisse, suspicaremur. usque adeo historicam rei veritatem *dissimulatio* tua, verax historice, nobis occultarat atque subduxerat.

Superest jam illud, quod fuit in partitione nostra tertium, ut te, quem & *simulatorem* & *dissimulatorem* historicum satis ostendimus, *mendacem* etiam fuisse, ostendamus. in quo mendaciorum tuorum multitudo ac vis propemodum infinita illud nobis, & agendo sane defessis, & valde jampridem verentibus, ne non satis e nostra posterorum tuorum dignitate sit impudentissimae expostulationi tuae a nobis tam multis verbis responderi, allatura commodi est, quod breviores in hac parte, quam in superioribus fuerimus, futuri simus. quum enim, si percensere singula atque explicare & argumentando coarguere vellemus, multo, quam tua historia est, longior evaderet oratio nostra (neque enim mendacium, ut verbo dicitur, ita etiam verbo refelli potest), statuimus mendacia tua acervatim colligere, eaque non tam numerare, quam expendere quodammodo atque metiri. qua in re, ne forte nos nimis acriter atque inimice tecum acturos existimes, nihil nostrum contra te, aut vero de te nos quidem afferemus, neque ulla totius hujus rei aestimatio nostra erit. amicos dumtaxat tuos, eosque non nisi a te ipso delectos atque advocatos, adhibebimus. ipsi totum hoc momentis suis expendent, ipsi mendaciorum tuorum modum metientur, ipsi aestimabunt. nam meministi profecto, te historiae tuae, simul atque edita typis est, amicis tuis gallis, germanis, anglis, atque aliis vulgo exempla misisse, magnoque ab iis opere petiisse, ut, si qua minus vere, de rebus praesertim ad suam cujusque gentem pertinentibus, a te scripta inter legendum animadverterent, de iis te per litteras admonerent: illos autem, ita a te rogatos, ne te negligere viderentur, &, ut mos amicorum est, quo non indiligenter opus a se tuum lectum ostenderent, non omnia quidem, sed nonnulla, falso a te scripta, pro se quemque adnotasse, ad teque adnotata perscripsisse. haec tu certe tibi uni scripta, tibi uni nota esse, voluisses. sed eadem tamen recentissimi historiae tuae editores londinenses nobis etiam scripta, nec nobis ignota esse, voluerunt. itaque cum ipsas amicorum tuorum litteras, tum adnotata eorum illa in ultimum tuorum operum tomum summa fide, magnaque cum omnium eruditorum & veritatis amantium gratia, conjecerunt.

Scis igitur (ut jam tecum acervatim agere incipiamus), Ludovicum Lobium quinque sexve gravissima historica peccata tua, a se animadversa, tecum amicissime communicasse, Carolum Clusium omnino sedecim, Joannem Bockstadium supra decem & octo, Gaspardum Laurentium supra viginti, Osvvaldum Gobelkoferium supra triginta, Joannem Meursium supra quadraginta, D. de Plessis Mornayum prope quinquaginta, Franciscum Svveertium prope octoginta, Guilhelmum Camdenum ad decem supra centum, Henricum Smetium amplius trecenta & quinquaginta. his adde multa ab anonymis, quorum exstant litterae, plura fortasse ab iis, quorum ad nos litterae non pervenerunt, deprehensa, tecumque communicata. in una Elisabethae, anglorum reginae, persona tam multa falso a te scripta Jacobus rex filius reperit, ut tibi vehementer ea re succensuerit, deque eo saepe cum Isaaco Casaubono, Londini tum apud eum commorante, expostularit. sic autem scripsit ad te Casaubonus V. Kal. mart. 1611. *Enimvero, cum ita sis ipse animatus, iniquissimo fert animo rex, alio-*

alioquin aequissimus, *te in opere contemnendo* . . . . . EXTRA VERI REGIONEM LONGE ABDUCTUM, *de gloriosissimi nominis regina*, *semper veneranda sibi parente*, *ea* PERSAEPE *in litteras retulisse*, *& quidem accurata diligentia* κατὰ λεπτὸν *commemorasse*, *quae scit ejus majestas*, *& scit certissime*, FALSA ESSE. Jam Marcus Velserus, unus ex iis, ad quos historiam tuam miseras, cujusque de ea sententiam rogaras, nihil ille quidem in ea nominatim reprehendit, sed ita de toto opere datis ad te X.Kal. nov. 1604. litteris sentire visus est, ut, cum tibi stili elegantiam non ademerit, plerisque tamen gravioribus rebus vix quidquam veritatis inesse, modeste quidem, sed tamen satis aperte, significarit. *De censura*, inquit, *quod petis*: *magna est futura scriptionis ad omnem posteritatem sine controversia commendatio*. *de rebus*, *Palaemon ego non sedeo*. *nimis quam difficile homini nato affectus exuere*, *& semper rectà ad veritatis scopum collineare*. *Caroli & Francisci*, *exempli causa*; *historiam qui non aliter gallus*, *aliter germanus narret*? *nec unquam alter alteri*, *quod verissimum esse ipse credat & quovis pignore contendat*, *tamen persuadeat*. *jam in ceteris eadem est ratio*; *ubi praesertim ad consilia*, *ad jura provinciarum*, *ad bellorum causas*, *ad privatam principum vitam*, *& multo maxime ad* CAUSAM RELIGIONIS *ventum*. *veritas fere imo puteo latet*. *nos summam saepe pro ea aquam libamus*, *aliena praesertim fide*, *tanquam haustris*, *usi*. Tu vero quibus *haustris* es usus? (volumus enim, ad amicorum tuorum de tuae historiae veritate sententiam tuum quoque testimonium accedere.) quo ex *puteo*, quae scripsisti, *hausisse* te, dicis? quos eximios auctores in historia tua scribenda sequutum te esse, confiteris? iteradum eadem illa nobis, quae, narrationibus tuis fidem conciliaturus, quodam loco scripsisti. credemus aliqua in re tibi, semper mentiri solito. *Ex actis*, inquis, *ipsis*, *& iis*, *quae jam tum quidem* RECENTIBUS ADHUC ODIIS SCRIPTA SUNT, *verum ad optimorum postea virorum fidem a nobis expensa sunt*, *citra livorem & amorem sequentia* (hoc est, quadraginta annorum res maximas, ad reip. potissimum ac religionis conversionem pertinentes, in Gallia gestas) *perscribemus*. Historicus ergo, qui *citra livorem & amorem* historiam te scribere, profiteris, ab iis historicis, qui, *odiis* iisque *adhuc recentibus* commoti, sua scripserunt, tua sumsisti? (nam, quod te eadem ad optimorum virorum fidem postea expendisse dicis, palmare mendacium est. scimus enim, &, quemadmodum Casaubonus de Jacobo rege ad te scribebat, *scimus certissime*, aut non expendisse te illa, aut certe non ad optimorum, immo ne bonorum quidem, virorum fidem expendisse.) quid? tu, quemadmodum *veritatem odium párere* nuper ajebas, sic modo *odium* censes *veritatem pârere* posse; &, quae *odio flagrante* scribuntur, vera ob eam ipsam rem haberi oportere? quis, non jam philosophorum, sed idiotarum, similiter sensit umquam; ac non potius, nihil veritati sive cognoscendae sive dicendae tam esse inimicum, quam omnem animi perturbationem, odium praesertim, existimavit? nos vero utrumque credimus, & odium esse inimicissimum veritati, quod omnes sentiunt, & te, quod tu de te ipso affirmas; ab historicis, *odio* eoque *adhuc recenti* commotis, tua sumsisse. ita non modo amicorum tuorum judicio atque sententia, sed tua voce ac testimonio, quantum a veritate in historia scribenda aberraveris, quamque non modo *simulator* ac *dissimulator* historicus, verum etiam *mendax*, fueris, intelligimus.

Quae quum ita sint, quumque causam tuam, Jacobe Auguste Thuane, nos posteri, ad quos ab aequalibus tuis appellasti, satis cognoverimus, ad sententiam de re ipsa dicen-

dam tandem aliquando veniamus. eam tu cum advocatis ac ſubſcriptoribus tuis, pauciſſimis planiſſimiſque comprehenſam verbis, habetote. Agite reum ab aetate tua; *quod verax in hiſtoria ſcribenda fueris*, apud nos queſtus es. Nos vero, *Fuiſſe te in hiſtoria ſcribenda mendaciſſimum, in tua aetate accuſanda iniquiſſimum, in appellanda poſteritate impudentiſſimum*, jurati judices pronunciamus.

INDEX

INDEX I.

Quis cui scripserit.

CORNELIUS *Aloysius* Bergomatibus Decurionibus. pag. 48. Bergomatibus Sacerdotibus. 50.
DANDINIUS *Anselmus* Alphonso Caraffae. 5. Pio quarto. 7.
EPARCHUS *Antonius* Pio quarto. 306.
NN. NN. 13. Tarnovio Comiti. 28. Ferdinando Imper. 41.
POGIANUS *Julius* Aldobrandinio Thomae. 98. 100. 164. Dandinio Anselmo. 17. 18. 284. Davanzathio Francisco. 184. Gratiano Antonio Mariae. 1. 181. Hosio Stanislao. 249. 345. Magio Octaviano. 66. 81. 87. Manutio Paullo. 75. Seripando Hieronymo. 317. Torrentio Laevino. 322.
TRUCHSESII *NN.* Senatui Populoq. rom. 116.
TRUCHSESIUS *Otho* Agricolae Stephano. 91. Atrebatensi card. 292. 293. Atrebatensium episc. 344. Bambergensium episc. 19. a Bergea Roberto Leodiensium episc. 58. 102. 222. 299. 304. 319. 346. Bisuntinorum archiepisc. 54. Bisuntinis consulibus & senatui. 55. Coloniensium archiepisc. 175. Cracoviensi palatino. 356. Cracoviensium episc. 113. Cromero Martino. 20. 55. 72. 85. 90. 93. 107. 137. 144. 203. 221. 226. 244. 251. 257. 266. 277. 280. 286. 297. 303. 326. 349. Cythardo Matthiae 149. Dandino Anselmo. 14. Diesbachio Mauritio. 343. Dilingensi collegio. 193. Everardo Nicolao. 12. Ferdinando imperatori. 8. 24. 26. 44. 45. 47. 53. 57. 62. 71. 88. 102. 104. 129. 160. 236. 256. 258. Flandriae praefecto. 292. Friburgensi academiae. 103. Germaniae sacrique imperii principibus. 242. Gnesnensium archiepisc. 74. 80. 138. Hebero Paullo. 179. Hosio Stanislao. 27. 40. 42. 48. 50. 52. 56. 61. 63. 65. 68. 82. 86. 89. 92. 95. 105. 108. 117. 129. 141. 143. 145. 150. 152. 162. 180. 189. 199. 204. 218. 224. 228. 237. 239. 247. 253. 255. 259. 260. 263. 269. 277. 278. 285. 287. 291. 300. 305. 313. 314. 321. 324. 329. 340. 341. 345. 348. 354. 359. 370. 372. 373. Illecino Jacobo. 217. Legatis concilii tridentini. 357. Lindano Guilhelmo. 352. Lotharingiae duci. 267. Lotharingiae ducis matri. 268. Majori Georgio. 180. Maximiliano regi Bohemiae. 140. 276. 253. Naumburgensium episcopo. 182. Poloniae regi. 111. 138. Poloniae reginae. 112. Quinquecclesiensium episc. 64. 143. 148. 304. Rabano jurisperito. 65. Sabino Georgio. 181. Seldio. 161. Sinchmosero Marco. 161. Spazio Joanni. 128. Staphylo Friderico. 240. Stradino Ludovico. 163. Tarnovio Joanni. 84. 115. Tarnovio Joanni Christophoro. 84. 115. 223. 294. 369. Torrentio Laevino. 320. 347. Truchsesio Friderico. 15. 46. 127. 295. Truchsesio Gebhardo. 374. Truchsesio N. 23. Zimmermano Jacobo. 283.

INDEX II.

Cui quis scripserit.

AGRICOLAE *Stephano* Otho Truchsesius. pag. 91.
ALDOBRANDINIO *Thomae* Julius Pogianus. 98. 100. 264.
ATREBATENSI *cardinali* Otho Truchs. 292. 293.
ATREBATENSIUM *episcopo* idem. 344.
BAMBERGENSIUM *episc.* id. 19.
a BERGES *Roberto* id. 58. 102. 222. 299. 304. 319. 346.
BERGOMATIBUS *decurionibus* Aloysius Cornelius. 48. *Sacerdotibus* id. 50.
BISUNTINORUM *archiepisc.* Otho Truchs. 54. *Consulibus & senatui* id. 55.
CARAFFAE *Alphonso* Anselmus Dandinius. 5.
COLONIENSIUM *archiepisc.* Otho Truchses. 175.
CRACOVIENSIUM *episc.* id. 113. *Palatino* id. 356.
CROMERO *Martino* id. 20. 55. 72. 85. 90. 93. 107. 137. 144. 203. 221. 226. 248. 252. 257. 266. 277. 280. 286. 297. 303. 326. 347.
CYTHARDO *Matthiae* id. 149.
DANDINIO *Anselmo* Julius Pogianus. 17. 18. 284. *Eidem* Otho Truchses. 14.
DAVANZATHIO *Francisco* Jul. Pogianus. 184.
DIESBACHIO *Mauritio* Otho Truchses. 243.
DILINGENSI *collegio* id. 193.

Everardo *Nicolao* id. 12.
Ferdinando *imp.* NN. 41. *Eidem* Otho Truchses. 8. 24. 26. 44. 45. 47. 53. 57. 62. 71. 88. 102. 104. 129. 160. 236. 256. 258.
Flandriae *praefecto* id. 292.
Friburgensi *academiae* id. 103.
Germaniae *sacrique* imperii principibus id. 242.
Gnesnensium *archiepisc.* id. 74. 80. 138.
Gratiano *Antonio Mariae* Jul. Pogianus. 1. 281.
Hebero *Paullo* Otho Truchses. 179.
Hosio *Stanislao* Jul. Pogianus. 249. 345. *Eidem* Otho Truchses. 27. 40. 42. 48. 50. 52. 56. 61. 63. 65. 68. 82. 86. 89. 92. 95. 105. 108. 117. 129. 145. 150. 152. 162. 180. 189. 199. 204. 218. 224. 228. 237. 239. 247. 253. 255. 259. 260. 263. 269. 277. 278. 285. 287. 291. 300. 305. 313. 314. 321. 324. 329. 340. 341. 345. 348. 354. 359. 370. 372. 373.
Illecino *Jacobo* id. 217.
Lindano *Guilhelmo* id. 352.
Legatis *concilii tridentini* id. 357.
Lotharingiae *duci* id. 267.
Lotharingiae *ducis matri* id. 268.
Magio *Octaviano* Jul. Pogianus. 66. 81. 87.
Majori *Georgio* Otho Truchses. 180.
Manutio *Paullo* Jul. Pogianus. 75.
Maximiliano *regi Bohemiae* Otho Truchses. 140. 176. 253.
NN. NN. 13.
Naumburgensium episcopo Otho Truchses. 182.
Pio IV. Anselmus Dandinius. 7. *Eidem* Antonius Eparchus. 306.
Poloniae *regi* Otho Truchses. 111. 138.
Poloniae *reginae* id. 112.
Quinquecclesiensium *episc.* id. 64. 143. 148. 304.
Rabano *jurisperito* id. 65.
Sabino *Georgio* id. 181.
Seldio id. 161.
Senatui *populoque romano* Truchsesii. 116.
Seripando *Hieronymo* Jul. Pogianus. 317.
Sinchmosero *Marco* Otho Truchses. 161.
Spazio *Joanni* id. 128.
Staphylo *Friderico* id. 240.
Stradino *Ludovico* id. 163.
Tarnovio *comiti* N.N. 28.
Tarnovio *Joanni* Otho Truchses. 84. 115.
Tarnovio *Jo. Cristophoro* id. 84. 115. 223. 294. 369.
Torrentio *Laevino* id. 320. 347. *Eidem* Julius Pogianus. 322.
Truchsesio *Friderico* Otho Truchses. 15. 46. 127. 295.
Truchsesio *Gebhardo* id. 374.
Truchsesio N. id. 23.
Zimmermano *Jacobo* id. 183.

ORATIONES.

Ad Pium IV. Regis Lusitaniae nomine Oratio I. pag. 30.
Ad eumdem pro Equitibus Rhodiis Oratio II. pag. 32.

INDEX III.

RERUM ET NOMINUM.

A

ABramius Nicolaus. 216.
Abstemius Petrus. 1.
Admiralius. Vide *Colinius*.
Adrianus VI. 324.
Aeschylus. 313.
Aenigmatica epistola. 99.
Agellii Antonii memorabilia. 274. 275.
Agricola Ignatius. 193. notatus. 194.
Agricola Stephanus e lutheriano catholicus. 91. Romam venturus. 182. 206.
Albanus dux. 336.
Albaspinaeus Sebastianus. 199. 336.
Albertinus Franciscus. 301.
Albertus Bavariae dux. 43. 194. 288.
Albertus Brandenburgensis marchio. 371. 374.
Alcestis Euripidis. 99.
Aldobrandinius Petrus card. 187. 265.
Aldobrandinius Thomas. 96. 98. 100. 265.
Alegambius Philippus. 395.
Alexandrinus Michaël card. 119. 121.
Alexandrinus patriarcha. 173.
Alexandri VII. ad venetam & lucensem resp. epistolae. 172.
Alifanorum in épiscopatu Jacobus Noguera Antonio Augustinio succedit. 206.
Alphonsus II. neapolitonorum rex. 29.
Altaempsius M. Siticus cassanensium episcopus ad Ferdinandum I. imper. a Pio IV. avunculo legatur. 62. 106. cardinalis creatur. 241.
Alvarus Emmanuel Ignatii Azebedii socius. 398.
Ambosiae in haereticos ab Henrico II. Galliarum rege animadversum. 336.
Amulius M. Antonius card. 275. 349.
Amyclae tacitae. 257.
Anacreon. 99.
Andrada Didacus Ignatii Azebedii socius. 390. 398.
Anellius Thomas. 29.
de Anna Abrahimus. 173.
Antonianus Silvius Faërni fabellas edit. 360.
Antonius Nicolaus. 206. notatus. 209.
Antuerpiensium episc. Philippus Nigrius. 343.
Apollodori. 187.
Aquilae & Viani marchio. 160. 161.
Aquisgranenses. 109. 121. 123. 124. 141. 150. 189. 226. 228. 235. 247.
Aracaeli cardinalis. Vide *Delera Clemens*.
Archi comes Prosper. 71. 72.
Archi comes Scipio. 20. 24. 25. 71. 72. 95. 136.
Argentoratensis episcopus. 120.
Aristotelis graeci libri male latine versi. 16.
Atestii Hippolyti Card. in Gallias legatio. 296. 330. 333. 336.
Atestia gens potius dicenda quam Estensis. 295.
Atrebatensium episcopus. 13. 292. 293. 343. 344.
Athanasii Dionysii epistola. 3.
Avaricum. 128.
Avenionensis motus. 126.
Audomarensium episc. Hamericourtius. 343.
Auguria ineuntis anni. 15.
Augustae jesuitarum collegium instituendum. 147.
Augustana confessio. 143. 146. 202. 218. 233.
Augustano episcopatui vicarius quaeritur. 322. 339. 340. 343. 344.
Augustinius Antonius alifanorum episcopus. 206. postea Ilerdensium. 191. Ejus ad Latinium epistola. *ibid.*
Avieni ad Theodosium fabulae. 365. 366.
Aurelianensis dux Alexander. 329.
Ausentius Jacobus. 336.
Auster Romae per aestatem pestilens. 81.
Austriae archidux Carolus. 169.
Ayala Joannes. 139.
Azebedii Ignatii & sociorum martyrium. 389. 395. & seqq.

B

BAdensis marchio Carolus. 230.
Barasii causa. 118.
Barbarus Hermolaus. 202.
Barberiniana Bibliotheca. 32.
Bardius Hippolytus. 306. 321.
Bariense Sigismundi Augusti Poloniae regis negocium. 28. 29.
Bartius Petrus. 28.
Bavariae dux Albertus. 43. 48. 51. 194. In eum Thuani acerbissima carmina. 385.
Belgii episcopatuum divisio. 59. 343. 347.
Bellajus Joannes. 382.
BENEDICTUS XIV. 174. 175. 389. 390. 399.
Bentlejus Richardus. 361.
a Berges Robertus leodiensium episcopus. 58. 59. 60. 299. 323.
Bergomatium decurionum ac Sacerdotum de cardinalis Aloysii Cornelii episcopatu gratulatio. 48. 50.
S. Bertini abbas Hamericourtius. 343.
Bertrandus Joannes card. 221.

Beza

Beza Theodorus. 329. 330. 332. 333. 335.
Bituntinorum episcopus. Vide *Mussus Cornelius*.
Bituriges. 128.
Boccaccius Joannes. 160.
Bockhadius Joannes. 400.
Bocquinus Joannes. 329.
Bohemiae reginae munus aureae rosae a Pio IV. missum. 258. 259.
Bohorquia. 183.
Bonfdelphinius. 385.
Bonfius Georgius. 92.
Bonjoannes Berardus camertium episcopus a Pio IV. in Poloniam nuncius missus. 203. 226.
Bononiensium Quadragintaviratus. 12. 254.
Bonuccius Antonius Maria. 323.
Borbonius card. 330.
S. Borgia Franciscus. 289. 325.
S. Borromaeus Carolus card. 272. 285. 288. 349.
Borromaeus Fridericus. 153.
Bosserius Claudius. 329.
Brandenburgensis marchio. 368. 371. 372. Elector. 246.
Bransuicensis dux Ernestus. 230.
Bremensis archiepiscopus. 347.
Brentius. 118. 290.
Brixina. 314.
Brugense collegium. 168. Episcopus Petrus Curtius. 243.
Brunsvicensis dux. 246. 247.
Burdegala. 128.
Buderius Gottliebus Christianus. 188.
Bullae de instaurando concilio tridentino conficiendae quibus a Pio IV. negocium datum. 158.
Bullingerus. 118.
Burgi Annae supplicium. 384.
Buscoducensium episcopus Franciscus Sonnius. 343.

C

Caccialupi Bononienses. 12.
Caesius Fridericus card. 221.
Calvinus Joannes. 200.
Camdenus Guilhelmus. 400.
Cameracensis pax. 31.
Camertium episcopus. Vide *Bonjoannes*.
Camerarius Joachimus. 201. Ejus comoediarum Plauti editio. 360.
Camotius Jo. Baptista asulanus. 4.
Campana Caesar. 392.
Canobius Jo. Franciscus. 224. 252. 258. 259. 298. 327. 328. 350
Canisius Petrus. 70. 147. 196. 199. 218. 289. 322. Conciliorum coloniensem editionem adjuvat. 349.
Capnio. 121. 122.
Capuccinorum Moscuae conventus. 173.
Caracciolus Antoninus Thuani historiae censor. 356.
Caraffa Alphonsus. 5. 6. 220.
Caraffa Joannes Palliani dux. 220. 221.
Caraffa Carolus card. 10. 13. 220. 221.
Cardinalium ex episcopatuum nomine appellandorum consuetudo. 73.
Carga Joannes. 1.
Carolus Austriacus Ferdinandi imper. filius. 94. 169.
Carolus IX. galliarum rex. 329.
Caroli V. romanorum imper. Bononiae per Clementem VII. coronatio. 8. Bellum cum Francisco I. Galliarum rege. 34. In haereticos bellum. 382.
Corolus IV. imper. 381.
Carpensis card. Vide *Pius Rodulphus*.
Carteromachus sive Forteguerra Scipio. 4.
Casa Joannes. 185.
Casaubonus Isaacus. 385. 400.
Cassanensium episcopus. Vide *Altaempsius*.
Cassoviensium tumultus. 226.
Castellionaeus card. 330.
Castrius Benedictus. 398.
Catharina Austriaca Ferdinandi I. imper. filia, Sigismundi Augusti Polooiae regis conjux. 112. 113.
Catharina Medicia Galliarum regina. 329. Ad eam Jacobi Laynii de non audiendis haereticis oratio. 333. Legationem ad Philippum II. de conventu possiacensi mittit. 336.
Catechumenorum cura Sirleto demandata. 313.
Cavagnina. 183.
Celere cum sexto casu. 359.
Centurionius Marcus. 352.
Cephaleniae & Zacynthiorum episc. Joannes Franciscus Commendonus. 177.
Cerda Lodovicus. 257.
Cerronius Alexander. 316. 342.
Chiazuola Hippolytus Vergerium confutat. 69. 70.
Chronologicae rationis difficultas. 325.
Cicada card. 158. 221.
Cicero. 283. 285. 329. 350. 356. 359. Ejus Philippicae & aliae tres orationes a Phaerno emendatae. 361. 362.
Cinius Jo. Baptista. 351.
Cithardus Henricus. 124. 145. 150.
Cithardus Matthias. 97. 106. 108. 120. 121. 124. 145. 151. 159. 162. 191. 219. 220. 226.
Clarius Jo. Antonius. 325. 345.
Clebitius Guilhelmus. 368.
Cleindienstius Bartholomaeus. 103. 104. 144. 198.
Clemens VII. rhodiis equitibus favet. 39.

Clementis VIII. Conftitutiones. 169. 170.
Clementis XI. litterae ad patriarcham alexandrinum, ad Mofchoviae ducem, ad Dolenfem civitatem, ad Poloniae regem. 173. 174.
Clevenfis dux. 247.
Clodinius Stanislaus. 28.
Clufius Carolus. 400.
Cnifius Josnucs Groeningenfium epifcopus. 343.
Cobelius. 353.
Colinius Gafpar. 183. 199. 200.
Colonienfes. 129. 190. Bibliotheca. 122. Elector. 247. 347. Conciliorum editio. 349.
Comes Natalis hiftoricus. 154. 158.
Comma Lyfiades. 99.
Commandinus Fridericus. 101.
Commendonus Jo. Francifcus in Germaniam nuncius concilii tridentini caufa a Pio IV. miffus. 86. 176. Ejus Zacynthiorum epifcopatus. 177. Viennam venit. 217. 218. Decedit. 220. Naumburgum venit. 225. 229. Quae refponfa a Germaniae principibus de concilio acceperit. 245. 246. Profectionis in Daniam fublatum confilium. 282. Ejus praeclarae actiones. *ibid.* & 353.
Conarfcius Adamus. 111. 112. 138.
Conciliorum nova editio Coloniae curanda. 349.
Concina Daniel. 125.
Confeffio Auguftana. 146. 202. Catholicae fidei chriftiana, liber Stanislai Hofii. 126. 354. 355.
Conftantinus imper. 330.
Coqui viennenfes. 143.
Cornelius Aloyfius card. 48. 50. 221.
Cornelius Fridericus card. 49.
Cornicula in fabulis. 208.
Cornucopiae auctor Nicolaus Perottus. 365.
Coronellius Vincentius notatus. 64.
Cofmus I. florentinorum dux Romam venit. 153. Graecos codices coëmit. 312. Francifcum filium in Hifpaniam ad Philippum II. mittit. 351.
a Cofta Simon. 398.
Cottae Pomponius & Lucius. 88.
Cracovienfis epifcopus Philippus Padmeuskius. 313. Palatinus. 356. 357.
Cramius Francifcus. 330.
Crafofchius pumilio. 370.
Cratepolius. 122. 123.
Cremerius Matthias. 122. 123.
Cromerus Martinus. 21. 107. 214. 298. 351.
Cueva Bartholomaeus. 221.
de Cunha Rodericus. 393.
Curio Coelius Secundus. 383.
Curtius Petrus brugenfium epifcopus. 343.
S. Cypriani opera emendantur. 273. 275. 276.
Cyprianus Ernestus Salomon. 97. 203.
Cyrenaicus. 99.

D

Dandinius Anfelmus. 6.
Dandinius Hieronymus card. 5. 7. 14. 186.
Danielis Fanum in Foro Julii. 1.
Daniae regis fuperbum refponfum. 282.
Dantifcum. 183.
Danubii eluvio. 93.
Davanzathius Francifcus. 98. 264. Ejus ad Sirletum epiftola. 185.
Daventrienfium epifc. Aegidius de monte. 343.
Delphinius Jo. Petrus epifcopus Zacynthi & Cephaleniae fecundus. 177.
Delphinius Zacharias pharienfium epifcopus a Pio IV. nuncius in Germaniam mittendus. 86. 90. 106. Viennam venit. 129. quibus cum mandatis. 130. 148. 149. Pragam ac Naumburgum venit. 190. 220. 224. 225. 229. & feqq. Alia ejus itinera. 234. 259.
Demofthenes. 308.
Denaifius. 385.
Diazius Petrus. 395.
Diesbachius Mauritius. 339. 343. 344.
Dignus cum cafu patrio. 299.
Dilingae jefuitarum collegium inftituendum. 147.
Dilinganorum profefforum difcipulorumque laus & cohortatio. 193. & feqq.
Dilingenfe S. Hieronymi collegium. 193. 194. 198. Ejus ftatuta. 197.
Diogenis Laërtii opus. 264.
Diomedes Homericus. 77.
ad Dolenfem civitatem Clementis XI. epift. 174.
Dolera Clemens card. 278.
Dominicani ftudiorum domicilium Friburgi inftituunt. 136. Dilingani collegii profeffores. 193. 198. Concilii tridentini theologi. 290.
Donaverdae antiftes Stephanus. 194.
Dordracum. 353.
Drafcovicius Georgius Quinqueccleficnfium epifcopus. 64. 143. Poftea colocenfium archiepifcopus & card. 260. 261. 286. 287. 303. 373.

E

Echerdius Jacobus. 121. 122. 123. 289. 290.
Eifengreinii Guilhelmi Catalogus teftium veritatis. 206. 212.
Eifengreinii Martini memorabilia. 239. 240. Ejus epiftola. 120.
Eleonora ab Auftria. 168.
Elifae Terefiani hiftoria. 392.
Elifabetha Angliae regina. 400.
Emaldius Thomas. 295.
Empfius. Vide *Altaempfius*.
Eudavianus Petrus. 193.

Eufife-

Ensiferorum equitum societas. 326. 327.
Eparchi Antonii de Othmanorum tyrannide delenda liber graece scriptus & in latinum conversus. 308.
Epharchus Antonius. 306. Ejus ad Sirletum epistola. 312.
Erasmus. 313.
Erbartus Valentinus primislicnsium episcopus. 326.
Erfordiensis conventus. 282.
Ernestus Alberti Bavariae ducis frater, salisburgensium archiepiscopus. 194.
Ernestus Alberti principis filius, frisingensium episcopus. 119.
Estensis. Vide *Atestius*.
Etesiae pomeridiani. 81.
Eumonucus. 30.
Euripidis Alcestis. 99.
Exardeo verbum fortasse non latinum. 44.

F

Faërnus Gabriel. 186. 187. 251. Ejus mors. 359. Pio IV. charus, & antiquorum codicum studiosus & emendator. 360. 361. 362. a Thuani criminatione vindicatus. 363. & seqq. Ejus opera. 368.
Fagnanus Jo. Baptista. 53. 54. 55.
Falenscius Stanislaus, abbas suleoviensis. 370. 371. 373.
Falisci. 321.
Farnesius Ranutius card. 101.
Ferdinandus austriacus archidux. 92. 94.
Ferdinandi I. imper. ad Pium IV. gratulatoria de pontificatu max. epistola. 8. Ejus ad eumdem orator Scipio Comes de Arco missus. 20. 24. 25. Filiae undecim. 41. In Societatem Jesu benignitas ac liberalitas. 44. 45. Religio ac pietas. 61. 124. Isabella & Catharina filiae, Poloniae reginae. 312. Ei sacri gladii munus a Pio IV. missum. 258. Ejus oratores tridentum adscendunt. 373.
Ferrariensis card. Vide *Atestius Hippolytus*.
Fidelius Pii IV. cubicularius. 255.
Flaccius Matthias Illyricus. 246. 153. 202.
pro Flacco & pro Fonteio Ciceronis orationes a Faërno emendatae. 362.
Flandriae praefectus Zuverdius Lazarus. 292.
Flarius Garzias. 119.
Florae forum. 280.
Florentinorum dux. Vide *Cosmus*.
Florentini ducis princeps filius Romam venit. 251.
Floridus. 190.
Foedus monachiense. 251.
Fogginius Petrus Franciscus. 191.
Fonseca Petrus. 398.
Fontebellaquense Galliarum regni procerum concilium. 199.
Fore male cum *quin* conjunctum. 272.
Formentius sive Frumentius Pii IV. thesaurarius. 148. 349. 355.
Forstcrius Jo. 163.
Forteguerra, sive Carteromachus, Scipio. 4.
Fortunatae insulae. 396.
Forum Julii. 1.
Franchius Nicolaus. 187. 188.
Franciscus I. Galliarum rex. 34.
Friburgense studiosum domicilium. 136.
Frisacum carinthiae urbs. 194.
Frisingensis episcopus Ernestus Alberti Bavariae ducis filius. 119.
Frumentus. Vide *Formentius*.
Fuggerus Octavianus. 385.
Fuldense collegium. 166.
Funchalensis portus. 396.

G

Adaldinus M. Antonius. 312.
Gaiet Vittus. 109.
Gallasius Nicolaus. 329.
in Gallia de exterminandis haereticis actum. 199. Religionis qui in ea status. 339.
e Gallia ejecti haeretici. 199. 221.
Galliae regina. Vide *Catherina*.
Galliae regis nomine oratio in officio praestandae Pio IV. obedientiae. 47.
Galli in concilium tridentinum instaurandum consentiunt. 288. Eorum motus. 349. 369.
Gallius Ptolemaeus martoranensium episcopus, deinde card. 70.
Gallus Nicolaus ratisbonensis. 253.
Gámbara Laurentius. 324.
Gandavensium episc. Cornelius Jansenius. 343.
Gellius Aulus. 313. 367.
Gentilia nomina quem exitum habeant. 295.
Georgius Polonus. 189.
Germanicum collegium. 163. Ejus institutio. 164. 166.
Ghilinius Hieronymus. 368.
Glaciensis collegii institutio. 170.
Glaucus Homericus. 77.
Glorierius Caesar. 118.
Gnesnensium archiepiscopus. Vide *Praerembius*.
Gobelkeferius Ofwaldus. 400.
Gonzaga Caesar. 254.
Gonzaga Hercules card. concilii tridentini legatus renunciatur. 236. 253. Hosium pecunia juvat. 372.
Gonzaga Franciscus card. 253. 255. 302. 342.
Gottliebus Buderius Christianus. 188.
Graeciae calamitas. 308.
Graecensis collegii institutio. 169.
Graecum de olitore proverbium. 313.

Gran-

Digitized by Google

Granvellanus. Vide *Perenottus Antonius*.
Gratianus Ant. Maria junior. 333.
Gratianus Ant. Maria senior. 1. 4. 24. 151. 198. 282.
Gratianus Nicolaus. 2.
Gratulor cum sexto casu. 356.
Gravesonius Hyacinthus Amat. 335.
Gregorius X. 323. 324.
Gregorii XIII. constitutiones. 166. 167. 168.
Gregorii XV. constitutio. 171.
Gretserus Jacobus. 123. 384.
Groeningensium episc. Jo. Cnifius. 343.
GrosbechiusGherardus decanus leodiens.346.347.
Gnidiccionius Jo. 3.
Guidottus Claudius. 12.
Guilhelmus Mantuae & Montisferrati dux. 168.
Guisius Claudius, primus Guisae dux. 24.
Guisius Ludovicus card. 24. 46. 330.
de Guzman Ludovicus. 393.

H

de Haereticis e Gallia exterminandis actum. 199. Eorum inter se dissidia. 200.201. Catholicorum simiae. 334.
Hamericourtius S.Bertini abbas, audomarensium episc. 343.
Hannibal Ephesi. 280.
Heraeus Franciscus. 292. notetus. 293. 343.
Harlemensium episc.Nicolaus a Novaterra. 343.
Harlemius sive Herlemius Cornelius. 193. 194. 195.
Hartzheimius Joseph. 122. notatus. 123.
Hartamanni. 121. 122.
Hasteinius Masquardus spirensium episc. 194.
Havetius Antonius uemurcensium episc. 343.
Hector homericus. 350.
Heidelberga. 152.
ad Helvetios Urbani VIII. epistola. 171.
Hemmius electoris palatini secretarius. 230.
Henricus II. Galliarum rex. 31. In haereticos Ambosiae animadvertit. 336.
Henricus Leo. 395. du Henry card. 286.
Heraclidae. 99.
Herbipolensis episc. scripta. 120. 152.
Hermendus viennensium episcopi vicarius. 322.
Hidelbornii fratres. 184.
S. Hieronymi dilingaunum collegium. 197. Opera a Sirleto purgantur. 273.
Hildelmensium episc. 246.
Hispani catholicae religionis retinentissimi. 263. 288. 323. 337. 349. Ex iis, qui primus episcopus Tridentum venerit. 338.
Homerus. 77. 350.
Honstainensis comes. 230.
Horatius Flaccus. 152. 208.
Hortensius M. Antonius. 186.
Hosii Stanislai, varmiensium episcopi, summa apud omnes Romae existimatio. 21. 22. Viennam pontificius nuncius proficiscitur. 26. 27. 40. Rei familiarie difficultate laborat. 42. 86. 97. 110. 279. 285. 301. 340. 369. Oeniponti cum Ferdinando imperatoria filiabus congreditur. 42. Febricula ex gravedine conflictatur. 43. Cum Bavariae principe paschatis dies festos agit. 48. 51. Viennam venit. 43. Cum Ferdinando imper. colloquitur. 61. Improborum maledictis incessitur. 69. 252. 277. Viennae ritus catholicos revocat. 96. Cum Maximiliano Bohemiae rege de religione agit. 118. Commodiorem reddit. 137. 141. 146. 218. Ejus anxietates. 82. 86. 89. 90. 97. 117. 151. 190. 278. 279. 340. 372. Opus inscriptum „ Confessio catholicae fidei christiana „. 126. 355. Confessionis augustanae confutationem inchoat. 218. Cardinalis, & concilii tridentini legatus creatur. 237. 239. Ejus ad Pogianum epistola. 251. Cardinalatus insignia ad eum missa aliquamdiu repudiet. 255. 260. De ejus re atque honore trinae Pii IV. litterae. 269. & seqq. De recessu ac secessu cogitat. 278. S. Laurentii in Panisperna titulo ornatur. 301. Tridentum proficiscitur. 305. Tridentum venit. 313. 314.
Hosius cordubensis episc. 250.
Hugonotorum factio. 329.
Hospitalius, magnus regni Galliae cancellarius. 329. 330. 336.
Hungarica calamitas. 288. 291.
Hungaricis episcopia bullarum pensio condonata. 202.

I

Jacobus Angliae rex. 400.
Jansenius Cornelius gandavensium episc. 34.
Jesuitae a Ferdinando I. imper. filiabus christianae vitae moderatores expetiti. 43. In eos Ferdinandi ipsius benevolentia ac liberalitas. 44. 45. Iis in instituenda juventute laus a summis pontificibus tributa. 164. & seqq.
Illecinus Jacobus. 205. & seqq. 217.
Illicinus Bernardus. 205.
Illyricus. Vide *Flaccius*.
Innocentii XI. ad Leopoldum imper. epistola. 173.
Joanna Austriaca, Caroli V. filia. 30.
Joannes Sanctius. 198.
Iprense collegium. 168. Episcopus Martinus Rithovius. 343.
Isabella Aragonia. 29.
Isabella Austriaca, Ferdinandi I. imper. filia, Sigismundi Augusti, Poloniae regis, conjux. 212.
Isengreinius. Vide *Elsengreinius*.

Digitized by Google

Judex Matthaeus pestilentissimi libri auctor. 357.
Julius III. 382.
Justinianus Aloysius. 119. 120.

K

Kalendarum ratio. 191. 192.
Koller Wolfangus. 230.
de Kuon Jo. Jacobus salisburgens. archiepisc. 204.
Kurakinus dux Borisius. 173.
Kutzsborkius Valentinus. 142. 159. 345. 346. 355.

L

Landishutum. 194.
Lantgravius. 233. 235.
Larrieus Petrus. 192.
Latinius Latinus in restituendis S. Cypriani operibus laborat. 273. 275. 276.
Latertiani filius Pompejus. 354. 371.
S. Laurentii aedes in Panisperna. 301. 302. 303.
Laurentius Gaspardus. 400.
Lauserianae strenae examen. 123.
Laynius Jacobus. 290. Ad conventum possiacensem venit. 330. a Thuani criminationibus defensus. 332 & seqq. Ejus in eo conventu oratio. 333. 334. Laus. 335.
Lazerus Petrus. 362.
Legatorum concilii tridentini ad card. Borromaeum epistolae. 296. 314. 315.
Leo X. 382.
Leodiensis archidiaconus Theobaldus. 323. 324. Vide *Torrentius*.
Leodiensis decanus Grosbechius Gherardus. 346. 347.
Leodiensium episcopus. Vide *a Berges Robertus*.
ad Leopoldum imper. Innocentii XI. epistola. 173.
Leuwardiensium episc. Cunerus Petri. 343.
Liber pestilens e Germania missus. 357. 358.
Liladamus Philippus. 33.
Linda aestu maris absorpta. 353.
Lindánus Guilhelmus. 193. 194. 196. Ruraemundensium episc. 343. Cum Commendono Bruxellis congreditur. 352. Ejus memorabilia. 353.
Linter. 199.
Lippomanus Hieronymus. 295.
Lipsius Justus. 216. Ejus ed Thuanum epistola. 385.
Lithuania. 370.
Livius a Faërno emendatus. 360.
Livonia. 326. 327.
Lobius Ludovicus. 400.
Lobrovicie nsis collegii institutio. 169.
Lolgius Guido Faërni in Plauto emendando adjutor. 360.
Loos Callidius Cornelius. 122. 123.
Lotharingiae & Barri dux Carolus. 166.
Lotharingus Carolus card. 24. 46. 166. 330. 332. 335.
ad Lucensem remp. Alexandri VII. epistola. 172.
Luchinius Vincentius. 362.
Lunensis comes. 135. 136. 153.
Lusitanorum regum & populorum pietas. 30. 31. 32.
Lutherus Martinus. 201.
Lysiades Comma. 99.

M

Maceratae urbis descriptio. 3. 4.
Madruccius Christophorus. 40. 46. 321.
Madruccius Georgius. 9.
Madruccius Ludovicus. 46.
Maffejus Petrus. 395.
Magdeburgensium archiepisc. 246.
Magius Octavianus. 74. 76. 82. 87. 88.
Magrius Dominicus. 209.
Majae filius. 99.
Major Georgius. 202.
Malespinia familia. 160. 161.
Malo Joannes. 329.
Mannellius Franciscus, Amaretti filius. 160.
Mantuae dux Guilhelmus. 168. Ejus uxor Catharina Austriaca, Ferdinandi I. imper. filia. 113. Collegium Soc. Jesu instituit. 168.
Mantuanus cardinalis. Vide *Gonzaga Hercules*.
Manutii Paulli binae ad Muretum litterae. 362. 363.
Manutius Paullus. 33. 60. 67. 77. 78. Ejus ad Pogianum epistola. 75. Romam ad artem typographicam exercendam a Pio IV. evocatur. 273. & seqq.
Marcellus II. 310. 311. Graecos libros in vaticanam bibliothecam infert. 312.
Marchianum. 41.
Margarita aurelianensis. 329.
Mariana Joannes. 337.
Mariniani marchio. 309.
Maris aestu Linda cum 72. pagis absorpta. 353.
Marloratus Augustinus. 329.
Martellius Baccius. 352.
Martinellius Floravantes. 301.
Martoranensium episc. Vide *Gallius*.
Materia infula. 395. 396.
Mauritianum bellum. 194.
Maximilianus Bohemiae rex, Ferdinandi I. imper. filius. 51. 57. 61. 96. 106. 118. 135. 137. 141. 146. 153. 219.
Mecastor faeminarum jusjurandum. 367.
Mechelburgensis dux. 235.
Mechlinia urbs Brabantiae. 59. Ejus archiepiscopus Antonius Perenottus granvellanus. 343.

Medi-

Medicius Franciscus Cosmi I. filius Romam venit, in hispaniam profecturus. 351. 352.
Medicius Garsias. 154.
Medicius Joannes card. 100. 154.
Mehercule virorum jusjurandum. 367.
Melanchthon Philippus. 146. 201. Ejus sepulcralis inscriptio. *ibid.* Morientis vox. 331.
Melitansea aquitas. 33.
Mendes Alvarus. 398.
Mercerus Jo. 183.
Mercurialis conventus. 336.
Merlinus Jo. Raimundus. 329.
Merlinus seditiosus minister. 152.
Mersburgensium episcopus Michael. 200.
Metellus Jo. Sequanus. 343.
Meursius Jo. 400.
S. Michaëlis pagus. 314. 321.
Michael Saltaburgensium archiepiscopus. 206.
ad Michelburgensem ducem Urbani VIII. epistola. 172.
Miraeus Aubertus. 147.
Misceowskius Stanislaus. 356.
Misquizius. 231.
Moguntinorum archiepiscopo litterae a Pio IV. datae. 165.
Mombrunius. 126.
Monachiensis conventus. 351.
Monasteriensium episc. 247.
Monasterium S. Petri Montis. 267. 268.
Monberonius Jacobus. 336.
Monhemius. 189. 190.
Monlucius Jacobus. 329.
de Monte Aegidius, daventriensium episc. 343.
Montius Petrus rhodiorum classis praefectus. 33.
Morata Olympia Fulvia. 283.
in Moravia horrenda haeresis exorta. 200.
Morallus Franciscus. 329.
Mornayus de Plessis. 400.
Moronus Jo. card. 52. 149. 202. 223. 275.
Moschorum dux. 203. 257.
Moschos inter & Polonos pax. 357.
ad Moschoviae magnum ducem Clementis XI. epistola. 173.
in Moschoviam legatur Canohius, sed ire prohibetur. 350. 351.
Moya de Contreras Acisdus, vichensium in Catalannia episcopus. 338.
Muglitius Antonius, pragensium archiepiscopus. 92. 124.
Muratorius Ludovicus. 318.
Muratus M. Antonius. 216. cum Hippolyto Atastio card. in Gallias proficiscitur. 362. Ad eum Paulli Manutii binae litterae. *ibid.* & 363.
Musantius Dominicus notatus. 31.
Mussipontanum collegium. 166.
Mussus Cornelius, bituntinorum episcopus. 62. & seqq. 95. 106. 140.
Mutius justinopolitanus Matthaei Judicis librum confutat. 358.

N

NAmnetensium episc. Antonius Havetius. 343.
Nani in Samogitia. 370.
Narbo catholicae religionis retinens. 339.
Nardinius Famianus. 302.
Navagerius Bernardus, reip. Venetae ad Solimannum orator. 310.
Naumburgensis conventus. 225. 229. & seqq. 241. Episcopus. Vide *Pflugius*.
Neapolitanorum protex Parafanius de Rivera. 139.
Nepos pro fratris aut sororis filio usurpatum non latine. 109.
Neuburgensis dux Wolfangus. 230.
Nicaenum concilium. 330.
Nicolai Antonii Bibliotheca hispana. 206. notatus. 209.
Nigrius Philippus, antuerpiensium episc. 343.
Noguera Jacobus, decanus viennensis ecclesiae a Jacobo Illecino plagii injuria insimulatus. 205. & seqq. Alifanorum episcopus. 206.
Novaterra Nicolaus, harlemansium episcopus. 343.

O

OBedientiae vocabulum in oratione caesarei ad Pium IV. oratoris desideratum. 24. 25. In ejus praestandae officio oratio Galliarum regis nomine. 47.
Oddus Gibertus. 216.
Odetius card. Sciattiglionensis. 329.
Oenipontum. 43.
Olavius Martinus. 193. 194. 196.
de Olitore graecum provarbium. 113.
Olympiadis thermae. 302.
Opmeerus Petrus. 147.
Oportet. 128.
Opus est. 128.
Osiander Andreas. 202.
Osnaburgensium episc. 247.
Othomanorum tyrannis. 308. 310.
d'Oultreman Petrus. 393.

P

PAderbonensis episcopus Theodorus, collegii Soc. Jesu fundator. 170. 247.
Padmanskius Philippus a premisliensi ad cracoviensem ecclesiam translatus. 113.
Palatinus elector. 229. 230. 233. 335.
Palearius Aonius. 187. 188. 189.
Palisperna. Vide *Panisperna*.

Pallavicinius Sfortia. 25. 63. 328.
Pancirolus. 302.
Panispernae nomen unde S. Laurentii aedi inditum. 301. & seqq.
Pannonicis episcopis bullarum pensio condonata. 202.
Pantagathus Octavius. 76. 77. 81. 186.
Pantaleon notatus. 97.
Panvinius Onuphrius. 139.
Papatus saxonici ruina. 368.
Papacoda Laurentius. 354.
Papebrochius Daniel. 323.
Pasquinus sive Pasquillus. 280.
Patavini gymnasii praestantia. 3. 189.
a Paulli-Fano Franciscus. 329.
Paullus III. 382. IV. 9. 382. V. 170.
Pelagiani. 333.
Perenottus Antonius Granvellanus, atrebatensium episcopus, deinde mechliniensium archiepiscopus, denique S. R. E. cardinalis. 13. 59. 262. 292. 293. 343.
Perottus Nicolaus, sipontinorum episcopus, Cornucopiae auctor. 365. & seqq.
Perperna. 301. 302.
Perronus card. 386.
in Petrarcae Francisci Triumphos Bernardi Ilicini expositio. 205.
S. Petri canonicorum bibliotheca. 160.
Petrius Cunerus, leuwardiensium episcopus. 343.
Petrus Martyr. Vide *Vermilius*.
Pflugius Julius naumburgensium episcopus. 147. 247.
Phaedri fabulae a Petro Pithoeo primum vulgatae. 364. Gerardo Jo. Vossio & Petro Scriverio suspectae. *ibid.* a Ritterfussio & Rigaltio illustratae. 366. De septimadecima libri tertii, utrum Phaedri an Perotti sit, dubitatur. *ibid.*
Pharia insula. 86.
Phariensium episcopus. Vide *Delphinius Zacharias*.
Phaeserus haereticus. 96. 141. 153. 157.
Philippicae Ciceronis a Faërno & Mureto emendatae. 161. 162. 163.
Philippus Hispaniarum princeps. 265.
Philippus II. Hispaniarum rex. 29. 31. 168. Concilii tridentini instaurandi studiosus. 313. Possiacensem conventum improbat. 336.
Phormio peripateticus. 280.
Phryges Aeschyli tragoedia. 313.
Piazza Carolus Bartholomaeus. 302.
Piccardiorum secta. 229.
Pignerari. 183.
Piguerrii historia gallica. 391.
Pirez Laurentius, Sebastiani, Lusitaniae regis, ad Pium IV. legatus. 30.
in Pisonem Ciceronis oratio a Faërno emendata. 162.
Pithoeus Petrus Phaedri fabulas primus vulgat, sed non satis accurate. 364. 366.
Pius II. rhodiis equitibus favet. 39.
Pius IV. pontifex max. renunciatur. 7. 9. 35. Praeclara pontificatus initia. 10. 19. 33. Ejus constitutio de damnis resarciendis. 10. Beneficentia. 36. Doctrina. 37. Litteratorum patrocinium. 38. De instaurando concilio tridentino cura. 61. 81. 105. 130. & seqq. 155. 158. & seqq. 176. 184. 203. 220. 221. 235. 263. In societatem Jesu propensio. 164. 165. Gladium Ferdinando imper. & rosam auream reginae Bohemiae mittit. 258. Ejus tres epistolae de Stanislao Hosio. 269. In vaticanam bibliothecam graecos libros infert. 312. Tria decreta memorabilia. 373. Ad concilii legatos litterae. 374.
Pius V. 166. 382. 395.
Pius Rodulphus card. carpensis. 88. 321.
Plautinae comoediae, a Faërno, Camerarii laboribus adjuto, emendatae. 360.
de Plessis Mornayus. 400.
Podoskius Lucas. 80.
Pogianus Julius Othoni card. Truchsesio operam in latinis litteris scribendis dat, post datam Hieronymo card. Dandinio. 17. Notatus. 32. 44. 79. 93. 109. 138. 159. 272. 282. 283. 286. 350. Urbanae vitae pertaesus. 184. 185. 186.
Poli Reginaldi card. opus de concilio. 273.
Politiani Angeli epigramma. 77.
Poloniae rex Sigismundus Augustus. 29. Stephanus Bathorius. 167.
Polonica comitia. 350. Pax cum Moscho. 357.
Pontimontoniense collegium. 166.
Pomeraniae dux. 235.
Pomerani liber de traditionibus. 152.
Pomeridiani etesiae. 81.
Pompejus, Laertiani filius. 354. 371.
Popelius Georgius. 169.
Populonia. 41.
Portuensis episcopus. 323.
Portus, Lusitaniae urbs maritima. 395.
Possiacensis in Gallia conventus. 329. & seqq. A Philippo II. improbatus. 336.
Praerembius, gnesnensium archiepiscopus, Sigismundi Augusti Poloniae regis ad Ferdinandum I. imper. orator. 21. 55. 72. 80. 85. 90. 107. 303.
Pragensis archiepiscopus. Vide *Muglitius*. Archiepiscopatus restitutio. 92. Negocium. 118. 219.
Prasinon. Vide *Brixina*.
Primisliensium episcopus. 113. Vide *Erburtus*.
Ptolemaeus Gallius. 70.

Prussiae dux. 278. Comitia. 350.
Pumiliones e Samogitia. 370.
Puteus Jacobus card. 51. 142. 158. 227. 236. 262. 233.

Q

Quadragintaviratus bononiensium. 12. 254.
Quetisius Jacobus. 123.
Quinqueecclesiensis episc. Vide *Drascovicius Georgius*.

R

Radzivilla Barbara. 29.
Reformationis ecclesiae consilia ac ratio. 133. 135.
Regardius Galesius. 267. 268.
Regulus Sebastianus humaniorum litterarum Bononiae doctor. 18.
Remundius Florimundus. 331.
Renata, Herculis II. ferrariensium ducis conjux. 383.
Renensis dux Wolfangus nimio vino exstinctus. 235.
Rescius Stanislaus. 152.
Reuchlinius Joannes. 201.
Reveita, sarracinensium episcopus, Pii IV. ad Philippum II. nuncius. 60.
Rhodii equites. 32. 33. 39.
Rhodus a Solimano capta. 34.
Ribera Blasius. 398.
Riccius Bartolomaeus. 295.
Richardotius Franciscus atrebatensium episc. 343. 344.
Riga. 327.
Rigaltius Phaedri fabularum editor & explanator. 365.
Rithovius Martinus. 193. 194. 196. Iprensium episc. 343.
Ritterfussius Phaedri fabularum editor & explanator. 365.
de Rivera Parafanius, neapolitanorum prorex. 138.
Robortellius Franciscus utinensis Carolo Sigonio reconciliatur. 2. 317. 318.
Romae loquendi & obloquendi libertas. 280.
Romani per aestatem calorem. 81. 98.
Romanorum imperatoris appellatio. 8.
Romanum collegium Philippo II. a Pio IV. commendatum. 164. Contra obtrectatores ab eodem defensum. 165.
Rosae aureae sacrum munus. 258. 259.
Rosciamensis in Apulia principatus. 29.
Rosendalius Cornelius. 193. 194. 195.
Roseti vallis. 396.
Rubens Jo. Baptista. 142. 159. 245. 355.
Ruraemundensium episc. Guilhelmus Lindanus. 252. 253. 343.
Ruverius Julius card. 221.

S

Sacchinius Franciscus. 333.
Sacramentarii. 133. 135.
Sadoletus Jacobus a Scipione Carteromacho in lingua graeca doctus. 4.
Sagrensium episcopus. Vide *Valla Petrus*.
Salernitanorum archiepisc. Vide *Seripandus*.
Salisburgensis synodus. 69. 70. Provinciae incommoda. 110. 150. Archiepiscopus designatus. 204.
Salisburgensium archiepiscopus Jo. Jacobus de Kuon. 204. 205. Ernestus Bavariae ducis frater. 154.
Salmeronius Alphonsus. 189. 190.
Salisburgensium archiepisc. Michaël. 206.
Salvator episcopus Clusinus. 60.
Samogitia pumilionum ferax. 370.
Sancius Joannes. 398.
Santinius Carolus. 286.
Saracenus card. 158. 159.
Sartonius Jo. Baptista. 275.
Satietas de quibus dicatur. 184.
Saxoniae duces Jo. Fridericus & Jo. Guilhelmus fratres. 233. 235.
Saxoniae elector. 229. 230. 233. 282.
Saxonici papatus ruina. 368.
Scaliger Josephus. 383. 385. Ejus ad Thuanum de Lipsio epistola. 385.
Schelhornius Jo. Georgius. 188.
Schottus Andreas. 333. 337.
Schuwartaerde Philippus. 201.
de Sciattiglion card. Odettus. 329.
Scotis permissa religionis libertas. 134.
Scottus Jo. Bernardinus, tranensium archiep. & card. 275.
Scribanius Gregorius. 298.
Seriverius Petrus. 364. 365.
Sebastianus Lusitaniae & Algarbiorum rex. 30.
ad Sedunensem magistratum Urbani VIII. epistola. 171. 172.
Sfortia Bona. 29.
Sfortia Jo. Galeatius. 29.
Seminarium romanum. 174.
Seripandus Hieronymus amicitiae inter Sigonium & Robortellium conciliator. 2. 317. 318. Concilii tridentini legatus. 239. Ejus ad Sirletum epistolae. 311.
Sigismundus Augustus Poloniae rex. 29. 111. 112. 139. 198. 227. 354. Ad eum Pii IV. de Hosio litterae. 269.
Sigismundus I. Poloniae rex. 29.
Sigonius Carolus Francisco Robortellio reconciliatus. 2. 317. 318. Ejus in gymnasio patavino prima oratio. 189.
Simoneta Ludovicus card. concilii tridentini lega-

legatus renunciatur. 139. Tridentum venit. 374.
Sioghicellus Jo. Baptista. 276.
Sirletus Guilhelmus. 76. 78. 81. 187. 349. Ad eum Francisci Davanzathii epistola. 185. In S. Hieronymi purgandis operibus laborat. 273. Ad eum. card. Seripandi & Antonii Eparchi epistolae. 311. 312.
Sixti V. constitutiones. 168. 169.
Sleidanus. 384.
Smetius Henricus. 400.
Smidelious Jacobus Andreas. 186.
Solimanns. 32. 33.
Sonnius Franciscus. 59. buscoducensium episc. 343.
Sophianus Michaël. 186.
Sorbonicum theologorum collegium. 387. & seqq.
Soria Jacobus. 390. 392. & seqq.
Sotus Petrus. 193. 194. 198. 214. 289. 291.
Spazius Joannes. 188. 297.
Spina Joannes. 329.
Spintrio Theodorus. 99.
Spirensium episcopus Marquardus Hasteinius. 194.
Spondanus Henricus. 335. 392.
s Stadion Christophorus, augustanorum episcopus. 193.
Staocarus. 108.
Staphylus Fridericus. 91. 93. 120. 240. 241.
Stephanus Bathorius Poloniae rex. 167.
Stephanus Robertus. 387. & seqq.
Stembergerus Lucas pessimus haereticus. 200.
Strasoldus Soldonerius. 255. 256.
Strigoniensium archiepiscopus. 136.
Suavius Petrus. 105.
Suevia. 193. 194. 195.
Suleoviensis abbas Stanislaus Paleoscius. 370. 371. 373.
Surius Laurentius. 200. 398.
Suveettius Franciscus. 400.

T

Tacitus Cornelius. 216.
Tarnovii Joannis obitus. 294.
Tarnoviorum familia maxime catholica. 84. 115. 203. 369.
Testius Scipio. 99. 187. 264.
Teissierius Antonius. 368.
Terentius a Faërno emendatus. 360. Petri Victorii opera editus. 361. Ejus de veritate dictum expensum. 378. 379.
S. Teresia. 399.
Terracinensium episc. ad Philip. II. Pii IV. nuncius. 60.
Theobaldus archidiaconus leodiensis. 383. 384.
Thesaurarius Pii IV. Formentius. 348. 355.
de Theschen Jo. Georgius. 174.
Thomasious. 100. 102.
Thuanus Jacobus Augustus notatus de Pio quarto. 154. & seqq. de Paleario. 188. de Laynio. 331. de Faërno. 363. & seqq. Hispania infensus & cur. 337. ad posteritatem carmine quodam suo provocat. 338. In eum posteritatis nomine actio. 376. & seqq. Ejus contra artem grammaticam & metricam peccata. ibid. & 377. 390. Suae ipsius vitae scriptor. 187. 381. In historia scribenda insignis simulator. 381. & seqq. & dissimulator. 387. & seqq. & mendax. 390. 391. 400. Ejus in religiosos coetus & romanos pontifices versus. 382. 383. In Bavariae ducem acerbissima carmina. 185. De ejus historia Antonini Caraccioli romani censoris judicium. 386.
Ticinius Georgius. 80. 138. 140. 382. 324. 351. 371.
Tobias Nicolaus. 329.
Tornacensis collegii S. J. institutio. 169.
Torrentius Laevinus. 60. 103. 282. 299. 304. 319. 380. 388. 324. 347. 332.
de Traditionibus liber Pomerani. 152.
Trajectum ad Mosam, vulgo Mastricht. 122.
Traoeosis cardinalis. Vide *Scottus Jo. Bernardinus*.
Transilvania. 224.
Transilvaniensis discordia. 286.
Trevirensis elector. 247.
Tridentini concilii sub Pio IV. non institutio sed instauratio sive continuatio. 204. In ejus instaurationem regum consensus. 158. indictionis diploma. ibid. 227. 235. Praesidum renunciatio. 236. 239. Episcoporum frequentia. 263. 326. 338. 373. Legatorum ad card. Borromaeum epistolae. 295. 298. 314. 315.
Tridentinus cardinalis. Vide *Madruccius Christophorus*.
Tridentum opportunus concilio locus. 131. 132. 133. frequentes episcopi conveniunt. 338. Ludovici Simonetae quarti legati adventus. 374.
Tripolitanum bellum. 33. 39.
Truchsesius Carolus. 23. 297.
Truchsesius Christophorus. 23.
Truchsesius Fridericus. 23. 187. 128.
Truchsesius Gebhardus. 23. Canonicus fit. 375.
Truchsesius Georgius. 23.
Truchsesius Otho card. Germaniae patronus. 11. 47. Duo fratres germanus & patruelis. 116. Quo die natus. 253. In falifcos concedit. 311. Ex tertiana convalescit. 341. Ab Hosio laudatus. 355.

Truch-

Truchfeſiorum gens in rom.-civitatem adſcita. 114.
Tumultus quid ſit. 329.
Turnebus Adrianus. 363.
Turnonius card. 126. 330. 332.
de Terre Franciſcus Ferdinandi I. imper. conſiliarius & ad Pium IV. orator. 9. 10. 72.
Terrius Joannes. 329.
Tyrolenſis comitatus. 42.

V

VAE horribilis in ſacris litteris denunciatio. 304.
Vaccaeus. 265.
Valentinus. Vide *Kutzborſckius*.
Valerianus vilnenſium epiſc. 167.
Valierius Baatuccius dux Venetiarum. 172.
Valla petrus ſagienſium epiſc. 329.
Valletius rhodiorum equitum magiſter. 33. 36.
Valtrinus Antonius. 216.
Varga Franciſcus. 59.
Varmienſium ſacerdotum collegium. 271.
Vaſconcellus Antonius. 391.
Vatablus. 388.
Vaticana bibliotheca. 310. 311. 312.
Velleris aurei inſigne. 13.
Velſerus Marcus. 384. 401.
ad Venetam remp. Alexandri VII. epiſt. 172.
Venturinius Raphaël. 275.
Vergerius Petrus Paullus. 69. 70. 105. 368.
Veritas odium parit: quo ſenſu a Terentio dictum. 178. 179.
Vermilius Petrus martyr. 329. 333. 335.
a Via Joannes. 125. 126. 189.
Viani & Aquilae marchio. 160. 161.
Vicecomes Fabius. 57. 102. 189.
Vicbenſium in Catalaunia epiſc. Aciſdus Moya de Contreras. 338.
Victorius Petrus. 185. Terentium a Faërno emendatum edit. 361. Ei Ciceronis orationes Faërnus a ſe emendatas nuncupat. 362.
Viennenſis decanus. Vide *Noguera*.
Viennenſium epiſcopi vicarius Hermandus. 322.
Vilnenſe collegium. 167.
Vilnenſium epiſc. Valerianus. 167.
Viminalis collis. 302.
Vimpinenſes. 147.
Vinariae dux Jo. Fridericus. 230.
Viretus Joannes. 329.
Viſocskius Jo. Sigiſmundi Auguſti, Poloniae regis, apud Paullum IV. orator. 29.
Viterbii cardinales creando ſummo pontifici congregati. 324.
Ulembergius Caſparus. 202.
Voltius Camillus 254. M. Antonius. *ibid.*
Vonchius Jo. 300. 320.
Voſſius Gerardus Jo. 364.
Urbani VIII. ad ſedunenſem magiſtratum litterae. 171. 172. Ad helvetios. 171. Ad ducem michelburgenſem. 172.
Urbinatium dux. 153. Ejus filia Virginia Friderico Borromaeo nupta. *ibid.*
Urſinus Horatius. 82. 101.
Urſinus Santulus. 302.
Vulgata editio. 276.
a Waldpurg Truchſeſiorum familia. 114. 116.
Wicelius Georgius. 114.
Wittembergs. 201.
Wittembergenſe gynaeceum. 136.
Wittembergenſis dux. 230. 233. 235.
Wladislavienſium epiſcopus. 326.
Wratislavienſium epiſcopus. 130. Ejus negocium. 136.

Y

de YEpes Didacus, tarraconenſium epiſcopus. 399.

Z

ZAcynthiorum epiſcopus Jo. Franciſcus Commendonus. 177.
Zaſius. 329.
Zboroſchius Jo. 29.
Zimmermanus Jacobus. 52. 183.
Zuchemus Viglius. 122.
Zuinglius. 233.
Zuvendius Lazarus. 292.

Finis ſecundi Voluminis.

Digitized by Google

	ERRATA	CORRIGE
Pag. I. col. 1. v. 9.	die 21.	die 16.
IX. col. 1. v. 10.	Pogiani	ob Pogiani
XIX. col. 2. v. 20.	novandam	navandam
XLII. col. 2. v. 7 ult.	eapitula	capitula
LVIII. col. 1. v. 5.	*para*	*parta*
81. Epist. L. v. 4.	promeridiani	pomeridiani

Reliqua, si qua exciderunt, in calce totius operis, adhibita diligentiore hujus voluminis recognitione, corrigentur.

Digitized by Google

Digitized by Google